EROTIANI


GRAECI SCRIPTORIS VETVSTISSIMI

VOCVM, QVAE APVD HIPPOCRATEM SVNT, COLLECTIO.

Cum annotationibus Bartholomæi Eustachij Sanctoseuerinatis, Medici ac Philosophi.

EIVSDEM'QVE EVSTACHII LIBELLVS DE MVLTITVDINE.





CVM PRIVILEGIO.

Venetijs, apud Lucam Antonium Iuntam.

M D LXVI.

IVLIO FELTRIO DE RVVERE, CARDINALI AMPLISSIMO


Bartholomæus Euſtachius fœlicitatem.



I quæ expectari à me maxima poſſunt, Antiſtes optime, nomine tuo illuſtriſsimo digna eſſent: credi facile poſſet, animi etiam mei vires, virtutem ac fortunam tuam vel æquare, vel certe non multo iis inferiores eſſe. Verum quoniam illa, quæ hactenus edidi, quæqúe quotidie elaboro, multo leuiora ſunt, quàm vt eo pertingere poſsint, quo ego contentis neruis curſum dirigo, & intueor: ſatis me præſtitiſſe putabo, ſi multorum aliorum exemplo, omni cura & ſtudio enitar, vt meæ in te obſeruantiæ memoria ſemper extet: & actiones meæ ad eum finem perueniant, qui à propoſito minus aberrat. Sanè agellus ingenij mei, qui multos iam annos quieuerat, calore bonitatis tuæ iampridem excitatus, & benignitatis rore perfuſus, ac vomere prudentiæ cultus, ſeminum, quæ in eum proiecta ſunt, vberiores et præſtantiores fructus ferre deberet: tamen quia natura non eſt admodum bonus: crebriſq; moleſtiarum ventis ac

procellis impeditur: & variis fortunæ casibus diu multumque iactatur: icc irco accidit, ne fructus tuæ amplitudine dignos, lætos, atque vberes, sed paucos & vix maturos legere ex eo poßis: quos tamen tibi qualescunque sint, veluti perpetuum pignus summæ meæ erga te obseruantiæ, hoc solo nomine, quod ager tuus est, alacri animo offero. Sunt vero hi, Onomasticum in Hippocratem Erotiani scriptoris Græci, & quidem inter veteres non vulgaris: & libellus de Multitudine, hoc autumnali vitæ meæ tempore, in gratiam discipulorum à me editus: quos vel eo consilio Amplitudini potißimum tuæ dedico, vt inter tot fructus, quos permulti in augusta domo tua quotidie edunt, odore & gustu maxime delectabiles, habeas etiam meos, nec aspectu forsan iniucundos, nec odore, ni fallor, aut sapore prorsus insuaues.

Vale.



BARTHOLOMÆVS EVSTACHIVS LECTORI SALVTEM





VLTI sanè extiterunt, qui difficiliores Hippocratis dictiones exponentes, sublime eius dicendi genus, ab eo, quo alij Græci vsi sunt, qui de re medica post illum scripserunt, longe diuersum, omni studio & diligentia illustrare conati sunt. Sed tanta fuit hominum negligentia, ne quid grauius dicam, vt solus Galeni libellus, Explanatio linguarum Hippocratis inscriptus, adhuc in lucem prodierit: lucubrationes cæterorum expositorum, quorum maximus est numerus, vel interierint, vel certe nondum in apertum relatæ cognoscantur. quam ego iacturam sæpius cum animo meo considerans, & de ea valde sollicitus, sedulo inuestigare cæpi, num aliquem ex eis forte fortuna inuenire possem. demum post multum diuturnumq; laborem resciui, Erotianum, quem sciebam hoc in genere non inutilem operam nauasse, in Vaticana Bibliotheca reperiri. hac re audita, & diligentius explorata, non sine maxima animi mei molestia certior fio, hunc libellum, nullo relicto exemplo, Heluetium quendam surripuisse, eius legendi facultate à Bibliothecæ præfectis impetrata. Deterruit me id maximopere, & fortasse factum esset, vt ab hac cogitatione animum omnino abducerem, nisi me, præter opinionem amicus quidam tum mihi occurrens admonuisset, ne spem planè abiicerem reperiendi Erotianum: scire se eum libellum volumini Hippocratis adiunctum, quod alij fermè omnes ignorabant, in eadem Bibliotheca extare. hac spe ductus, studiose inquiro: tandem inuenio libellum: sed

ne voti compos fiam, totum lacerum, & in plerisque locis mutilum. Illico vero Constantinum Rallum, natione Græcum, eiusque linguæ peritissimum, & multæ lectionis virum conuenio: simulque Viuianum Brunorum, græcarum literarum apprime studiosum adeo: eosque in laboris honesti societatem voco: ipsi vero pro summa humanitate, & quia quisque nostrum Amplissimo Cardinali Vrbini inseruit, & domi suæ alitur, mihi facile obtemperarunt. Insudauimus igitur simul omnes, donec effecimus, vt Erotianus, qui tam diu delituit, possit à bonarum artium studiosis nostræ ætatis, græce & latine legi. Visum est autem nobis, quamuis sit multipliciter deprauatus, tamen nihil immutare, sed qualem accepimus, in lucem emittere. Vt vero huius laboris fructus extaret vberior, animaduersiones quasdam meas adscripsi, & locos plurimos ex Hippocrate excerptos, partim à librario, vt opinor, male descriptos, partim ab Erotiano ipso, breuitatis studio prætermissos. ex quibus percipitur facillime, non modo Erotiani interpretationem cum Hippocratis sententia consentire, verum etiam errasse nonnullos alios eius interpretes. Nec vero me præterit, libellum, quem communi studiosorum vtilitati consulens, nunc edo, minimam esse diligentiæ partem, quam Erotianus in Hippocrate illustrando posuit. quisquis enim ipsius præfationem accurate legit, liquido intelligit, id nobis cum vtilitatis in explicatione Hippocratis afferre voluisse, quod Eustathium, dum Homerum exposuit, præstitisse nemo non fatetur. Veruntamen ex hoc etiam fragmento, quod nobis reliquum est, vtilitatis plurimum capitur. nam, vt multa nunc alia prætermittam, quis obsecro vnquam intellexisset, αἰῶνα, spinalem medullam, ἀριθμοὺς nomina ab Hippocrate dici, nisi eius rei Erotianus nos admonuisset? Fruere igitur tu quidem candide lector hoc libello: ego vero commentarios propediem edam valde copiosos: in quos cunctas dictiones Hippocratis, tum passim à Galeno, tum frequenter ab aliis bonis authoribus explicatas simul redegi. Cæterum quisnam fuerit Erotianus, & quo tempore vixerit, nihil certi

reperire

reperire potui: &, quod ſciam, ſolus Galenus in Exegeſi, in dictione Κάμμορον, de Erotiano ſimpliciter meminit. ſed lectio eius loci ita varia & ambigua est, vt non ſatis conſtet, de quo ipſe loquatur. quamobrem id à me neceſſario prætermiſſum eſt, quod in editione veterum authorum, eorumque præſertim, quorum nulla memoria ad eum diem extat, fieri ſolitum eſt. Adiunxi vero huic operi libellum, qui de Multitudine inſcribitur, iamdiu à me compoſitum, vt volumen iuſtam magnitudinem haberet, & amicorum deſiderio, qui eum à me quotidie efflagitabant, aliquando ſatisfacerem: quem ſi æquo animo leges, pleraque, opinor, in eo inuenies, quæ te, non modo propter nouitatem, ſed etiam propter ordinem ab initio vſque ad finem ſeruatum, non mediocriter delectabunt. Illud velim ſcias, quaſdam à me tibi obſeruationes & inuentiones anatomicas paratas eſſe, quas, modo æquum, vt ſpero, te mihi iudicem præbere velis, legiſſe nunquam pœniteat. illas equidem iam pridem ære incidendas mandaui, ſed edere ſuperſedeo; quia nonnullos, iis, quæ de Renibus, de Muſculis oſſiculorum auditus, de Dentibus, de Vena azyga, & de Capitis motu, anno proximo ſuperiore publicaui, vehementer audiui commotos fuiſſe: ideoque operæprecium me facturum eſſe arbitratus ſum, ſi aliquandiu expectarem, donec ipſi ad ſuam ſententiam tuendam, ſi quid volunt, reſcribant: ne nouas ſubinde appendices meis ſcriptis adiungerem. Interea eos, dum hæc parant, non oro ſolum, ſed obteſtor, vt quæ de memoratis ipſi partibus ſcripſerunt, cum his, quæ ego aſſerui, amice conferant: & ſi noſtram reprehenſionem iniuſtam comperiant, tum vero obiurgent, & conuiciis me onerent, & qualibet pœna dignum putent: ſin, vt ſpero, rem aliter ſe habere intelligant, publicæ obſecro vtilitati conſulant, animumque, veluti ingenuos ac liberos homines decet, ad rationem & veritatem reuocent: & priori ſententia depoſita, non erubeſcant fateri, per quos profecerint: quod quidem eo facilius facere debent; quia ſe multis ab hinc annis nullam ſecandi hominis occaſionem, aut facultatem habuiſſe, & in quibuſdam authorum

ſententiis iudicandis, Galenum Hippocratemq; leuiter legiſſe, & à canibus, non ab hominibus renes deſcripſiſſe, denteſq;, qui renaſcuntur, accurate parum obſeruaſſe; & fœtus inuolucra parum conſiderate deſcripſiſſe, ſua ſponte teſtantur. prima vero libri editione, caninis, pro humanis, pictura & ſermone expreſſis; in ſecunda grauius errarunt, dum propter Syluij ſolius authoritatem, qui hoſtili contra illos animo inuehitur, re minus recte inſpecta, farciminalem membranam, animalium ruminantium, & quorundam aliorum propriam, non autem communem etiam hominum, turpiter introduxerunt. Quòd ſi ea, quæ à me veritatis tuendæ potius, quàm illos oppugnãdi gratia ſcripta ſunt, eodem ſtudio, quo illa quæ dixi, & permulta alia, quæ nunc prætermitto, expenderint: plurima quoque alia, quæ adhuc aſſeruerunt, lectoribus in dubium venient: accidetq; vt veritatis ſtudioſi iacturam fortaſſe potius aliquam faciant, quàm è ſuſcepto labore fructum aliquem ferant. Romæ Cal. Iulij. M. D. LXIIII.

ERRORES SIC CORRIGITO.

Pag. 22. B. immitte. lege immite. pag. 29. C. βολίτης. lege βωλίτης. pag. 45. C. Ἐμβατευόμενον. lege Ἐσμαβατευόμενον. pag. 48. B. contractione. lege contrectatione. pag. 53. D. θήνιων lege θήνιων. pag. 57. C. Mordis. lege Morbis. pag. 62. C. Melius autẽ, arbitror, ſcripſiſſe exiſtente Zeuſim. lege Melius autẽ ſcripſiſſe exiſtimo Zeuſim. pag. 68. E. Κικήθη. lege Κικήθα. pag. 73. A μυιιοχάνη. lege μυιοχάνη. & μυριοχάυνη. lege μυριοχάυνη & B. μηριοχάνη. lege μηριοχάνη. pag. 73. F. Laſceris. lege Laſcaris. pag. 79. C. ὀλκυλωμένη, ὀλκύλσθαι, & ὀλκυλωμένην. lege ογκυλωμένη & C. E ὀξυρευμένην. lege ὀξυρευγμένην. pag. 97. C. πρόπον. lege τρόπον pag. 98. B. πρόπον. lege τρόπον pag. 100. F. Σῖτος πονηρὸς. Nunc frumentũ putrefactũ inſtar fimi dicit. lege Σῖτος. Nũc σῖτον pro ſtercore poſuit. ANNOTATIO. Σῖτος. Primo de Rõne morb. acut. tex. 32. pag. 369. ver. 37. Etenim verbi cauſa, qbus σῖτος cibus intus incluſus eſt ſi qs nõ facta deorſum euacuatione, ſorbitionẽ dederit, &c. In cuius cõmento Gal. ait. σῖτον cibum dixit, quod ἀπὸ τῶν σιτίων à cibariis in inteſtinis cõtinetur excrementũ, quod græci σκύβαλον, & κόπρον, ideſt ſtercus appellant. Et in ſexto de Morbis vulg. com. 1. tex. 5. & 6. pag. 343. ver. 19. In renẽ dolor grauis, cũ implentur σίτῳ cibo &c. Galenus in com. ait. Dolores autẽ eo potiſsimũ tempore in renibus excitari dicit, quo replentur σίτῳ cibo. Cumq; duo ab hac voce σῖτος cibus apud ipſum ſignificentur: in vtroq; ſignificato veridica oratio eſt: ſiue de aſſumptis cibariis, ex quibus ſanguinis multitudo creatur, ſiue de alimenti recrementis, quæ in inteſtinis colliguntur intelligas. nonnunq̃ enim & iſta cibos nuncupat, vt in libro de Ratione victus in acutis, ita inquiens. Quibus enim σῖτος cibus in inteſtinis occluſus eſt &c. pag. 103. D. Σκύλλης. lege Σκίλλης. pag. 108. D. effluere lege egerere, & E. τρύζειν eſſe cũ aliqua vehemẽti animi perturbatione & angore effluere. lege τρύζειν eſſe, cum aliqua torminoſa circũdolentia & cupiditate egerere. pag. 110. C. inordibationem. lege inordinationem. pag. 117. B. Ταπωκείσεται. lege Ταπεινοῦσεται. pag. 122. habet 112. pag. 124. F. Ωτίδος ter. lege Ὀτίδος.

AVTHORES, QVOS EROTIANVS IN OPERE TESTES CITAT.

Æſchylus
Æſculapius.
Alcman.
Andromachus.
Antigonus Alexãdrinus.
Antigonus Grãmaticus.
Apollodorus.
Apollonius Citieus
Apollonius Fera.
Apollonius Memphites.
Apollonius Ophei.
Apollonius Senior.
Archilochus.
Ariſtarchus.
Ariſteas Rhodius.
Ariſtocles Rhodius.
Ariſtophanes Comicus.
Ariſtophanes Grãmaticꝰ
Ariſtoteles.
Artemidorus Grãmaticꝰ
Aſclation.
Aſclepiades.
Bacchius Tanagræus.
Callimachus.
Calliſtratus.
Cineſias.
Cydias Mylaſeus.
Demetrius Epicureus.
Democritus.
Diagoras Cyprius.
Didymus Alexandrinus.
Diiphilus.
Diocles Cariſtius.
Diodorus Grammaticus
Diodotus.
Dioſcorides Phocas.
Epiceleuſtus Cretenſis.
Epicles.
Epicurus.
Eraſiſtratus.
Eratoſthenes.
Eſchylus.
Euphorion.
Eupolis.
Euripides.
Eurycles.
Glaucias Empiricus.
Hecatæus.
Heraclides Tarantinus.
Herodotus.

Herophilus

Herophilus.
Hippocrates Ionicus.
Hipponax.
Homerus.
Iſchomachus.
Lycus Neapolitanus.
Lyſimachus Cous.
Menander.
Metagenes.
Mneſtheus Stratonicus.
Nicander.
Nigrus.
Perigenes Organicus.
Petronius.
Pherecydes.
Pherecrates.
Philenon.
Philinus Empiricus.
Philocrates Samius.
Philonides Siculus.
Phocas.
Phrynithus.
Pindarus.
Plato.
Polemarchus Grammaticus.
Polyzelus.
Sophocles.
Strates.
Strato Eraſiſtrateus.
Theopompus.
Therſis.
Thucydides.
Tyndarus.
Xenocritus Cous Grammaticus.
Zenon Herophilius.
Zeuſis.

ANIMADVERSIO.

In citandis locis Hippocratis, vtimur codice Germano, tum Græco, tum Latino: cuius verſionem perpetuo expendere noluimus: ne libri moles augeretur: ne ue à propoſito ſæpius declinaremus. quod eò ſpectat, vt loca Hippocratis facile inueniri poßint. quamuis de eorum expoſitione Erotianus, Galenus, & interpretes interdum non conueniant.

VOCVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR, Dispositio iuxta ordinem Literarum, & Syllabarum.

Ἀλθήσκειν.

Ἀπαυεί-

Ἀφυῶδες

Δῆθεν.

Ἐκχλοιοῦνται.

Ἔρρειψις.

Καυληδόν.

Μηλείω

Πελάσει.

Προξένους.

Σίτος

Συνα-

Τροφιῶδες.

Φλυδᾷν.

FINIS.

TABVLA LIBRI DE MVLTITVDINE.

✱ leant

D

grauitas

H

Humores

Multum


cio

Sanguinis

de

FINIS.

EROTIANI SCRIPTORIS GRÆCI VETVSTISSIMI VOCVM QVAE APVD HIPPOCR. SVNT COLLECTIO,



Bartholomæi Eustachij Medici ac Philosophi diligentia in latinum sermonem conuersa:

Et accuratißimis annotationibus illustrata.



A QVVM viderem, Andromache medicorum princeps, tractationem Hippocratis omnibus hominibus, qui institutionem rationalem profitentur, non parum prodesse: atque ijs præsertim medicis, qui veterem artis historiam celebrant: & enixe ac magno cum labore, quæ ignorant addiscere cupiunt: & quæ iam didicerunt, iudicare student (nimirum, quod edoctum non est, tanquam mancum; quod vero non iudicatum, tanquam incertum prætermittentes):iure volui voces,quæ in illius commentarijs essent obscuræ, & multum à cõmuni loquendi consue-
B tudine alienæ, interpretari. quæ non intellectæ, promptitudinem mentis ad adipiscendam cognitionem potenter adimunt: explicatæ vero, & clariores effectæ, multum afferunt luminis ad facilem conceptus mentis comprehensionem. ac præsertim quoniam multi,qui omnia facillime cõsequi volunt, quum ipsum Hippocratem omnino nunquam in manibus habuerint, student tamen huic tractationi quandam subsannationem tribuere: nimirum Hippocratem operã dedisse, vt obscurus videretur: atque propterea studuisse his vocibus,

quæ à communi vſu longe diſtant, abundare:præſertim quum D
artem quidem longam, vitam vero breuem eſſe opinaretur:
vt videlicet loquendi inter ſe conſuetudinem, omnibus ho-
minibus manifeſtam atque perſpicuam faceret. Siquidem
datus eſt nobis à natura ſermo, vt eas, quæ in mente noſtra co
gitationes ortæ ſunt, alteri exprimamus. Latuit autem ipſos,
qui eiuſmodi, de viro inter pueros nugantur: quòd quo ma-
gis Hippocratis hæc eſſe demõſtrant, eo magis inſcitiam ſuam
ante omnium oculos ponunt. Si enim primus, vel ſolus has
voces finxiſſet: ipſius fortaſſe curioſitatem quis poſſet iure
accuſare. verum, quum antiqui vſi ſint eiuſmodi locutione,
vt demonſtrant nobis ex ſuis dictis, & qui operam dede-
runt antiquæ comœdiæ, & ex philoſophis Democritus, ex E
hiſtoricis vero Thucidides, & Herodotus, ac ferè omnis an-
tiquorum ſcriptorum Chorus: cur obſecro, quod ab om-
nibus antiquis ſcriptoribus vſurpatum fuit, in Hippocra-
tem ſolum tranſportarunt? In priuata enim explicatione de-
monſtrabitur, antiquos omnes in huiuſmodi loquendi con-
ſuetudine conſenſiſſe. Quandoquidem fuit hic vir, in phraſi
homericus: & in nominibus fingendis promptus: & ad men
tis ſenſa explicanda idoneus: atq; etiam ad eligendas ex com-
munibus, & popularibus vocibus magis proprias: vt ve-
lut typi quidam, & ſigilla, quibus ipſa rei interpretatio credi-
ta eſt, dictiones collocarentur. Hac de cauſa multi, ijdemq;
eximij viri, non ſolum medici, ſed etiam grammatici, autho- F
rem hunc interpretari, atque huius voces ad communem lo-
quendi vſum transferre, ſunt conati. Xenocritus enim Cous
grãmaticus, vt ait Heraclides Tarãtinus, primus omnium cœ-
pit has voces exponere: quemadmodum etiam [a] Citieus Apol
lonius hiſtoria prodidit: & Callimachus, qui fuit ex familia
Herophili. poſt quem, dicunt, Bacchium Tanagræum hoc
opus aggreſſum eſſe: atq;, quod inſtituerat, tribus libris, mul
tis poëtarum teſtimonijs adhibitis, abſoluiſſe. cui Philinus
Empiricus, qui eadem ætate fuit, ſex libris eſt aduerſatus. &
Epiceleuſtus Cretenſis, qui in epitomen, Bacchij dictiones
ſecundum ordinem redegit. idem fecit Apollonius Ophei:

b &

A [b] & Dioscorides Phocas his omnibus septem libris contradixit. Apollonius Cittieus decem & octo scripsit contra tres Tarantini libros ad Bacchium. & Glaucias Empiricus vno, eodemq; magno volumine, & literarum ordine seruato, idem etiam facere est aggressus. Lysimachus præterea Cous vnius libri tractatione confecta, tres ad Cydiam Herophili libros conscripsit: tres etiam ad Demetrium. quem secutus Euphorion, dictionem omnem sex libris interpretari conatus est. Ex grammaticis vero nemo ita eximius visus est, qui hunc virum præterierit. Aristarchus insuper de omnibus his tractauit, de quibus Aristocles & [c] Aristeas Rhodij scripserunt. post vero omnes Antigonus, & Didymus Alexandrini. Quum vero
B quosdam veterum, non laude, sed vituperatione dignos putent: hac de causa, post heroas nos quoque de viro scribere ausi sumus. Verum hæc prius dixisse rationi consentaneum videtur, varias eorum fuisse opiniones, qui scribere aggressi sunt. Plerique enim quæ inuenerunt, perhumaniter literis mandare curauerunt. [d] Nonnulli, quum propria inuenta alijs communicare non inuidissent, hæc ipsa quidam alij edentes, benignitatis suæ magnum testimoniũ reliquerunt. Alij, quæ nobis non vtiliter sunt tradita, corrigere sunt conati. Nõ pauci occasionẽ accusandi alios ĩde nacti sunt. Quibus rursus alij, quum sint aduersati, homericum illud valde comprobarunt.

Ὁπποῖόν κ᾽ εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ᾽ ἐπακούσαις Iliadis. xx.
C Quale verbum dixeris, tale & audies.

Quos nonnulli reprehenderunt, qui prudenter sciebãt viros vlcisci, quum quis prius lacessiuerit. Multique sparse, quorundam dicta in vnum colligentes, & ea, quæ sine demonstratione erant tradita, cum ratione apponentes, infructuosæ scriptionis studio non eguerunt. Alij vero obscure dictum explanare, & id multis verbis scriptum, contrahere, & ambigue dicta interpretari conati, iustam gloriam reportarunt. Atqui, si horum vnusquisque est in suo genere meritam laudem consecutus, qui fieri poterit, vt præsentis scriptionis promissio, quæ omnia dicta idiomata complexa est, maiorem lau


dem aſſequi digna non cenſeatur? etenim multum laboris, D
inuentionis cauſa ſuſcipit: & veritatē vocum cum iudicio ex-
plicat: ea, quæ, non quemadmodū oportet, ſcripta ſunt, cor-
rigendo: plenius, faciliusq; inuſitate dicta pronunciando: ma-
gnam habēs eius rationem, quod lucide ordinateq; ſcriptum
ſit: ſimul etiam, quæ ab alijs, varijs in locis dicta ſunt, in vnum
contrahendo. Qui vero tantæ conſtructionis multitudinem
reiecerunt, huius rei merito nullam ſunt gloriam conſecuti:
quoniam omne, quod multum eſt, ſatietatem proprie affert.
Alij vero, quoniam fruſtra nimij ſunt in eo explicando, quod
omnibus eſt manifeſtū:[e] vt quid ſit γένυς gena, quid πλατὺ
latitudo, quid ἀστρονομίη aſtronomia, quid ἀκροκώλιον extre-
mū coli, quid στενωπὸς locus anguſtus, & his notiora verba.[f] Si E
enim voluerimus oībus notas voces explicare, aut oēs inter-
pretari debemus, aut aliquas: oēs autem, fieri non poteſt: ali-
quas vero, æquū: vel enim ipſas vſitatis verbis explicabimus,
vel minus conſuetis. ſed quæ minus cōſueta ſunt, ad hoc mini
me eſſe apta vidētur: qm̄ ignota, per ea quæ ſunt magis nota,
declarari oportet. conſueta vero, quum ſint æque manifeſta,
non erunt, vt ait Epicurus, ad declarandam interpretationem
apta. perit enim proprie euidentia interpretationis, quando
à ſermonis fuco inficitur, tanquam à proprio pharmaco.[g] In-
ter alios autem Epicles, qui iuxta ordinem elementorum com
mentarium fecit, vanæ fuit imitator breuitatis. quoniam præ
ter quàm quòd omnes voces non explicauit, compoſitiones F
etiam, in quibus vnaquæque ipſarum conſcripta erat, cauſa
fuerunt, vt legentes omnino conticeſcerent. Oportebat enim
rurſus in qualibet ſcriptione interpretari, non ſi, quod lege-
batur, erat intelligibile, ſed ſi, quod dicebatur, erat ex or-
dine collocatum. Atque Glaucias eodem modo elemento-
rum ordinem imitatus, in vnaquaque voce longior viſus eſt,
addendo quibus in libris hæ voces reperirentur. Quare nos
in vnoquoque libro eas voces deligentes, hoc commentario
quomodo ſint poſitæ, quibuſque libris eæ, quæ minus ſunt
vſitatæ, ſcriptæ ſint, explicabimus: atque in noſtra hac inter-
pretatione, quot ſignificent, exponemus: in memoriam re-

uocantes

A uocantes eas, quæ semel dictæ sunt: & quæ à communi vsu separatæ sunt, duobus testimonijs à nobis confirmabuntur. eas vero, quæ non ita sunt obscuræ, ad vnius significatum referemus: explanantes perfecte eas quoque, quas prorsus alij reliquerunt. [h] Nemo enim ex ijs τὸ τέρθρον τοῦ πάθεος, finem, seu vltimum passionis, interpretatur. [i] Et τὰς αἰθολικὰς, pustulas vrentes, quæ in corporis superficie nascuntur. Et τὸ κερχνῶδες, asperas eminentias habens. [k] Et τὰς τερμίνθας, tubercula terebinthi fructui non absimilia. Et τὸ θηριῶδες, ferinum. Et τὸ σκορδίνημα, capitis grauitatem. [l] Et τὸν σκίῤῥον, scirrhum. [m] Et ἐκνύπτην μήτραν, vterum explicatum, seu explanatum. Et τὸ ἐπηλυγάζεσθαι, impeditum esse, seu obumbra-
B tum esse. Et αἱμοκέρχνα, cruenta & arida. [n] Et τὸ φολλικῶδες, scabiosum. Et τὸ ἔναιμον νεῦρον, neruum sanguine præditum. [o] Et τὸ ἴκταρ, prope. Aliasque plures voces, de quibus omnibus suo loco dicemus. Quare in illis voluminibus, quæ vere Hippocratis nomine circunferuntur, Alia sunt significatiua: Alia naturalia, & causatiua: Alia vero curatiua: Nonnulla autem spectãtia ad artis præcepta. Et horum, quæ ad curationem referuntur, Alia spectant ad victus instituendi rationem: Alia vero ad chirurgiã. Alia autẽ sunt oĩno mixta. Quæ quum ita sint, non ab re esse existimo, prius oẽm librorum numerum recensere. quod quum perfecero, ad singularum vocum explicationem accedam. Significatiui igitur libri sunt hi.
C Prognosticum, Prorrheticum, primus scilicet, & secundus, quos non esse Hippocratis, in alijs ostendemus. De Humoribus. Causatiui vero, ac naturales sunt. De Flatibus. De Hominis natura. De Sacro morbo. De Natura pueri. [p] De Locis, & De Anni temporibus. Ex his vero, qui ad Medendi rationem pertinent, Chirurgiæ inseruientes sunt. De Fracturis. De Articulis. De Vlceribus. De Vulneribus & Telis. De Vulneribus capitis. De Officina medici. De Vecte curandis. De Hæmorrhoidibus. De Fistulis. Qui ad victus rationem spectant, sunt. De Morbis primus, & secundus. [q] De Ptisana. De Locis in homine. De Morbis mulierum primus, & secundus. De Alimento. De Sterilibus. [r] De Aquis. Qui mixtam

materiam tractant, sunt. Aphorismi. De Morbis popularibus septem. Ex his, qui pertinent ad artis præcepta, sunt. Iusiurandum. Lex. De Arte. De veteri Medicina. Πρεσβευτικὸς enim, & Ἐπιβώμιος, hoc est, Oratio legationis ad aram, patriæ amantem potius, quàm medicum virum ostendunt. Quare in his dicimus, quasdam esse vere Hippocratis, clarioris doctrinæ gratia. Incipiendum est itaque à Significatiuis, quoniam omnem αἰτιολογίαν, id est, causarum enumerationem, & omnem curationem significatio præcedere debet. Igitur à Prognostico incipiemus. D

ANNOTATIONES.



Oc procemium ita est deprauatum, vt arduum sit in multis locis verborum sensum elicere. Sæpe enim cohęrens oratio ac iuncta non est: & voces non solum proposito non quadrant, verum etiam longe ab eo declinant. Curauimus tamen pro viribus nonnulla restituere: quædam alia distinguere & illustrare: reliqua vero coniectura assequi, aut saltem adumbrare. [a] *Cittieus Apollonius*. In quodam exemplari scribitur Cittieus Apollodorus. quę lectio mihi non placet. [b] *Et Dioscorides Phocas*. Quot fuerint medici, Dioscoridis nomine appellati, qui editis libris artem illustrarunt, non est facile explicare. quandoquidem Galenus, in Procemio Exegesis, Anazarbei, Herophilij, & Iunioris meminit. in explicatione vero dictionis ἰνδικόν, Herophilio dimisso, Anazarbei, Alexandrini, & Iunioris mentionem facit. & in quinto de Compositione medicamentorum per genera, capite xv. quendam alium Tharseum introducit. Ex quibus locis facile colligi potest, aut quinq; extitisse medicos, quibus Dioscorides nomen fuerit: aut tres, si Alexandrinum Herophilium, Tharseum vero Iuniorem fuisse cognominatum asserimus: quum Iuniorem, neque Alexandrinum, neque Herophilium esse posse, satis constet. Ex his autem tribus Dioscoridis nomine vocatis, Anazarbeus cæteris antiquior, ab Anazarbo Ciliciæ vrbe eius patria dictus fuit: quæ, quum Diocæsarȩa, & Cyindia prius vocaretur, à terremotu diruta, ex proprio Zarbæ seu Anazarbæ nomine, qui eam Neruæ Imperatoris iussu reædificauit, Anazarbus fuit appellata. Herophilium eundem atque Alexandrinum fuisse, vel inde conijci potest, quòd Herophilus medicus celeberrimus, à cuius secta cognomen illum assumpsisse credi potest, Alexandriæ deguisse certo scimus. & prę- E F

terea

A tereà si ea, quæ in Exegesi, in dictione ἰνδικὸν Galenus scribit, attente legantur, vt monui, non temere asseritur Dioscoridem Iuniorem, & Alexandrinum esse diuersos. Quòd si eiusmodi coniecturæ leuissimæ esse videntur, necessario dicendum est, quinque medicis, Dioscorides nomen fuisse. Cæterum ad quodnam genus, tractationes horum authorum pertineant: & quo pacto ex illis internosci posśint: maiorem habet difficultatem. nam, vt taceam, de numero librorum ab Anazarbeo editorum, inter scriptores parum conuenire: illud sanè constat, pręter ipsum, etiam Alexandrinum, & Iuniorem de Medicamentorum differentia ac facultate scripsisse. Siquidem Galenus in libro, qui à me nuper citatus est, de significatione vocis ἰνδικὸν differens, ostendit Dioscoridem Anazarbeum de pipere & zinzibere scripsisse: ac inter vtrunque distinctionem assignasse. & ob id, Alexandrini opinione confutata, Iunioris sen-
B tentiam assensione sua comprobat. quem nihilominus in Proœmio eiusdem libri damnat: vt qui multis conscriptis voluminibus, formam cuiusque stirpis, herbæ, rerum metallicarum, piscium, & omnium animantium, de quibus frequens apud Hippocratem mentio est, exponat: nec pudeat ex libris Nigri, Pamphili, & Dioscoridis Anazarbei, atque ante hos, Crateuæ, Theophrasti, & Heraclidæ Tarantini, & aliorum, omnia ea describere. Sed potest inter illos ea distinctio assignari: vt Anazarbeo sola tractatio simplicium medicamentorum accepta referatur: Iuniori vero, Onomasticum, multis voluminibus conscriptum: in quo, tum simplicia medicamenta, tum alię voces Hippocratis explicentur. Is enim, teste Galeno in eodem libro in dictione ἰνδικὸν, linguas conscripsit. quamuis in Proœmio illius asserat, multis voluminibus, non modo dimidiam, sed ne tertiam quidem, aut quartam verborum Hippocratis partem explanasse. Scrupulus tamen ex animo legentium euellendus est.
C eiusmodi enim tractationis genere, Iunior ab Alexandrino haud distingui posse videtur. quum & hunc quoque Hippocratis voces exposuisse, Pauli Æginetæ testimonio, non sit difficile ostendere: qui libro quarto, capite xxiiij. scribit, Dioscoridem Alexandrinum literis mandasse, τερμίνθας cutis esse excrescentias, rotundas, nigrouirides, terebinthi fructum referentes. Sed dici potest, Alexandrinum, commentarios in Hippocratem edidisse: Iuniorem vero, Onomasticum, Linguæ nuncupatum.

Postremo inquisitione dignum videtur, nunquid φωκᾶ Phocas, an φακᾶ Phacas legendum sit. & nunquid Anazarbeo, an Iuniori, aut Alexandrino hoc cognomen attribui debeat. Sanè, quum vtraque lectio, in exemplaribus Erotiani & Galeni reperiatur, non statim occurrit animo, quæ sit causa ambigui. fieri enim potest, vt pro Phacas Phocas mendose legatur. quia Dioscorides, vt testatur Suidas, à faciei maculis lentes

referentibus, cognomento Phacas fuit appellatus. negari etiam non debet, vel plures extitisse, quibus Dioscorides Phacas nomen fuerit: vel ex eis, alterum Phacam, alterum Phocam fuisse appellatum. Quam coniecturam non esse prorsus spernendam putarem: si ea ad componendas scriptorum lites satis esse posset. nescio enim etiam si hæc ipsa coniectura non abijciatur, quo pacto inter Galenum, Erotianum, & Suidam, ea de re conuenire possit, quum Suidas Anazarbeum, Phacam cognominari scribat: ei, vt iudico, plus tribuens, quàm res & veritas ipsa concedat: Galenus vero in procemio Exegesis, Herophilium à Iuniori, qui linguas multis voluminibus scripsit, hoc cognomine distinguat: Erotianus denique ei prorsus aduersatur, quia in dictione *φωναὶ καθελοῦσαι* Dioscoridis Phacæ expositionem adducit: & in huius operis præfatione asserit, Hippocratis dictiones, septem conscriptis libris eundem explanasse: & in multis contra Bacchium, atque alios, qui ipsum præcesserunt, dixisse. Quid autem in hac controuersia asserendum sit, me latet. Galeno tamen, propter summam eius authoritatem in re, opinione tam dubia subscribo. [c] *Aristeas.* Aliqua exemplaria habent Aristopeas, alia Aristobolus. [d] *Nonnulli vero.* Causa, quam Erotianus assignat, non modo cum priori videtur coincidere, verum etiã cum verbis, quę sequũtur, non cohęrere. & ideo vel *ὀυκ* negatio superflua est, vel pro *ὀυκ ἐφθόνησαν*, hoc est, non inuidissent, legendum est, *ὀυκ ἔφθασαν*, hoc est non pręuenissent. vel dicendum est, fieri posse, vt quæ aliquis inuenit, alter edat. [e] *Vt quid sit gena.* Aliud exemplar habet pro *γένυς* gena, *γένος* genus. & pro *πλατὺ* latitudo, *πολὺ* multum. & pro *ἀστρονομίη* astronomia, *ἀστρονομικὸν* astronomicum. Sed non refert hoc, an illo modo legatur. Quędam etiam exemplaria pro *ἀκροκώλιον* extremum coli, habent *ἀκρόπολιον* arx: quę vox Hippocrati non est in vsu, sicut nec *στωπός*. [f] *Si enim voluerimus.* Hæc sententia difficilis est: & dictio aliqua in ea deesse videtur. fortasse legendum est. *τινὰς δὲ ὀυ δίκαιον*, hoc est, aliquas vero non æquum. quæ lectio à priori differre non videtur. quia parum refert, si oratio particularis, vel affirmatiua sit, vel negatiua. quouis enim modo legatur, disiunctum, quod sequitur, cum priori sententiæ parte, cohærere non videtur. [g] *Inter alios autem Epicles.* In hac sententia mendum subesse suspicor. qui enim fieri possit, vt compositiones Epiclis, legentibus silentium imponant, assequi nequeo. nisi pro *σιωπῆς*, hoc est, silentium, *πλησμονῆς*, id est, satietas reponatur. aut silentium pro animi perplexitate, hoc in loco sumatur. [h] *Nemo enim ex his.* *τὸ τέρθρον τοῦ πάθεος*, Extremum, seu finem passionis, nusquam apud Hippocratem reperio. in omnibus enim exemplaribus etiam manu scriptis, quorum quatuor in Biblioteca Vaticana mihi videre contigit, legitur

tur

A tur στερεὸν τοῦ πάθεος, vt ſuo loco explicabo. [i] *Et τὰς αἰθολικὰς.* Aliud exemplar habet τὰς αἰθαλικὰς. Galenus vero in Exegeſi legit, αἰθύλικες, vt paulo poſt dicam. [k] *Et τὰς τερμίνθας.* Quum Erotianus de hac voce nullam faciat mentionem, dicendum eſt, vel ipſum promiſſis non ſtare: vel hoc opus mancum, eſſe fragmentum eorum, quę ipſe ſcripſit, ſine vllo ordine ab aliquo græculo collectum. Sunt autem τέρμινθοι tumores præter naturam, de quibus Hippocrates ſecundo de Morbis vulgaribus, ſectione ſecunda, pag. 312. ver. 49. ita ſcribit. Ariſtæi vxoris frater fatigatus in via incaleſcebat: deinde in tibia τέρμινθοι, tumores terebinthi fructui ſimiles, fiebant. vel, vt Caluus vertit, tibiæ rubuerunt. Et ſexto de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu. xxxvij. pag. 346. ver. 18. Qui hæmorrhoidas habent, neque pleuritide, neque peripneumonia, neque phagedæna, neque furunculis, neque τερμίνθοισι
B tuberculis terebinthi figuram habentibus, corripiuntur. Quam ſententiam repetit tertio de Humoribus, textu xxvj. pag. 117. ver. 28. Caluus vertit, puſtulis. Galenus vero in Exegeſi inquit τέρμινθοι, tumores ſunt prҫter naturam, qui terebinthi arboris fructui ſimiles, in cute naſcũtur. Exprimit autem clarioribus verbis hãc vocem in expoſitione loci, quem modo citaui ex tertio de Humoribus: & ex ſexto de Morbis vulgaribus, ita ſcribens. Nomen vero terminthorũ nigras quaſdam puſtulas, in cruribus potiſſimum erumpentes ſignificat: ductum à ſimilitudine figuræ coloris, ac magnitudinis, quam cum τέρμινθον terebinthi fructu gerit. in qua voce interpres latinus fallitur, ἐρέβινθον ciceris, pro τέρμινθον terebinthi fructu legens. Sumpſiſſe autem Galenum interpretationem huius dictionis à Dioſcoride Alexandrino, ex ijs, quæ Paulus Ægineta ſcribit libro quarto, capite xxiiij. clare patet. Oribaſius in eadem eſt ſen-
C tentia. paucis enim clarioris doctrinæ gratia additis, libro ſeptimo Synopſeos, capite xxxvj. ſcribit τέρμινθος phymatis ſpecies eſt. in ſummo autem ipſo vlcere puſtula nigra eminet, qua rupta id, quod ſubiectum eſt, ſimile deſquamato apparet: vbi hoc diuiſeris, pus inuenitur. Cui ſubſcribit Aetius, libro decimoquarto, capite LXIJ. & Paulus Ægineta libro & capite ſupra citato. [l] *Et τὸν σκίῤῥον, ſcirrhum.* Quæ vox notiſſima eſt. & ideo ſuſpicor legendum eſſe, τὸν σκηρὸν, fungoſum, quia hæc dictio apud Hippocratem raro inuenitur. [m] *Et ἐκνύπην μήτραν.* In aliquibus exemplaribus legitur κνίζειν μήτραν, pungere vterum: in alijs ἐκνευτὴν μήτραν, prolabentem vterum: in alijs ἐκνυτὴν μήτραν, vterum ſtimulatum. quarum dictionum nulla apud Hippocratem, & Erotianum reperitur. Reponerem ἀγρηοσθῆναι τὰς μήτρας, vel ἀγρηοσθῶσιν αἱ μήτραι, quum ea dictio ab Erotiano exponatur, & ab Hippocrate raro vſurpetur, niſi a prioribus longe diſtaret. [n] *Et τὸ φολλικῶδες, ſcabioſum.* Ita

legendum

legendum esse censeo: quia apud Erotianum, & Galenum in Exegesi reperio φολλικώδεα. in aliquibus exemplaribus φιλλικώδες perperam legitur. pro quo φυλλικώδες, frondosum reponerem, si hanc vocem Erotianus explicaret. [o] *Et τὸ ἴκταρ.* Quid sibi velit Erotianus, non facile est videre: Quandoquidem si hæc dictio, propè, significat, rara non est, sed omnibus notissima: Si vero pro pudẽdo muliebri sumitur, vt Galenus in Exegesi monuit, insolita est: Sed ea significatio ab Erotiano prætermittitur. [p] *De locis, & ὡρῶν, anni temporibus.* Hic liber Hippocratis, plures habet inscriptiones: & ideo, non si altera earum est, De aëribus, aquis, & locis, pro ὡρῶν, anni temporibus, legendum est ἀέρων, aëribus. quia Galenus in tractatione de libris proprijs, cap. vj asserit, librum De locis, aëre, & aquis, esse inscribendum, De habitationibus, & aquis, & ὡρῶν, anni temporibus, & regionibus. Et in libro, Quòd mores animi insequantur corporis temperaturam, libri De aëris, & temporum anni temperatura meminit. [q] *De Ptisana.* Erotianus de inscriptione libri parum sollicitus, in eorum numero est, qui teste Galeno primo Aphorismorum textu iiij. & tertio de Difficili respiratione, capite vj. librum de Victus ratione in morbis acutis, de Ptisana inscribunt. quos idem Galenus reprehensione dignos putat, primo de Ratione victus morborum acutorum, textu xviij. & secundo de Fracturis, textu xxix. & tertio de Alimentis capite xxxix. quamuis Hippocrates in libello de Veratri vsu pag. 534. ver. 32. eum titulum non reijciat, quum sic scribit. Quicunque vero inflammata in principio morbi, velut ἐν τῷ περὶ πτισάνης, id est, in libello de Ptisana dixi, statim medicamento soluere aggrediuntur. Et parum infra, ver. 44. Sicut autem de πτισάνης Ptisana dixi, Sesamoides sursum purgat. [r] *De Aquis.* De Aquis nullus liber Hippocratis extat: & ideo diuinare non possum, quem Erotianus intelligat. Suspicarer eum esse, quem de Aëre, & aquis, & regionibus scripsit: nisi inter causatiuos illum supra enumerasset.

Principium A.



Ἀλυσμόν. mentis anxietatem, consilij indigentiam. vt Homerus in quinto Iliadis, quum loquitur de Venere vulnerata, sic dixit, Illa vero ἀλύουσα discessit, id est anxia. Bacchius vero in primo Dictionum libro, τὸ ἀλύειν interpretatur imbecillũ esse, mente vagari, ægre ferre. Verum non recte. non enim si quis ægre fert, mente errat, vel omnino est imbecillus, & animo

A animo cadit. Siquidem ἀλύοντες ægre ferunt dum dolent, non autem dolent, qui errant. Iam vero, vt rationi consentanenm videtur, Herophilus eum in errorem induxit, qui synonymum esse dixit τὸ ἀλύειν τῷ πλανᾶσθαι. Extat hæc dictio in quarto de Morbis popularibus, & in primo de Muliebribus, & in Aphorismis.

ANNOTATIO.

Ἀλυσμὸν. In quarto de Morbis vulgaribus, pag. 333. ver. 43. inquit. Quibus abscessibus recidiuæ fiunt: venæ temporum, & contractiones, & colorum mutationes ante iudicationes, & quibus non iudicantur, et ἀλυσμοὶ anxietates, circuntésiones. quæ verba à Germano interprete prorsus dimittuntur. Quinto de Morbis vulgaribus, pag. 340. B ver. 23. de eo, qui lapide in caput percussus est. Tertia die voce destitutus erat, ἀλυσμὸς anxietas, febris tenuis. Et parum infra, ver. 31. de eo, qui in hepar percussus est iaculo. Oculi caui, ἀλυσμὸς anxietas, molestia. Vtranq; autem sententiam repetit libro septimo, pag. 357. ver. 41. & 44. In quo etiam libro, pag. 354. ver. 38. de Chartade ait. Progrediente vero die, & inquietudo maior, & ἀλυσμὸς anxietas, & spiritus paulo densior. In primo de Morbis muliebribus, pag. 235. ver. 27. At vero si biliosæ menses prodeant, pusillanimitas incidit, & cibi fastidium aliàs atque aliàs, & ἀλυσμὸς anxietas, ac vigilia. Et pag. 236. ver. 39. Et nausea adest, & ἀλυσμὸς anxietas, ac iactatio multa. Et libro secundo, pag. 268. ver. 26. Et animi deliquium, & ἀλυσμοὶ anxietates, & perfrigerationes. Quem locum ex Aphorismis adducit, non inuenio. sed primo Prognosticorum, textu. xvj. pag. 402. ver. 16. de notis, quæ sumuntur à decubitu: de his, qui pedes nudant, ita scribit. Malum est. significat enim ἀλυσμὸν anxieta- C tem. quam vocem Galenus in commento explicat, dicens. Ait enim ἀλυσμὸν angorem indicari. quod nomen significat omnem situm ei molestum esse: ac subinde mutari, ac si te præsente æger eo modo, quo dictum est, cubans, protinus se in aliam figuram vertat & præterea artus collumque inæqualiter iactet. Et primo de Humoribus, textu xvij. pag. 114. ver. 40. Somnus, vigilia, ἀλυσμὸς anxietas, oscitatio, horror. quę tria verba in græco & latino Hippocratis exemplari desunt: leguntur tamen in codice Galeni, qui in commento ita scribit. Ἀλυσμὸν anxietatem vocauit, quam plerique tędium sui nominant: aiunt enim eos ægrotos anxios esse, qui decubitum ferre non possunt, sed formas mutant: quia præsens eis semper molesta sit. Primo Prorrheticorum, commentario secundo, textu xxvij. pag. 410. ver. 14. Quæcunq; in diebus iudicatorijs ἀλυσμῷ cum anxietudine absque sudore perfrigerantur, malum est.

Ἀπεδείξαμεν, fecimus. D

ANNOTATIO.

Ἀπεδείξαμεν. Primo Prognosticorum, textu xxvj. pag. 402. ver. 37. de sudoribus. Boni vero sunt, qui per totum corpus fientes, hominem facilius morbum ferre ἀπέδειξαν faciunt.

Ἄλλη κοιλίη, id est, reliqua. sæpe enim ipse τὸ ἄλλο pro reliquo ponit, vt est in libro de Articulis.

ANNOTATIO.

Ἄλλη κοιλίη. In libro de Carnibus, pag. 42. ver. 46. inquit. Vbi cerebrum ipsum de seipso, plurimum liquefecerit, in palatum, & fauces, & pulmonem, καὶ ἐς τὴν ἄλλην κοιλίην, & in reliquum ventrem. Et parum infra, ver. 47. Destillat autem & in τὸ ἄλλο σῶμα, reliquum corpus. Et rursus ibi, pag. 43. ver. 14. Quemadmodum os, & lingua, & ἡ ἄλλη κοιλίη, reliquus venter, humida sunt. Et primo Præsagiorum, textu xxxv. pag. 403. ver. 9. de notis, quæ sumuntur à tumoribus, inquit. Quòd si intra sexaginta dies, neque febris desinit, neque tumor cessat; in suppurationem & hoc, & quod in ἄλλῃ κοιλίῃ, reliquo ventre est, versum iri significat. Quem locum adducit ex libro de Articulis, quia sæpe ibi τὸ ἄλλο pro reliquo ponit, tibi latius inuestigandum reliqui. E

Ἀτρεκέως. Bacchius quidem in primo libro interpretatur, vere, satis, exacte. Philenus tantum exacte: Epicles autem, manifeste, vere. Hippocrates quidem dictione hac, non ad vnum tantum significandum vti videtur: sed sæpe ad exacte, raro refert ad vere, quum sic inquit. Nihil enim horum totis seu integris diebus numerari potest ἀτρεκέως exacte. Eodemque modo in libro de Articulis, quum ait. Clauicula vero fracta, siquidem ἀτρεκέως exacte hoc contigerit, curatu facilior est: si vero secundum longitudinem, difficilior. Nunc autem differentiam fracturæ ῥαφανιδὸν, instar raphani, & velut καυληδὸν, caudicis, opponens τῇ σχιδακηδὸν, illi, quæ fit assulatim, hanc vocem ἀτρεκὲς, dixit de osse fracto, celeriter & exacte: sicut etiam dicit in libro de Veteri arte medendi. Difficile, inquit, est, quum non eiusmodi exacta certitudo circa artem existat, consequi τοῦ ἀτρεκεστάτου, quod exactissimum est. multæ ergo formæ in arte medendi sunt, quæ eiusmodi exactam diligentiam requirunt. Similiter & hoc F

A in loco opponit ἀληθεῖ vero: quod Homerus teſtatur dicens. Veniens ad tentorium Agamemnonis Atridæ, omnia μάλ᾽ ἀτρεκέως, valde exacte concionari. Et rurſus, Ego omnia μάλα ἀτρεκέως, valde exacte dicam. Et Euripides in Clauibus Tragœdia, inquit. Venio, diuina relinquens templa, quæ iterum Eunis inciſa rectas trabes, reddit obtuſas ſecures, & taurino glutine adiungens ἀτρεκεῖς, exacte factas compagines. Non dixit, veras compagines, ſed exactas. In libro vero de Locis in homine, & de Muliebribus morbis primo, pro ſignificatione veri hac voce vtitur.

ANNOTATIO.

Ἀτρεκέως. Primus locus, quem adducit, eſt in tertio Prognoſtico-
B rum, textu iiij. pag. 406. ver 49. Eandem ſententiam, paucis quibuſdam mutatis, repetit in libro de Iudicationibus, pag. 385. ver. 23. Quem citat ex libro primo de Articulis, textu LXij. pag. 477. ver. 21. deprauatus eſt. ſic enim habet exemplar Erotiani, Καὶ εἰς δὲ ἢν μὲν ἀτρεκέως, pro quo legendum eſt, Κλεὶς δὲ κατεαγεῖσα, ἢν μὲν ἀτρεκέως, Clauicula vero fracta, ſiquidem ἀτρεκέως, exacte hoc contigerit, curatu facilior eſt. Et in eodem loco, paulo inferius, ver. 23. Nam quæ ἀτρεκέως, exacte fracta eſt, cogi magis poterit, vt ad naturam redeat. Cæterum, quia Erotianus de tribus fractorum oſſium differentijs mentionem facit, easque minime explicat; operæprecium me facturum puto, ſi illas declaro. Diuiſio tranſuerſa, in qua partes fracti oſſis prorſus ſeparantur, καυληδὸν appellatur. Altera ſecundum longitudinem facta, in qua non omnino ſeparantur à ſe partes ſic affecti oſſis, ſed veluti per rectitudinem finduntur, σχιδακηδὸν dicitur. Tertia ῥαφανιδὸν, ad raphani ſpeciem, à re-
C centioribus medicis nominatur: in qua os varie frangitur: & in partes comminuitur. Tu ſi plura deſideras, lege Galenum ſexto Methodi. cap. v. & primo de Articulis, textu LXij. de fractura iuguli. & ſecundo eiuſdem, textu xxiiij. de fractura maxillæ. Præterea locus, quem Erotianus citat ex libro de Veteri arte medendi, pag. 7. ver. 46. corrigendus eſt. deeſt enim in codice Hippocratis impreſſo negatio μὴ, ex cuius defectu ſenſus non modo obſcurus redditur, verum etiam peruertitur. ita enim habet.

Quum itaque eiuſmodi exacta certitudo circa artem exiſtat. Erotianus vero inquit. χαλεπὸν δὲ μὴ τοιαύτης. hoc eſt, Quum itaque non eiuſmodi exacta certitudo circa artem exiſtat. Quod attinet ad Euripidis carmina, ſciendum eſt, ea ita eſſe deprauata, vt non ſit facile librarij culpam agnoſcere atque emendare, præſertim quum tragœdia Claues inſcripta

non

non extet. ea tamen verba, quæ ad propositum faciunt, nullum habent mendum: ita enim legitur. Καὶ ταυρολίτῳ κολλήθεὶς ἀτρεκέας ἁρμὰς. οὐκ εἶπεν ἀληθέας ἁρμὰς, ἀλλ' ἀκριβέας. hoc est, Et taurino glutine adiungens ἀτρεκέας, exacte factas compagines. non dixit veras compagines, sed exactas. At vero sententia libri de Locis in homine, pag.64. ver. 23. hæc est. Nihil ἀτρεκέως vere videre potest. quæ verba fuerunt à Caluo prorsus omissa. Et in primo de Morbis muliebribus. pag.239.ver. 13. inquit. Cognouerit autem quis hæc singula, si de his ἀτρεκέως, vere interroget. Denique Homerus septimo Iliadis, similiter hanc vocem vsurpans, ἀτρεκὲς αἷμα dixit verum sanguinem, & nunquam visum decipientem. Hæc satis multa sunt pro declaratione huius vocis. Tu si plura desideras, lege Hippocratem in libro de Præceptis, pag.18.ver.16. & pag. 19.ver.4. Libro de Lege, pag.19.ver.25. & 36. De Natura Pueri, pag.37. ver.31. De Carnibus, pag. 44.ver. 15. De Flatibus pag. 121. ver. 46. De Morbis quarto, pag.169.ver.11. Primo de Morbis muliebribus, pag.244. ver. 8. De Morbis vulgaribus sexto, commentario octauo, textu viij. pag. 350. ver. 25. Prorrheticorum secundo, pag.414.ver.31. De Fracturis primo, textu xlij. pag. 459. ver. 9. De Articulis secundo, textu xxvj. pag. 481. ver. 7. In Mochlico, pag. 510. ver. 41. Homeri locus, quem Erotianus adducit, est in II. Iliadis, in principio.

Ἀλλοφάσσοντες dubitantes, & animo turbati, vt ait Bacchius. Xenocritus vero Cous ait, apud Iones τὸ ἀλλοφάσσειν in mentis alienatione dici: probabiliter scribens, παρὰ τὸ ἄλλο φάσσειν καὶ ἄλλο φρονεῖν, hoc est, ab eo, quod est, aliud dicere & aliud cogitare.

ANNOTATIO.

Ἀλλοφάσσοντες. Tertio Prognosticorum, textu viij. pag. 407.ver. 10. Qui vero morituri ægre spirantes fiunt, ἀλλοφάσσοντες delirantes, vigilantes. Galenus in Exegesi, delirantes & desipientes exponit. Idem dicit in commento textus citati. additque secundum aliquos significare eos, qui huc & illuc se iactant: aut oculos huc & illuc circunferunt. priorem tamen expositionem magis probat. quia ἀλλοφάσσειν alia atque alia loqui importat.

Ἀραιά. Bacchius quidem subtilia est interpretatus: Nonnulli vero densa & angusta, vt est apud Homerum. ἀραιὴ, id est, angustus aditus est. Et rursus, lambentes linguis ἀραιῇσι tenuibus nigram aquam. Qui hæc dicunt, ignorant hanc vocem

A cem apud Hippocratem non vnam tantum rem significare, ſed hoc quidem loco, & in primo de Popularibus morbis ἀραιὸν dicit, quod ex interuallo eſt, & non cum celeritate fit. & hic quidem dolorem ſignificat, ibi vero ſpiritum. In libro autem de Articulis inquit, ἀραιὰ oſſa inter ſe diſtantia. In primo vero de Morbis muliebribus, & in libro de Veteri arte medendi, dicit corpora ἀραιὰ, id eſt tenuia, & εὔμανα, hoc eſt ſatis rara.

ANNOTATIO.

Ἀραιά. Primus locus Homeri libro vigeſimo ſecundo Odyſſeæ,

Ἀκταὶ δὲ προβλῆτες ἐναντίαι ἀλλήλῃσιν
B Ἐν στόματι προὔχουσιν, ἀραιὴ δ' εἴσοδός ἐστιν.
Littoraque procedentia inter ſe aduerſa
In ora prominent, ἀραιὴ anguſtus alioqui introitus.

Secundus locus libro decimo ſexto Iliadis.

Λάψαντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσι μέλαν ὕδωρ,
Lambentes linguis ἀραιῇσι tenuibus aquam nigram.

De dolore, qui cum interuallo fit, Primo Prorrheticorum, commentario primo, textu xxij. pag. 409. ver. 25. ita ſcribit. Τὰ ἀραιὰ, Rari circa latus in his dolores, deſipientiam ſignificant. De ſpiritu vero, in primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xviij. pag. 307. ver. 42. Philiſci morbum narrans, inquit, Huic ſpiritus ad finem vſque velut reuocanti, ἀραιὸν rarus, & ceu ex interuallo, & magnus. Et in textu xix. eiuſdem commentarij, pag. 308. ver. 13. de Sileno verba faciens, ait. Ab initio huic, & ad finem vſque, ſpiritus magnus ἀραιὸν rarus. C Sed dubitabit fortaſſe aliquis: quum ſpiritus rarus ſit, qui longis interuallis ducitur: vt teſtatur Galenus primo Prognoſticorum, textu xxiiij. Primo Prorrheticorum, commentario primo, textu iiij. Primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xviij. Libro ſecundo de Difficili reſpiratione, cap. iij. & vj. quam ob rem Hippocrates, tertio de Morbis vulgabribus, commentario tertio, textu LXXXVj. pag. 327. ver. 35. ægritudinem vxoris Dealcis enarrans, ſcribat. Decimaquarta ſpiritus ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου, id eſt, rarus, magnus, per multum tempus. Cui dubitationi Galenus, in expoſitione loci citati, ita occurrit. Spiritus rarus, quod eſt perinde, ac per interuallum. & id ipſe videtur deinceps addidiſſe. Fortaſſe igitur ſubiunxit, per interuallum, vt raritatis augumentum indicaret: ac ſi dixiſſet: per magnum admodum interuallum. conſuetudo enim eſt, vt magnum omittatur: & ſolum, per interuallum, dicatur.

dicatur: non tamen perpetuo, vt in alijs. Vſurpauit etiam hanc vocem D Hippocrates, ad ſignificandum ſubſtantiam raram, ſecundo de Articulis, textu xxj. pag.481.ver.24.de luxatione maxillarum, ita ſcribens. Perfecte enim (ſeu vt Vaticanus codex habet, ταχέως, cito) callo obducitur, quemadmodum etiam alia oſſa ἀραιὰ rara. Primo de Morbis muliebribus, pag. 231. ver. 46. Et lanæ quidem, tanquam ἀραιὰ raræ, & molles, ex decedente amplius ſuſcipiunt. Et paulo poſt, ver. 48. Sic ſanè mulier, velut quæ ἀραιοτέρη, rarior eſt, ampliorem à ventre, corpori humiditatem attrahit. Libro de Veteri arte medendi, pag. 11.ver. 27. loquens de differentijs figurarum inquit. Aliæ ſpongiformes, & ἀραιὰ raræ. Et paulo inferius.ver.40. Spongiformes vero, & ἀραιὰ raræ, veluti lienis, pulmo, & mammæ, humorem ebibunt. Et rurſus ibidem, ver.43. Sed quum biberit, & ſuſceperit ipſe in ſeipſum humorem, & vacua, & ἀραιὰ rara, ac parua penitus explentur. Plura de hac voce le- E ges, libro de Natura pueri, pag. 32. ver. 2. Primo de Morbis, pag. 129. ver. 19. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario ſecundo, textu x. pag.344.ver.14. Quinto Aphoriſmorum, textu LXIX.pag. 397. ver.48. & textu LXXj. pag. 398. ver. 2. Sciendum eſt etiam Ruffum Epheſium libro primo de Partium Humani corporis appellationibus, cap.xxvij.in alia ſignificatione hanc vocem vſurpaſſe. Eſt autem, inquit, totum inteſtinorum vinculum ac firmamentum, quod meſenterion, ac meſaræon græci vocant. ἀραιὰν vero & ventrem, & omne inteſtinum vetuſtiſſimi græci appellabant: ex quo ad hæc vſque tempora, hoc nomen meſaræon deriuatum eſt.

Ἅλις. Satis.

ANNOTATIO.

Ἅλις. Erotianus huius vocis expoſitionem, ſine cauſa parum infra F iterat. vnde nemini non patet, hunc libellum eſſe fragmentum eorum, quæ ipſe ſcripſit, ab aliquo imperito collectum. Meminit huius dictionis Hippocrates, in libro de Superfœtatione, pag. 51. ver. 6. Ex hoc, inquit, bibat ieiuna copia quanta moderata eſſe videbitur, tot diebus, quot ἅλις ſatis habere videbitur. Primo de Morbis vulgaribus, commento tertio, textu x. pag.307. ver. 16. Circa iudicationem vero, & vnà cum iudicatione ἅλις aceruatim elucet. Galeni vero interpres, abunde, tranſtulit. Primo Prorrheticorum, commentario primo, textu xxxv. pag.409.ver.40.ita inquiens. Verum circa iudicationem his ſpiritus ἅλις ſatis cum vehementi cupiditate penetrat. Caluus vertit, ſatis creber. Germanus interpres, aceruatus. Galenus in eius loci expoſitione ait, ἅλις, id eſt, ſatis, ſimul totum ſignificare.

Ἀπο-

A ᾿Απολελαμμένοι. Bacchius quidem duobus in locis, pleni existentes: Epicles vero nutrimento referti, vel inaniti, vel intercepti. Videtur autem vox hæc non vnum tantum significare, sed hic quidem, & in primo de Muliebribus morbis, quum inquit, ἀπολελαμμέναι κοιλίαι, idem significare videtur, quod ἀπειλημμέναι καὶ ἐστεγνωμέναι, hoc est, ventriculi intercepti, & astricti. In libro vero de Articulis, quum de vertebra loquitur, inquit τὸ ἀπολελαμμένον, hoc est, interceptum, & quasi cuneo obstructum.

ANNOTATIO.

Ἀπολελαμμένοι. Quum Erotianus inquit, Sed hic quidem, & in pri-
B mo de Morbis muliebribus, innuit, vt conijcio, textum vj. commentarij secundi, primi libri Prorrheticorum, pag.409.ver.46. in quo loco sic scribit. Κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, Alui interceptæ. Et textū lvj. eiusdem commentarij, & libri, pag.410.ver.45. Capite dolentes cum catoche delirātes, κοιλίης ἀπολελαμμένης aluo intercepta. Et textū lx. pag.411.ver.2. Cibis ἀπολελαμμένων interceptis, in sudoribus. Quem autem locum Erotianus adducit ex primo de Morbis muliebribus, reperire non potui. In eodem tamen libro, de obturatione pudendi, pag.244.ver.27. ita scribit. Sed & frigus fit; & ambo labia clausa sunt, ξυνδήσασα τε τῆς καθάρσιος ἀπολελαμμένης, hoc est, vt Germanus interpres vertit, constringentia purgationem relictam. quæ verba Caluus prætermittit. Alter locus ab eo citatus, est in tertio de Articulis, textu xlvj. pag.486.ver.7. vbi de luxata vertebra ait, At ea pressa, et ἀπολελαμμένος intercepta, multarum, & magnarum, & nobilium partium torporem induceret. Secundo de Mor-
C bis vulgaribus, sectione tertia, pag.315.ver.7. Zoilo aluus ἀπολελαμμένη intercepta. In Coacis prænotionibus, pag.429.ver.16. Ἀπολελαμμένοι, Aluo suppressa exudantes.

᾿Αχλυώδεες. ᾿Αχλὺς dicitur obscuritas, & obtenebratio circa oculos, quemadmodum ait Homerus in quinto Iliadis, ἀχλὺν, id est, caliginem iterum ab oculis substulit, quæ prius insidebat.

ANNOTATIO.

᾿Αχλυώδεες. Tertio Aphorismorum, textu v. pag.392. ver.25. Austri ἀχλυώδεες caliginosi. Quam sententiam repetit, tertio de Humoribus, textu xiij. pag.116. ver.44. Primo Prorrheticorum, commentario secun-

do, textu xj. pag. 410. ver. 2. Oculus ἀχλυῶδης caliginosus, seu tenebrosus, malus. Quem locum Galenus exponens, inquit, Hippocratem vocare ἀχλὺν aëris turbationem, quæ medium tum nubis, tum nebulæ habet crassamentum: quæq; magis quàm nebula concreuit, minus vero, quàm nubes. D

Ἀσήμως ῥαςωνήσαντα. Non manifeste melius habentem, hoc est, sine manifesto auxilio in melius declinantem.

ANNOTATIO.

Ἀσήμως ῥαςωνήσαντα. In primo Prorrheticorum, commentario secundo, textu xvij. pag. 410. ver. 6. Perniciosa ἀσήμως ῥαςωνήσαντα, si citra signa leuia facta fuerint, mortem significant. Quæ expositio ab Erotiani sensu parum distat.

E

Ἀσκαρίδες. Minuti lumbrici, qui omnino in edacium puerulorum excrementis inueniuntur. Scriptorum vero clarissimi hos vermium speciem esse, qui in putribus aquis reperiuntur, memoriæ prodiderunt.

ANNOTATIO.

Ἀσκαρίδες. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu xv. pag. 343. ver. 36. Circa initia exacerbationes considera: & in omni morbo, quale est ad vesperam exacerbari: & annus ad vesperam: & ἀσκαρίδες ascarides. Quam vocem Galenus eo in loco non explicat: quia in secundo libro copiose de ea se dixisse scribit. nimirum sectione prima, pag. 311. ver. 25. ea in parte, cuius initium est: Ἀσκαρίδες Ascarides similiter huic vesperi, & illi tunc in die infestant plerunque. Et quoniam Galeni expositione super eum librum priuati sumus, ideo ad ea, quæ in tertio Aphorismorum, textu xxvj. ipse scribit, confugiendum est. Pueris (inquit Hippocrates eo in loco, pag. 393. ver. 26.) senioribus accidunt tonsillarum inflammationes, & ἀσκαρίδες ascarides. Qui sunt, vt eo in loco inquit Galenus, tenues quidā lumbrici in parte præcipue inferiore crassi intestini geniti. & plurimi manifeste gigni conspiciuntur in iumentis, male cibum coquentibus, quorum malam coctionem fœtor indicat excrementorum. Aliud vero genus lumbricorum, est rotundorum. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 284. ver. 37. Si in pudendo mulieris, aut intestino recto ἀσκαρίδες ascarides nascātur. Et paulo inferius, ver. 40. Ἀσκαρίδες Ascarides exeunt, & moriūtur. Et libro de Fistulis, pag. 517. ver. 40. Cum hac etiam ἀσκαρίδες vermes purgato. Sic vertit Germanus interpres. F

Ἀπαρτὶ

A ᾿Απαρτὶ. Accuratè, perfectè, integrè.

ANNOTATIO.

᾿Απαρτὶ. Secundo de Ratione victus morborum acutorum textu xliij.pag.373.ver.5. Et plerunque ἀπαρτὶ, seu ἀπαρτίως exquisite. Pro quo in aliquibus exemplaribus male legitur. καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ ἁμαρτάνουσιν, id est, Et plerunque peccant. In cuius loci expositione Galenus inquit, ᾿Απαρτὶ & apud authores Atticos, & apud Hippocratem in vsu est, pro ἀπηρτισμένως, καὶ ἀκριβῶς, id est, exquisite & absolute. Secundo de humoribus, textu xiij.pag.115.ver.27.super ea verba. Quæ iudicantur, & iudicata sunt ἀπαρτὶ perfecte, ait. Sed quod hic dicit ἀπαρτὶ, id est, perfecte, in Aphorismis dixit, ἀρτίως, integre. Primo Aphorismorũ, textu xx.pag.390.ver.44. super eadem verba, ita scribit. Quod
B in Aphorismis ἀρτίως integre dixit, hoc, in libro de Humoribus, cõmutans, ἀπαρτὶ perfecte nominauit. est autem huius nominis ἀπαρτὶ, apud alios antiquos significatum, pro cumulate, plene, atq; indeficiẽter. quæ omnia etiam hoc loco per ἀρτίως, id est, integre, debemus accipere.

Α᾿νασμὸν. Siccitatem. & ῏Αυον siccum dicitur, quemadmodum Homerus. Lignumque ἆυον, id est, siccum, quantum ὀργυίη vlna.

ANNOTATIO.

᾿Αυασμὸν. ῏Αυον siccum dicitur: quemadmodum Homerus libro vigesimotertio Iliadis.

῞Εστηκε ξύλον ἆυον ὅσοντ' ὀργυὶ ὑπὲρ ἄιης.

Stetit lignum ἆυον siccum quantum vlna super terram. Et verbum
C ἄυειν, apud eundem, Odysseæ quinto.

Σπέρμα πυρὸς σώζων, ἵνα μήποθεν ἄλλοθεν ἄυοι.

Semen ignis seruans, ne aliunde comburat.

Eustathius in expositione eius loci, inquit, ἆυον ξύλον, esse lignum siccum & combustum. Primo de Humoribus, textu xxij. pag.114. ver.45. Flatus expertia, cruda, cocta, ἆυα sicca. Et textu xxiiij. pag.115. ver.2. Deiectionem, ἀυασμὸν siccitatem, si corpus non concidit, spiritum turbidum. In secundo de Morbis muliebribus, pag.272.ver.12. Cęterum in ollam allium ἄυων siccum inijcere oportet.

῞Αιρεται. Attollitur.

ANNOTATIO.

Αἴρεται. In primo de Morbis muliebribus, pag.248.ver.15. Et si his sic habentibus, non exudarit, neq; aluus laxetur, ab hoc splenis αἴρεται

 attollitur.

attollitur. Et libro ſecundo, pag. 278. ver. 42. Si inflati fuerint vteri, venter ἀίρεται attollitur, & inflatur, ac ſonitum edit. In libro de Natura muliebri, pag. 217. ver. 4. Et tumores ſunt crurum ac manuum: & caua ἀίρεται eleuantur. In ſecundo de Morbis, pag. 140. ver. 10. Si vero longo tẽpore poſtea morbus reuertatur, cutis capitis craſſeſcit, & reliquum corpus ἀίρεται attollitur. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario quarto, textu. 1. pag. 346. ver. 28. de tuberculis circa aurem. Recidiua vero, inquit, fiente rurſus ἀίρεται intumeſcunt. Quam ſententiam repetit, tertio de Humoribus, textu xxxiiij. pag. 117. ver. 37. D

Ἀκτή. Herbæ nomen.

ANNOTATIO.

Ἀκτή. Male in quibuſdam exemplaribus Erotiani ἀλκτή pro ἀκτή legitur. In ſecundo de Morbis, pag. 144. ver. 33. Si vero aluus non ſubeat, braſſicas edat, & ſuccum ſorbeat. ſin minus ἀκτῆς ſambuci folia eodem modo. Sic in vaticano codice legitur: in impreſſis vero ἀυτῆς, ſed perperam. In libro de Natura muliebri, pag. 218. ver. 24. Pęoniæ grana nigra quinq; bibat, & fructus ἀκτῆς ſambuci conchæ teſtam maiorẽ in vino. In ſecundo de Morbis mulieribus, pag. 268. ver. 17. Diebus vero inter collutiones intermedijs ἀκτῆς ſambuci fructum bibat, & leporis coagulum. Et pag. 283. ver. 6. Ad hoc commodum eſt ἀκτῆς ſambuci folia ſumere cocta cum origano, aut thymo, aut ruta. Et pag. 285. ver. 49. ἀκτῆς ſambuci folia, & lentiſci in aqua coquito. De cuius plantæ differentijs & facultatibus Dioſcorides libro quarto, cap. clv. tractat. E

Ἀέκουσιν. Nolunt.

Ἀνθεῖν. In vigore eſſe. F

ANNOTATIO.

Ἀνθεῖν. Primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu x. pag. 307. ver. 13. de febre continua inquit. Continua quibuſdam ſtatim ab initio ἀνθεῖ floret, & viget maxime. Et libro ſecundo, ſectione prima, pag. 311. ver. 35. Circa principia morborum conſiderandum an ſtatim ἀνθεῖ florent. pro qua voce quidam vertunt, conſiſtendi vigorem habent. Secundo de Humoribus, textu xxvj. pag. 115. ver. 49. Proinde noſſe expedit in quibus temporibus humores ἀνθέουσι florent.

Ἀρκτοῦρος. Quem nonnulli Arctophylacem appellant. οὖροι enim cuſtodes dicuntur. eſt autem hæc ſtella fulgens in zona Bootis poſita.

Annotatio

A

ANNOTATIO.

Ἀρκτοῦρος. Galenus libro tertio Aphorismorum, textu xiiij. inquit, Arcturus oriens facit initium autũni. Primo de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu j. Arcturum oriri ante autumnale æquinoctium, duodecim ferè diebus, asserit. Meminit autem eius Hippocrates in Libro de Aëre, aquis, & locis, pag.75.ver.41. & pag.76.ver.7. Tertio de Diæta, pag.101.ver.36. De Morbis vulgaribus, libro primo, commentario secundo, textu iiij. pag.302.ver.47. & textu lx. pag.304.ver.33. & 37. & 38. Et libro tertio, cõmentario tertio, textu ij. pag.322.ver.1. & textu vij. pag. eadem, ver.5. Et libro septimo, de Pythodoro loquens, pag.352.ver.27.

Ἀρχαίη φύσις. Antiqua natura, hoc est, quæ ante morbum est, & secundum naturam.

B

ANNOTATIO.

Ἀρχαίη φύσις. Tertio de Fracturis, textu vltimo, pag.471. ver.17. Neq; enim aliam vllam communem duorum ossium connexionem emotam ad ἀρχαίην φύσιν pristinam naturam collocare facile est. Primo de Articulis, textu lxj. pag.477.ver.20. de summitate lati scapularum ossis, quod cum iugulo coniungitur. Neque enim aliud vllum os in eundem locum restituitur, quod cum alio osse communionem habet, & adhærens ab ἀρχαίης φύσιος pristina natura auulsum fuerit. pro qua voce, interpres elegantissime vertit, veteri sede auulsum fuerit. Et textu lxxij. pag.478.ver.41. Quum ad ἀρχαίην φύσιν pristinam naturam resederit. reliqua curatio velox erit. Secundo de Articulis, textu xxiiij. pag.482. ver.28. de luxatione maxillarum. Primum igitur & intrinsecus conformando, & forinsecus non parcendo, ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν ad pristinam
C naturam reducere ac dirigere oportet. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione prima, pag.311.ver.46. Quæ vero contraria significant, malum, non solum si recurrant, sed etiam ἀρχαίης φύσιος primariæ naturæ contraria repentia. Et infra, pag.312.ver.18. Molles vero tardiores sunt ad peccatum, & ad bonum, quàm ἀρχαίη φύσις prior natura. Libro de Sterilibus, pag.298.ver.33. Sed & post suffitum lauet: & vteri stomachum ad ἀρχαίην φύσιν pristinam naturam reducat.

Ἁμαρτωλίην. Errorum cognitionem.

ANNOTATIO.

Ἁμαρτωλίην. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione prima, pag. 312.ver.17. Molles vero tardiores sunt, & ad ἁμαρτωλίην peccatum, & ad bonum, quàm prior natura.

Ἀλύκη. Hæſitatio cum oſcitatione. D

ANNOTATIO.

Ἀλύκη. Secundo de Morbis vulgaribus, ſectione ſexta, pag.318.ver.33. Ἀλύκης In anxietate, horrore, oſcitatione, dato vinum. De cuius vocis expoſitione Galeno cum Erotiano non conuenit. nam ſeptimo Aphoriſmorum, textu lvj. pag.400. ver.20. Ἀλύκην, Anxietatem, oſcitationem &c. quam vocem Caluus vertit pandiculationem & æſtum. Galenus inquit, Nos ſcire oportere, quòd Ἀλύκην nominauit, quam multi Græci ἄλην appellant, id eſt, anxietatem.

Ἀφθώδεα. Ἄφθα dicitur puſtularum ſpecies, quæ in ſummo ore puerulorum naſcuntur.

ANNOTATIO. E

Ἀφθώδεα. In aliquibus exemplaribus perperam ſcribitur, ἀφθώδα. Tertio de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xij. pag.322. ver.10. Ora ἀφθώδεα vlcere feruido affecta. Caluus vertit, ora puſtulabantur. Quem locum Galenus exponens inquit. ἄφθαι quidem ora puerorum frequenter ſolicitant, quæ exulcerationes quædam ſunt in oris ſuperficie. de quibus in ſecundo de Morbis muliebribus, pag.266. ver.44. ait. Et in ore ἄφθαι vlcera feruida, & ſuperficiaria. Alibi vero alijs etiam partibus hanc vocem accommodauit. Nam libro de Natura muliebri, pag.226.ver.40. inquit ἢν ἀφθήσι τὰ αἰδοῖα, id eſt (vt Germanus interpres vertit) Si ex feruido & ſuperficiario vlcere pudenda fuerint exulcerata. Quæ verba ipſe repetit pag.227.ver.48. Habetur etiam hęc vox in eodem libro, pag.229.ver.5. Primo de Morbis muliebribus, pag.242. ver.15. Si prægnanti ἀφθᾷ τὰ αἰδοῖα pudenda feruido & ſuperficiario vlcere fuerint exulcerata. Et pag.263.ver.14.

Ἄναυδος. Sine voce. αὐδὴ enim vox, vt ait Homerus. Αὐδήεντα loquentē reddidit Dea habens cæſios oculos Minerua.

ANNOTATIO.

Ἄναυδος. Libro de Coacis prænotionibus, pag.434.ver.18. In conuulſionibus ἀναυδίη vocis interceptio, diu durans, mala eſt. In primo de Morbis muliebribus, pag.241.ver.19. de repentina ſuffocatione prægnantium. Et mulier ἀναυδίη voce priuatur. Et libro ſecundo, pag.269. ver.41. Tales ſi non breui à præcordijs vteri deſcendant, ἄναυδοι loqui non poſſunt. Et infra pag.278.ver.27. de conuerſione vteri ad crura & pedes. Si vero ἄναυδος γένηται loqui non poterit, crura de repente frigida

A gida reperis. Et pag.283.ver.28. Et anxia eſt: & ἄναυδος ἐστὶ loqui non poteſt. Quinto de Morbis vulgaribus, pag.340.ver.1.de virgine pulchra Nerij filia. Rurſus augebatur febris:& in ſoporem deferebatur: & ἄναυδος loqui non poterat. Galenus in Exegeſi, hanc vocem dicit ſignificare eum,qui diſſerere nequit. In tertio de Morbis vulgaribus, commentario tertio,textu lxxiiij.pag.324.ver.49. de Pythione verba faciens,qui ἄναυδος & ἄφωνος hoc eſt,loquela & voce deſtitutus fuit.vel vt Caluus vertit,Non loquebatur, querebaturq;.vel,vt alijs placet; obmutuit,voce defectus eſt. Galenus inquit.poſtquam dixit ἄναυδος, mutus, addidit,voce deſtitutus eſt; quia αὐδὴν non quicquid auditu ſentitur, aut ore animantis de induſtria emittitur, veteres appellarunt: ſed vnam hominis vocem,qua inter nos colloquimur,αὐδὴν nominant. Itaq; Poëta vbi facit alterum equorum Achilli humano ſermone reſpondiſſe, ait, vt B legere eſt in xix. Iliadis iuxta finem.

Αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος ἥρη.

Loquentem fecit Dea albas vlnas habens Iuno.

non quòd antea voce careret: nec quòd in eo vox equorum communis non eſſet: ſed quòd non illa loquela,quæ αὐδὴ dicitur:ſic deam dicit loqui,quæ humana lingua vteretur. Primo Prorrheticorum, commentario ſecundo,textu lviij.pag.410.ver.47. In febribus ad præcordium dolores ἀναύδως ſine voce, ſi ſudore ſoluantur, maligni ſunt. Sine voce, inquit eo in loco Galenus,nõnulli pro,ſine ſermone dici putarunt: quia ſermo in vocis genere ſit. dicitur autem apud veteres φωνὴ non ita ſolum, verum quoque αὐδὴ: atque hoc per translationem, ἀλόγως, ex ἀναύδως ſignificari dicimus. In cuius expoſitione Galenus cum Erotiano non conuenit. Locum, quem ex Homero adducit, non inuenio; C niſi is ſit, quem Galenus citat.

Ἀνεκάς. Deſuper. Compoſita eſt enim ab ἄνω, quod eſt,ſupra,& ἑκάς, quod eſt,procul. quemadmodum Ariſtophanes in Dædalo ait. Machinarum faber, quando vis rotam dimittere,quamuis ἑκάς; id eſt,procul,dic,ſalue ſplendor Solis.

ANNOTATIO.

Ἀνεκάς. Primo de Morbis muliebribus pag.231.ver.45.loquens de corporis muliebris raritate, ait. Fit autem hoc ex eo, quòd ſemper ab aqua ἀνεκὰς ſurſum decedit in vaſa ampliora oſcula habentia. Et libro ſecundo, pag.276.ver.46. de vteri procidentia. Sed & lectũ à pedibus ἀνεκὰς altiorem facere oportet. Et infra pag.278.ver.12. Oportet enim ipſos, ſcilicet vteros, ἀνεκὰς ſurſum reuellere.

Αἱμοκέρχνα. Dicuntur ea, quæ & cruenta & arida sunt. D
κέρχνον enim Attici siccum dicebant.

ANNOTATIO.

Αἱμοκέρχνα. In aliquibus exemplaribus scribitur αἱμοκέρχνοντα. Sunt autem αἱμοκέρχνα secundum Galenum in Exegesi, quę, quum sanguis effluit, asperitatem inducunt.

Ἀκολαστότατον. Impudentissimum.
Ἀνάπλοον. Leue, & patentem quandam habens latudinem.
Ἀπόξεα. Poliendo detracta & amputata. intelligens ea, quæ ex latitudine in angustum redacta sunt.

ANNOTATIO.

E

Ἀπόξεα. Secundo de Officina medica, textu xj.pag.503.ver.21 Hoc tamen probe nosse cõuenit, quòd omnis deligatio ad decliuia, & ἀπόξη, acuminata fugit. Galenus in expositione textus xv. eiusdem libri, inquit nos moneri vt prouideamus, ne fascia ad partes decliuiores delabatur, ne ve sursum tendat ad gibbas, quas ipse supra dixit ἀπόξη, id est, in extremitate tenuatas. Et libro tertio, in comméto textus 11.ait, partes, quæ in extremitate tenuantur, ipse nominare solet ἀπόξη, & ὑπόξηρα, cuiusmodi brachium est iuxta primam palmæ partem, & crus iuxta pedem. Primo de Fracturis, in textus xxxiiij. expositione. Longorum membrorum fines, angustiorem habentes latitudinem, ἀπόξηρα, id est, desiccanea, seu ὑπόξηρα, id est, subsiccanea, ea de causa appellat: quæ etiam ἀπόξη, hoc est, in acutum abeuntia, vocare consueuit.

Ἀκμὴ πάθους. Earum, quæ magnitudinem declarant, notarum præsentia. F

ANNOTATIO.

Ἀκμὴ πάθους. Reperio ἀκμὴ apud Hippocraté, non ἀκμὴ πάθους. Primo Aphorismorum, textu ix.pag.390.ver.20. Simul autem coniectare oportet, an æger ex victu durare possit ad τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου vigorem morbi. Et textu x.pag.eadem, ver.21. & 22. Quibus igitur statim ἡ ἀκμὴ vigor est, his statim tenuis victus adhibendus est: quibus vero posterius, ἡ ἀκμὴ vigor, his &c. Et libro secundo, textu xxx.pag.391. ver.36. Circa principia & fines omnia debiliora sunt, circa vero τὰς ἀκμὰς vigores, fortiora. Quarto de Morbis vulgaribus, pag.333. ver.40. Ἀκμὰς τῶν νούσων. Vigores morborum & ad iudicationẽ, & quotidie.

Et

A Et libro sexto, commentario primo, textu ix. pag.343.ver.26. Quæ ad rigores fortes progressa sunt, non valde mitigantur, nisi prope τῆς ἀκμῆς statum seu vigorem. In cuius loci expositione Galenus ait, Quidam dicunt hoc loco factam esse status mentionem, qui vnum est ex vniuersi morbi temporibus: quidam vero illius, qui ad singulas accessiones pertinet. Alijs autem rebus hac vocẽ accomodare Hippocratem ex ijs, quæ in libro de Veteri medicina, pag.8.ver.33. scribit, manifeste patet. Fortissimum autem est, inquit ipse, inter dulcia, dulcissimum; inter amara, amarissimum; inter acida, acidissimum; & in omnibus adeo rebus ἀκμὴ vigor ipse, ac summum. Libro de Pręceptis, pag.19.ver.8. Ἀκμὴ, vigor ętatis omnia habet gratiosa: decrepita vero ætas, vice versa.

Ἀπαυδῆσαι. Idem est, quod vocis expertem fieri.

ANNOTATIO.

B Ἀπαυδῆσαι. Primo de Morbis muliebribus, pag.254.ver.6. Hoc vteros inflat. Hoc etiam ἀπαυδῆσαις, vel vt Vaticanus codex habet, ἀπαυδῆσασι, desperatis optimum est. Primo Aphorismorum, textu ix. pag. 390.ver.20. Simul autem coniectare oportet an æger ex victu durare possit ad morbi vigorem: & vtrum ille prius ἀπαυδήσει deficiet: & ex victu durare non possit. Quæ expositio cum Erotiani sensu nõ conuenit.

Ἀμφιδέξιος. Bacchius inquit ambidexter, vt ἀμφήκης, vtrinq; acutus. Explicat autem hoc Euripides in Hippolyto, dicens, ἀμφιδέξιον ferrum, pro vtrinq; incidens. Hippocrates vero non ad vtrinque acutum, sed ad id, quod ad vtranq; partem facile potest accommodari, refert. Docet autem & Poeta illud esse περιδέξιον, quo non secundum vnam solam C partem facile vti possumus, dicens. Heros Asteropæus quoniam περιδέξιος circundexter erat. Eodem modo & Hipponax ait, ἀμφιδέξιος, id est, ambidexter ego sum, & percutiendo non erro. Meminit quoq; huius vocis Herodotus. Verum Hippocratem audire oportet dicentem. Mulierem non esse agilem vt vtraque corporis parte vtatur. εὐχρηστος enim refertur ad agendum, quemadmodum multi homines. Glaucias vero ait, quòd τὸ ἀμφιδέξιον intelligere ita oportet, quòd in dextris vteri partibus muliebre corpus nõ gignitur, eo quòd mas in dextris partibus, fœmina vero in sinistris. veruntamen non recte demonstrauit. quo enim modo fieri posset, vt mulier binos, vel ternos parere posset?

Annotatio

ANNOTATIO. D

Ἀμφιδέξιος. Hippocratis locus, quem citat, est in septimo Aphorismorum, textu xliij. pag. 400. ver. 4. Mulier ἀμφιδέξιος ambidextra non fit. In cuius expositione Galenus inquit. Ambidextrum Euripides nominat ferrum vtrinq; incidens. περιδέξιον circundextrum autem Homerus. Asteropęum ambabus manibus similiter vtentem: ac si vtrinque dextrum dixisset. Eodem modo ἀμφιλαῖον ambilæuum Aristophanes in Tegenitis, vtrinque sinistrum. Hipponax ἀμφιδέξιον ambidextrum dixit in hoc versu.

Ἀμφιδέξιος γάρ εἰμι, καὶ οὐχ ἁμαρτάνω κόπτων.

Ambidexter enim sum, & non aberro percutiens.

Et in Exegesi inquit, Ἀμφιδέξιος ambidexter, id est, vtraque manu, vt dextra, vtens. Sic etiam apud Poëtam περιδέξιος circundexter. Sic Hipponax aiebat. Ambidexter enim sum, & non aberro. Quidam ἀμφιδέξιον perperam intelligunt eam, quæ in dextris vuluæ partibus concepta est. F.

Homeri locus ab Erotiano, & Galeno adductus, est in xxi. Iliadis.

Ἀμόργη. Vt plurimum sedimen olei, (amurcam dicunt) aliquando etiam serum dicitur.

ANNOTATIO.

Ἀμόργη. Septimo Aphorismorum, textu xlv. pag. 400. ver. 7. de suppurato hepate ait. Si vero velut ἀμόργη, amurca fluat, pereunt. Quem locum ita exponit Galenus, Quòd autem ἀμόργη amurcam omnes nominent fœcem olei, & quòd talem par est esse incoctam putredinem hepatis, liquet vnicuique. Et libro de Vlceribus, in descriptione cuiusdam medicamenti, pag. 514. ver. 42. De vino defuso, duas partes sumito: & ἀμόργης amurcæ olei quã siccissimæ partem vnam. Et paulo post, ver. 45. Postea ammixta ἀμόργη amurca, coquito. F

Ἀμαλδύνεται. Deletur, & extenuatur. sicut in secundo de Morbis muliebribus inquit. Oculi ἀμαλδύνεται, id est, tabescunt.

ANNOTATIO.

Ἀμαλδύνεται. Galenus in Exegesi ait. Hoc vti solet pro offuscatur ferè, & obscuratur, vt in secundo de Morbis mulierũ, oculi ἀμαλδύνεται offuscantur. Primo de Morbis muliebribus pag. 235. ver. 15. Et semen amborum, & maris & fœminæ ἀμαλδύνεται euanescit. Caluus vertit, languescit. Et libro secundo, pag. 287. ver. 1. Quum adest perfrigeratio, & spiritus offendens, & oculi ἀμαλδύνεται hebescunt, vt vertit Caluus:

vel

A vel tabescunt & obscurantur, vt vertit interpres Germanus. Libro de Semine, pag.27.ver.48. Cęterum eunuchi propterea non coeunt, quia genituræ transitus ipsis ἀμαλδύνεται, sublatus est. In cuius vocis expositione interpretes parum sibi ipsis constant, & minus cum Erotiano consentiunt.

Ἁρμῶ. Quiete, paulatim, vt Pherecrates in Metallicis.

ANNOTATIO.

Ἁρμῶ. Galenus in Exegesi habet ἁρμίω, & ἁρμίως, vt habent aliqui codices, ilico, significat, & est vox Dorica. Primo de Morbis muliebribus, pag.233.ver.47. Si vero menses mulieri prodeant quidem, verum pauciores quàm conuenit, vt pote osculo vterorum paululum à pudendo emoto, aut ἁρμῶ nuper concluso. Et infra, pag.243.ver.18. Si vero cu

B retur mulier, superstes erit, si ἁρμῶ cito curetur. Sic legitur in Vaticano codice: in impressis vero vtrobique habetur ἁρμοῖ. Quæ expositio ab Erotiani sensu non parum discrepat.

Ἀρυσθέντι. Exhaurienti.

Ἀπαυρίσκεται Dissoluitur.

ANNOTATIO.

Ἀπαυρίσκεται. Quarto de Morbis, pag.177.ver.35. Procedit potus in ventrem, à ventre autem in reliquum corpus ἀπαυρίσκεται expanditur. Caluus vertit, corpus ab eo haurit. Quæ expositio Erotiani sensui adamussim non quadrat.

Ἀσκαρίζει. Idem est quod σκαρίζει, saltat vel calcitrat. vt ἄσταφις, σταφὶς, quæ vuam passam, ἄσταχυς, στάχυς, quæ spi-

C cam significat.

ANNOTATIO.

Ἀσκαρίζει. Libro de Natura pueri, pag.37.ver.45. Quando vero mulieri partus appropinquat, tunc puero se mouente, & manibus ac pedibus ἀσκαρίζοντι calcitrante, pelliculam quandam internam rumpi contingit. Caluus vertit, scarificando rumpit. Et pag.38.ver.25. Et puer plenus, ac maturus existat, copiosius alimentum desiderans, ἀσκαρίζει calcitrat. Caluus vertit, sese agitat. Et ver.30. Quæ vero menses paucos demittunt, hæ etiam pueris postremo tempore, vbi iam maturi fuerint, alimentũ rarius exhibentes, ipsos ἀσκαρίζειν calcitrare faciunt. Caluus vertit, vti agitentur. Et rursus ver.48. Vberius itaque præsente alimentum puer quærens, ἀσκαρίζον calcitrando pelliculas disrumpit. Caluus

vertit

vertit,nō quiescit. Vt mihi videtur,hæc vox in citatis locis, pro calcitrare D
appositissime sumitur. quãuis moueri, saltare, & scalpere etiã significet.

Ἀτεράμνοις. His, quæ difficulter mutantur.

ANNOTATIO.

Ἀτεράμνοις. Galenus in Exegesi, ἀτέραμνα exponit,difficilia ad concoquendum, & dura. qua voce Hippocrates in libro de Aëre, aquis, & locis sæpe vsus est.pag.75.ver.14. Hæc itaque diligenter oportet perscrutari: ac simul quo modo habeant circa eam aquæ: numne palustribus vtantur & mollibus,aut duris, & ex sublimi loco prolabentibus, & scaturientibus ex petris,siue salsis, & ἀτεράμνοισιν crudis. Et parum infra in ea parte, quæ ad finem libri de Vulneribus capitis apposita est, pag. nempe 453.ver.5. Homines autem vegetos & siccos esse necesse est: & plures ventres infernos ἀτεράμνους crudos & duros habere, supernos vero fluidiores. Et ver.19.Ex mulieribus vero,primum quidem multæ steriles fiunt propter aquas,quæ duræ sunt,ac ἀτέραμνα crudæ, & frigidę. Et iterum ver.22. Vbi vero pepererint, pueros nutrire non possunt. lac enim ab aquarum duritia & ἀτεραμνίης cruditate extinguitur. Et pag. 454.ver.38.de aquis.Quæcunque vero salsæ & ἀτέραμνα crudæ & duræ sunt,ad hoc quidem vt omnes bibant,non bonæ sunt. E

Ἀναλδέες. Quæ non crescunt.

ANNOTATIO.

Ἀναλδέες. Galenus in Exegesi habet ἀναλδὲς, & dicit significare id, quod non nutritur, & non augetur. quem locum nonnulli in annotationibus in eum librum conscriptis, deprauatum esse putant: & ex eo, qui de Aëre,aquis,& locis inscribitur,ita emendandũ, vt pro ἀναλδὲς, legatur ἀναλθὲς. immemores se scripsisse in annotationibus Erotiani, in hoc ipso libro Hippocratis ἀναλθέες mendose legi: & pro eo, restitui debere ἀναλδέες. Vnde vnicuique patet, eos magna cum inconstantia falli. Sic autem Hippocrates in libro citato, pag.77.ver.16.de Phasi fluuio verba facies, scribit. Fructus autem, qui illic nascuntur,omnes ἀναλθέες insalubres sunt. pro qua voce num reponi debeat ἀναλδέες, alijs inquirendum relinquo. F

Ἄναλκες. Nonnulli effœminatum, & imbecillum. melius est autem hoc intelligere de eo,cui auxilium præstari non potest. ἀλκὴ enim apud ipsum auxilium dicitur.

ANNOTATIO.

Ἄναλκες. Libro de Aëre, aquis, & locis, pag.77.ver.33. Propter quas

sanè

A fanè caufas, ἄναλκις imbelle & effœminatum vniuerfum Afianorum genus exiftit.

Ἀράβη. Detrimentum.

Ἀργά. Quæ inexercitata funt, vel alba.

Ἀήρ. Aer quatuor modis dicitur. & qui omnibus communiter fplendet, & aer caliginofus, vt eft apud Homerum. Ἀὴρ enim apud naues profundus, neque Luna è cœlo fulgebat. dicitur & fpiritus in nobis: & per fedem graue olens flatus.

ANNOTATIO.

Ἀήρ. In tertio de Humoribus, textu viij. pag.116.ver.35. Quum igitur & ἀὴρ aër fic proceſſerit. pro quo Germanus interpres, & quidam alij, ver tranftulerunt. Caluus vero, aër, & quidem recte, vt iudico. Secun-
B do de Morbis muliebribus, pag.269.ver.22. Si vero ad cor progreſſi vteri fuffocent, & ἀὴρ aër impeditus violenter attrahatur, anxia eft. Libro de Morbo facro, pag.125.ver.19. Calcitrat autem pedibus, quum ἀὴρ aër in membris conclufus fuerit. Et libro de Flatibus pag.118.ver.22. Ac fpiritus quidem, qui in corporibus funt, flatus vocantur: qui vero extra corpora exiftunt, ἀὴρ aër. Et pag.119.ver.36. Hiatus etiam præcedere folet febres: fi quidem multus ἀὴρ aër coaceruatus, cumulatim fuperne petens, commouet, ac diducit os. Cęterum, licet hæc vox frequenter apud Hippocratem reperiatur: pro graueolenti flatu per fedem emiſſo ab eo vfurpatam nufquam legi. Locus autem Homeri, quem citat Erotianus, eft in primo Odyſſeæ.

Ἀὴρ γὰρ παρὰ νηυσὶ βαθεῖ᾽ ἦν,
Οὐδὲ σελήνη οὐρανόθεν προὔφαινε.
C Aër enim iuxta naues profundus erat.
Neque Luna è cœlo fplendebat.

Ἀναΐσσοντος. Irruentis. ἀΐσσειν enim idē eft, quod irruere.

ANNOTATIO.

Ἀναΐσσοντος. Secundo Prognofticorum, textu lxx. pag.406.ver.33. de doloribus lumborum. Si vero ἀναΐσσοντος affiliente ad feptū tranfuerfum morbo, alia figna non mala acceſſerint, hunc fuppuratum fore multa fpes eft. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, prorumpat. Alij, afcendente.

Ἀλαζόνες. Dicuntur eo quòd cum errore viuant. Ἄλη autem error; & Ἀλήτης, errans. quo etiam nomine mendaces appellantur.

Ἀντεόν-

Ἀντεόνθεον. Hominem, quem damni alieni authorem futurum suspicamur. ἀντέον autem veteres continentem appellabant, vt est apud Sophoclem in Clytemnestra. Nonne vidistis hunc ἄντεον obuersantem, & metum spirantem ἀντέας, id est, continentis Deæ. D

Ἀλάστορες. Bacchius quidem in primo libro homicidas interpretatur, ex Euripide in Melanippe. Fortasse ἀλάστορας, id est, homicidas non ausa est interficere. Nonnulli vero eos, qui impium quoddam ac scelestum patrarunt, quamuis homicidæ non sint, quemadmodum committentes quædam, quæ erroris plena sunt, circa itinera. eo quòd, hæc vox deriuetur παρὰ τὸ ἀλητεῖν, quod est peccare.

ANNOTATIO. E

Ἀλάστορες. Galenus in Exegesi dicit hanc vocem significare, & homines, qui iniqua committunt: & Deos vindices, pœnas de his sumentes. Libro de Morbo sacro, pag.123.ver.27.de ijs, qui huius morbi causas ad Deos referũt: inquit. Expiant enim morbo correptos sanguine, itemq; alijs sceleribus inquinatos, aut ἀλάστορας nefarios, vt Caluus vertit. vel iniustos, vt Germanus interpres.

Ἀιόνησις. Fomentum seu exhaustio. Bacchius vero inquit, prouocatio.

ANNOTATIO.

Ἀιόνησις. Libro de Humidorum vsu, pag.112.ver.13.de aqua. Cutis ipsa superne exulceratur calidæ αἰονήσει aspersione, sic vertit Germanus interpres. F

Ἀιθόλικες. Quæ in corporis superficie nascuntur pustulæ, siue ab igne, siue ab alia quauis causa, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, idest, ab vrendo, nominatæ. Alij autem αἰθόλικας dixerunt rotunda in corporis superficie tubera. hæc autem ex calore gignuntur, frigore vero expelluntur. Sed hoc non vult dicere Hippocrates. calidum enim non fit rotũdum, nisi valde feruidum sit. & quamuis eiusmodi sit, non fit tamen rotundum, sed potius obdurescit. Nonnulli vero dixerunt bullas, quæ in superficie nascuntur, quæ sanè vt plurimum in rotundum tendunt. Glaucias vero quum rem totam ignoraret, non pauca

scripsit,

A scripsit, dicens αἰθόλικας rubores esse, qui ex calidis lauacris nascuntur.

ANNOTATIO.

Αἰθόλικες. Aliqua exemplaria habent, αἰθάλικες. Galenus in Exegesi habet αἰθύλικες. Significantur autem, vt ipse exponit, hac voce circuli in summa cute similes circulis rubentibus, quos ignis excitat. quam ego apud Hippocratem non inuenio, sed θολκκὰς in Libro de Vsu humidorum, pag.113.ver.40.de papulis verba faciens. In carnosis vero & tenera carne præditis, subrubicundæ sunt: in nigris autem rotundæ θολκκὰς λέγουσι, hoc est, vt Germanus interpres vertit, dothienes, id est, furunculi, appellatæ: & quales in ipsis calidis lauacris oboriuntur. Quod videtur comprobare Glauciæ opinionem ab Erotiano confutatam. Et præterea hæc versio suspecta videtur, quia δοθιὴν, quem describit Paulus libro quarto, capite xxiij.& Galenus quinto de Cōpositione medicamentorum secundum locos cap.vij. et tertio de Humoribus, commento textus xxvj.mihi videtur differre à θολκκαῖς descriptis ab Hippocrate in libro de Vsu humidorum.

B

Ἄλητον. Farina.

ANNOTATIO.

Ἄλητον. Secundo de Morbis muliebribus, pag.264.ver.27. Sunt autem ex sorbitionibus hæ commodissimæ, panicum, lenticula, ἄλητον farina horni, vt Germanus interpres vertit, simila, Caluus. Et pag.288. ver.6. Et ἄλητον farinā sorbendam dato. Secundo de Morbis, pag.144. ver.45. A vomitu quidem bibat ἄλητον farinā trimestris tritici in aquam inspersam. Et pag.146.ver.39. Foris autem ceruicem & maxillas ἀλήτῳ farina calida in vino & oleo cocta integito. Et pag.156.ver.3. Et ἄλητον farinam ac fauum inspergat. Libro etiam quarto, pag.178.ver.3. Si quis Cyceonem biberit, aut ἄλητον farinam coctam sorbuerit. Et ver.7.eadem repetit. Secūdo de Morbis vulgaribus, sectione sexta, pag.318.uer.13. Sin minus ἄλητον farinam quàm calidissimam dato. Vtitur etiam hac uoce aliàs in eadem sectione. Alia exempla habentur, Libro de Affectionibus, pag.181.uer.33. Secundo de Diæta; pag.92.uer.41. Libro de Fistulis pag.518.uer.41.& pag.519.uer.22.

C

Ἀλέξασθαι. Auxiliari, succurrere, vnde & τὸ ἀλεξιφάρμακον, cum auxilio remedium.

Ἄρδει. Irrigat.

Ἀνακῶς. Diligenter & caute. est autem hæc vox Dorica.

Annotatio

D

ANNOTATIO.

Ἀνακῶς. Galenus in Exegesi interpretatur, caute.

Ἀῤῥοίη. Imbecillitas.

ANNOTATIO.

Ἀῤῥοίη. Galenus in Exegesi ἀῤῥοίας dicit esse menstruarum purgationum suppressiones.

Ἀπεσυριγγώθη. Quod ad summum intumuit, quemadmodum fistulæ inflatæ.

Ἄργεμον. Affectio quædam in oculis, alba colore, quæ sanè à sequenti albedine nominata est.

ANNOTATIO.

E

Ἄργεμον. Ex ijs, quę Erotianus scribit, conijcio Hippocratis codices, in libro de Locis in homine, pag.67.ver.45. esse deprauatos. ibi enim de oculorum affectibus tractatur, & mendose legitur. Si autem ἄρ ἐπῆ γέμον, seu ἄρ ἐπηγέμον, id est, vt interpres Germanus vertit, humoribus plenus fuerit, lachrymare oculo conducit. Pro quo legendum est. Quum vero ἄργεμον hoc est, affectio oculi alba colore fuerit, lachrymare oculo conducit. De hac oculorum affectione, ἄργεμον dicta, meminit Author Definitionum medicarum, & Author Introductorij. cap.xv. & Paulus Ægineta libro tertio, cap.xxij. & Actuarius, libro secundo, cap.vij. In tractatione de Nothis adiectis ad finem primi libri de Morbis muliebribus, pag.300. ver.48. πρὸς ἄργημον, Ad Argemon oculi vlcus legitur, non πρὸς ἄργεμον.

Ἀψυχέειν. Animo deficere.

F

ANNOTATIO.

Ἀψυχέειν. In Exegesi, ἀψυχεῖ animus deficit, & ἀψυχίη, defectio animi. Primo Prorrheticorum, commentario tertio, textu xx. pag.411. ver.36. In his etiam spumosę mictiones, vnà cum ἀψυχίη animi deliquio. pro qua voce, vt testatur Galenus in commento, Dioscorides ἀποψυχῆ animo defecerit, scribendum esse censuit.

Ἀορτέων. Bacchius quidem in tertio inquit: De arterijs communiter hæc vox intelligitur. Epicles autē & Lycus Neapolitanus dicunt bronchia pulmonis, & asperæ arteriæ sic appellari. Melius autem est intelligere arterias, vt Bacchius dixit, quasi ἀεροτηρίας τινὰς, id est, vasa quædam spiritum in se

seruantia,

A ſeruantia, ſecundum vulgarem literarum mutationem ſic nominatas eſſe dicit.

ANNOTATIO.

Ἀορτέων. In Exegeſi, ἄορτρον eſt pars pulmonis, ſeparata ab vtraq; parte, vt in libro de Morbis maiore. In quo hanc vocem reperire non potui; ſed libro de Locis in homine, pag.68.ver.23. ita ſcribitur. Tabes autem fit, quum in idem, velut in ſuppurato, fluxio fit per guttur, & appendentes pulmonis partes, appellatas ἀορτέων aortas; quæ pulmonem & guttur coniungũt. Et pag.eadem.ver.26. Et in ἀορτῆσιν aortis id quod influit detentum, vt potè quum anguſta habeant foramina τὰς ἀόρτας aortæ, pro qua voce, venas Caluus perperam vertit. Sumi autem etiam pro arterijs & venis cordis, ex ijs, quæ libro de Corde, pag.55.ver.47.ſcribit, clare patet. vbi de pelliculis cor claudentibus verba faciens inquit. B Hæ mihi nerui ipſius viſceris, & vaſorum principia, ἀορτῆσιν aortis eſſe videntur. Et pag.eadem.ver.49. Et qui rei intelligentes ſunt, admirãtur; quo modo oſcula, & ἀορτέων aortarum fines claudunt.

Ἄρθρα. Proprie oſſium coniunctiones appellat his verbis. Manus autem ἄρθρα, id eſt, iuncturas, ſeu articulos habet multos Quæcunq; enim oſſibus committuntur, omnia articulos faciunt. aliquando autem vtraque pars, hoc eſt, os, ex quo articulus confici debet, vbi dicit. In coxendicibus ἄρθρα duo ſunt, quæ κοτύλαι, id eſt, acetabula appellantur.

ANNOTATIO.

Ἄρθρα. Loca ab Erotiano citata, ſunt in libro de Locis in homine, pag.65.ver.26. & 29. Ex quibus elicimus, poſſe nos id os, quod proximum C ſua concauitate ſuſcipit, articulum appellare: licet Galeno aliter videatur, recte, ſecus ne, poſtea iudicabis. Secundo de Fracturis, textu li. pag.462. ver.2. Facile iam eſt, τὸ ἄρθρον articulum reponere. Et libro tertio, textu lij. pag.469.ver.49. Nam femoris ἄρθρον articulus pro magnitudine expeditior eſt, quàm brachij. Et textu liiij. pag.470.ver.2. Brachij vero ἄρθρον articulus magnus eſt. Et textu lvj. pag.470.ver.6. At cubiti oſſa inæqualia ſunt: & quod breuius eſt, multo craſſius eſt: quod vero tenuius eſt, multum ſuperat, & excedit ἄρθρον articulum. Primo de Articulis, textu j. pag.472.ver.15. Humeri vero ἄρθρον articulum vno modo luxari noui. In quorum locorum expoſitione Galenus aſſerit articuli nomine ab Hippocrate appellari, aut ipſam oſſium coniunctionem, aut ex oſſibus, quæ inter ſe committuntur, non cauum, proximi oſſis caput, vel extremum, recipiens, ſed os, alterum ſubiens. Et præterea quarto de Arti-

culis, textu xvj.pag.495.ver.30. hæc verba exponens. At uero quibus tibiæ ossibus ἐξαρθρήσαντα luxatis, ac vlcere inducto ἄρθρα articuli circa pedem penitus eminent, Hippocratem reprehendit, quòd ossa cruris ἐξαρθρεῖν luxari, parum apposite dixerit: quum id de talo potius fuisset dicendum. quam tamen obiectionem eo in loco, & secũdo de Fracturis, textu lj. paruipendit, & Platoni subscribens asserit nominum disceptationem, dummodo error nullus acidat, esse prorsus reijciendam. memor fortasse se quoque cum prioribus anatomicis eo nomine abusum fuisse, quando in octauo de Vsu partium, cap.xiiij. epiphysim cerebri vermisimilem multipliciter esse articulatam dixit. Cęterum nunquid Hippocrates in alijs suis libris, articuli nomen ossium concauitatibus accommodauerit, tu ipse inquires. Et si alia exempla desideras, uide, Libro de Arte, pag.3.ver.33. Libro de Carnibus, pag.41.ver.39. Primo de Morbis muliebribus, pag.244.ver.1. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione tertia, pag.315.ver.30. & pag.316.ver.1. Et libro quarto, de Sene in lapideis vestibulis, pag.333.ver.17. Et libro quinto, de Eumelo larisseo. pag.337.ver.48. Ac libro sexto, commentario primo, textu xij. & xvj. & xvij. pag.343.ver. 30. & 37. & 38. Libro de Iudicationibus, pag.387.ver.12. Septimo Aphorismorum, textu lxiij. & lxiiij. pag.400. uer.31. Tertio de Articulis, textu xlv. pag.485. uer.44.

Ἀπτίστων. Sine squama, seu cortice. πτίσσειν enim dicitur decorticare, & contundere.

ANNOTATIO.

Ἀπτίστων. Galenus in Exegesi, integrorum, in integras farinas diuisorum, imperfecte fractorum, parte furfuracea non secreta. Hinc conijcio nomen ptisanę ductum esse. nam Erotianus ait, πτίσσειν enim dicitur decorticare, & contundere. Libro de Veteri medicina, pag.8. uer.21. de differentia panis, ἢ ἀπτίστων πυρῶν ἢ ἐπτισμένων, & ex tritico non decorticato, aut decorticato, & multa aqua subactus. Secundo de Dięta pag.92. uer.5. Eius signum habebis, si uelis hordeum ἀπτίστους non purgatum coquere. purgat enim is succus fortiter: si uero ἐπτισμένους decorticatũ coxeris, perfrigerabit magis, ac aluum sistet. Libro de Veteri medicina, pag.5. uer.36. de inuentione panis. Ex tritico igitur macerato, & πτίσαντες à cortice purgato, molitoque ac cribrato, & subacto ac assato, panem fecerunt.

Ἄραδον. Turbulentum motum, & maris æstum.

ANNOTATIO.

Ἄραδον. Quarto de Morbis, pag.177. uer.43. Mitiora vero ἄραδον turbulentum

A turbulentum corporis motum faciunt. Primo de Ratione uictus acutorum, textu xviij pag.369.ver.ij.de ptisana. Neq; abstrictionem habet, neq; ἄραδον turbationẽ malam. Et libro quarto, textu xciiij.pag.382. uer.38. Lens adstringit, & ἄραδον turbationem inducit. In cuius loci expositione Galenus inquit. Dictũ est autem ἄραδον significare turbationem quandam, ac veluti pugnam, quæ in uentre ex edulijs discrepante facultate præditis excitatur. Libro de Veteri medicina, pag.9.uer.6. Sin autem est calidum quoddam acerbum existens. aliud uero calidũ fluidum, aliud calidum ἄραδον tenue. sic vertit Germanus interpres, secutus Phauorinum: non uehemens, Caluus. sed uterque, ut iudico, perperam.

Ἀσκητέον, ἀθλητέον, id est, certãdum. Athletas enim ἀσκητὰς Attici dicunt.

B Ἀκεσίας. Medelas. & ἀκεστὰ, medicabilia, & Attici acus ἀκεστρίας appellant, eo quòd medeantur, & quasi sana faciant vestimenta.

ANNOTATIO.

Ἀκεσίας. Galenus in Exegesi exponit ἀκεστά, quæ curationem admittunt: siquidem ἄκη medicaméta sunt. Primo de Humoribus, textu xij. pag.114.uer.33. ἄκη medela, declinatio. Tertio de Articulis, textu ciij. pag.493.uer.26. Oportet enim ἀκεστὰ curabilia ita tractare, ut ne ἀνήκεστα incurabilia fiant. Et uer.29. Siue eo uertantur, ut ἄκεστον curabilia fiant.

Ἀδιαῤῥοίη. Diffluentium exacta retentio.

Ἀγαθῶς. Vtiliter.

C ANNOTATIO.

Ἀγαθῶς. Secundo de Officina Medici, textu.iij. pag.503. uer.14. Eius uero, quod ἀγαθῶς bene deligatur, duæ sunt species. Secundo de Fracturis, textu xix.pag.460. uer.40. At uero talia ἀγαθῶς bene deligare non cuiusuis est. Galenus in commento inquit. Hic author, & alij antiqui sępe numero ἀγαθῶς bene, pro καλῶς pulchre usurpant. Et textu xxxj. pag.461.uer.17. ἀγαθὸν bonum est hoc testimonium in omnibus sugillatis. Galenus eum locum exponens, ait, Idoneum, siue bonum dixisse ἀγαθὸν quasi certum, stabile, uerum, perpetuum. Secundo de Articulis, textu xliiij.pag.482.uer.14. Vti autem conuenit ad omnia hęc huiusmodi farina, si ex ἀγαθῶν optimo tritico fuerit. Galenus eo in loco inquit. Optimum triticum dixisse ἀγαθοὺς πύρους. maiores enim soliti sunt ἀγαθοὺς uocabulo uti ad notandum id omne, quod in suo genere pri-

mum eſt. Secundo Aphoriſmorum, textu xxxiij. pag.391.ver.41. In omni morbo valere mente, & bene ſe habere ad ea, quæ exhibentur, ἀγαθὸν bonum: contrarium uero malum. Galenus in commento ait, Dici ſignum eſſe bonum, quantum in ſe ipſo eſt, hoc aliquid. Et libro quarto, textu xxv. pag.394. uer.19. Sanguis ſurſum quidem, qualiſcunq; fuerit, malus eſt: deorſum vero ἀγαθὸν bona ſunt nigra ſubeuntia. Galenus in eo loco vult ἀγαθὸν bonum, non tanquam proprie dictũ, ſed tanquam idem, quod melius, eſſe accipiendum, quaſi ita diceret. Infra autem melius nigra deijci. Hic aduertendum eſt, verſiones interpretum non omni ex parte quadrare verbis Hippocratis. Sic enim ſcribit. Αἷμα ἄνω μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν. κάτω δὲ, ἀγαθὸν. καὶ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα, κακόν. hoc eſt, ut mihi uidetur. Sanguis ſurſum quidem qualiſcunq; fuerit, malum. deorſum vero, ἀγαθὸν bonum. & nigra ſubeuntia, malum. D

Ἀθέλγηται. Bacchius inquit lactat, vel attrahit. Epicles vero, exprimit & elidit, vt etiam Nicander interpretatur. E

ANNOTATIO.

Ἀθέλγηται. Galenus in Exegeſi habet ἀθέλγεται, quod interpretatur, remittitur, diſſoluitur. Primo de Humoribus, textu xvj. pag.114. uer.36. Turbatio, infuſio, ablutio, quibus ad ſedem abſcedit, vnde ἀθέλγεται exoluitur, aut medicamentum, aut vlcus, aut humor quiſpiam.

Ἀναλέλαμφθαι. Vires reficere.

Ἄλις. Bacchius in ſecundo, ſatis, affatim, vt etiam Homerus inquit. Diues rerum copia, ἄλις, id eſt, ſatis autem ei erant arua.

ANNOTATIO. F

Ἄλις. Hæc vox ſupra ab Erotiano eſt explicata, & à nobis annotatione illuſtrata, & ideo hic fruſtra iteratur. Homeri locus eſt Iliadis.xiiij.

Ἀνακώχησις. Bacchius in primo ait, caſus, ſeu ſymptoſis. Glaucias vero ἀνάπαυσις requies & ſuſtentatio. non recte, vt opinor, intelligens. naues enim, quum in ſublimi aguntur, ἀνακωχεῖσθαι dicimus, quod eſt, ſurſum tendere. Epicles autem interpretatur ἀνακωχὴν ſimul cecidiſſe, errans cum Bacchio. Manifeſte enim Hippocrates in libro de Articulis ſic ait. Imponere autem in axilla puram lanam circumuoluentem, & explementum concaui facientem, vt ſit firmamentum

dum

A dum vincula damus, & vt ἀνακωχέῃ τὸ ἄρθρον, id est, articulus sustentetur, & sustineatur.

ANNOTATIO.

Ἀνακώχησις. Locus Hippocratis ex primo de Articulis, textu xxix. pag.475.ver.10. de luxatione humeri, male fuit à scriptore librario Erotiani excerptus. Sic autem restitui debet. ὑποτιθέναι δὲ ἐς τὴν μασχάλην ἐρίου μαλθακὸν καθαρὸν ξυνειλίσαντα, ἐκπλήρωμα τοῦ κοίλου ποιέοντα, ἵνα ἀντιστήριγμα μὲν τῇ ἐπιδέσει ᾖ, ἀνακωχέῃ δὲ τὸ ἄρθρον. id est, Sub alam vero lanam mollem puram conuolutam subijcere oportet, ad cauitatem explendam, quò fulcimentum quidem sit deligationi, ἀνακωχέῃ δὲ τὸ ἄρθρον sustentet vero articulum. Et commentario secundo, textu xlv. pag.482.ver.47. de naso fracto. Atque aut ipsum, aut alium quendam ἀνακωχέειν sustentare, donec vulnus corroboratum B fuerit. In Mochlico, de naso similiter fracto, pag.506.ver.12. Deinde ἀνακωχήσας sustentabis digitis alte contrectando & dirigendo. Sic habet codex Aldinus. Basiliẽsis vero pro ἀνακωχήσας habet ἀνακογχίζειν, id est, ut Caluus uertit, adaptato.

Ἀιὼν. Spinalis medulla. ait enim, Si quis passus est sphacelum τὸν αἰῶνα, id est, in spinali medulla. Et in libro de Telis, & Vulneribus inquit. Quidam ægrotans τὸν αἰῶνα, secũdum spinalem medullam, septimo die obijt. Et Pindarus in Saltationibus. Cecidere sanguine mixta, multa autem vlcera intulit costis, & præduro humero, deniq; extollens, duras costas abscidit: αἰων, id est, spinalis vero medulla ꝑ ossa corrupta est.

C ANNOTATIO.

Ἀιὼν. Galenus in Exegesi, ἀντὶ τοῦ βίου, pro æuo vsurpari dicit: quẽ deinde alij sunt secuti interpretes. Erotianus pro spinali medulla in libro de Telis & Vulneribus, quo nos caremus, poni affirmat. Secundo de Fracturis, textu xxj. & xxij. pag.460.ver.43. de calcanei fractura. Atque hoc pacto periculum est, ne os calcis corrumpatur: Quod vbi corrumpitur, morbus αἰῶνα æuum durat. quam uocem Galenus in commento pro tota ætate hominis exponit. Quarto de Articulis, textu lxviij. pag. 502.uer.3. de ossibus ex saltu disparatis. Si grauiter hæc acciderint, periculum est ne corruptione accedente αἰῶνα per omnem vitam affligantur. In Mochlico, pag.509. uer.27. Periculum est ne syderata & lęsa ossa τὸν αἰῶνα per omnem uitã periculum facessant. In quibus locis ea vox pro medulla spinali sumi non potest. At Pindarus, quem Erotianus addu-

cit, aperte ei fauet. licet ea pars operis, quam citat, non extet. in cuius verbis aduertendum est, ὦμον τραχὺ ῥόπαλον, quod nos præduro humero, uertimus, posse etiam sumi ἀντὶ μεταφρένου: quod non modo partem, quæ à tergo præcordijs obiecta est, significat, verum etiam pro dorso, & ea parte spinæ, quæ est inter scapulas, sumitur. In qua significatione si accipiatur, Pindari verba proposito magis quadrare uidebuntur. D

Ἄχη. Tristitia.

Ἀσήμοις τόμοις, vel τόποις per antiphrasin, πολυσήμοις, id est, insignibus, vt etiam ἀγαλάκτοις, πολυγαλάκτοις id est, lacte abundantibus, & sylua ἀξύλω, id est, lignosa. πολυσήμους τόμους aũt dicit multas incisiones, ĩ venis, & arterijs, & neruis.

Ἀυτίκα. Bacchius interpretatur in primo libro, iam. Epicles vero, statim. Significat etiam hæc vox, posthæc. E

ANNOTATIO.

Ἀυτίκα. Primo de Morbis muliebribus, pag. 234. uer. 17. Oportet autem ἀυτίκα statim curationem facere. Sin minus ἀυτίκα statim comparent morbi. Et pag. 236. uer. 12. & 13. Interrogetur an ἀυτίκα statim exeat genitura, an postera die, aut tertia, aut sexta, aut septima. Si igitur dixerit ἀυτίκα statim exire, ubi coiuit, uteri osculum rectum non est. Et pag. 248. uer. 49. Quare ἀυτίκα statim causam exacte interrogare oportet.

Secundo de Morbis vulgaribus, sectione quinta, pag. 317. uer. 34. Si hydropicum tussis corripiat, siquidem ἀυτίκα statim animo linquatur, calidis omnibus vtatur. Et libro quarto, pag. 328. uer. 47. Meãdri cæci vxor ἀυτίκα statim cum pallore uiride, & ἀυτίκα statim purulentum spuit circa sextam. Et pag. 329. uer. 8. de Metrophanti filio. Circa vlcus perfricuit, & perfrigeratus est: & labia ἀυτίκα statim sunt eleuata. Et pag. 329. uer. 21. In Cranone vxorem Nicostrati correptam decimaquarta die ἀυτίκα statim occupauit impotentia colli, & aliarum partium. Et pluries in eodem libro quarto. In sexto uero, cõmentario primo, textu xij. pag. 343. uer. 30. Crurum effœminationes, ueluti si aut ante morbum iter fecisset, aut ἀυτίκα statim ex morbo. Primo de Ratione victus morborum acutorum textu xxvj. & xxvij. pag. 369. uer. 30. Conueniunt autem talia vt plurimũ his, qui ἀυτίκα statim tota ptisana utuntur: nam & dolores in pleuriticis ἀυτίκα statim sua sponte cessant. Primo Aphorismorum, textu vij. pag. 390. uer. 16. Vbi igitur peracutus est morbus, ἀυτίκα statim etiam extremos labores habet. In cuius expositione Galenus ait. Ἀυτίκα statim esse intelligendum circa primos dies quatuor, vel paulo ulterius. Et textu x. pag. 390. uer. 21. & 22. Quibus igitur ἀυτίκα F

statim

A statim vigor est, his ἀυτίκα statim uictus tenuis exhibendus est.

Ἀποκεκάρπωκεν. Germinauit, genuit.

ANNOTATIO.

Ἀποκεκάρπωκεν. Galenus in Exegesi habet ἀποκεκαρπωκὸς, id est, ἀποβεβλαστηκὸς, quod omni fructu priuatum est. sed melius est exponere, quod germinauit. Libro de Ossium natura, pag. 62. uer. 40. de uenarum distributione. Ἀποκεκάρπωκε distribuit etiam de se in poplites multas implicatas uenas.

Ἀποσυριγγώσασα τὴν χολήν. Id est, inflata.

Ἄχνη ὀθονίου. Apud nos ramentum dicitur, ex quo fit uulnerarius pennicillus, qui ξυσμὸς vocatur.

ANNOTATIO.

B Ἄχνη ὀθονίου. Primo de Morbis muliebribus, pag. 238. uer. 49. Quarta uero die fel bubulum siccum in oleo feruefacito, & ἄχνην teneram lanam eo imbutam subdito. sic uertit Germanus interpres. Et libro secundo, pag. 284. uer. 2. de flatu in utero contento. Lini folia, & adipem uolicrinum terito; & lacte muliebri diluta ἄχνη ἀπὸ ὀθονίου rasura de tenuibus linteolis derasa, excipito, ac illigato. Vbi notandum Caluum interpretari, ὄρνιθος στέαρ pinguedinem gallinaceam: & ἄχνην ὀθονίων simpliciter linteum. In Mochlico, pag. 506. uer. 9. de naso fracto. Si cartilago depressa sit, ἄχνην ὀθονίου tenue linamentum pellicula Carchedonia conuolutum intro dato.

Ἄγχιστα. Est quidem proxime. Ipse vero vocem hanc pro maxime ponit.

C ANNOTATIO.

Ἄγχιστα. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 272. uer. 30. Et inter fomenti adhibitionem, osculum contingere coneris, an fomentum uteros ἄγχιστα propinquissime adducat. Et pag. 276. uer. 39. Si uero ἄγχιστα propinquissimi fuerint uteri, frequenter uomat. Primo de Articulis, textu lxix. pag. 478. uer. 18. Ἄγχιστα Proxime quidem clauicula ad humeri articulum supernatat. In cuius expositione Galenus inquit, Initio sermonis ἄγχιστα propè dixit, dubium autem est ad locum ne, an ad rem debeat referri. uel enim accipiemus ἄγχιστα propè articulum frequenter moueri iugulum, quam sententiam magis probo: vel, ut quibusdam placet ἄγχιστα propè, referemus ad frequétem motum, ita, ut mens eius sit. Iugulum maxime ἄγχιστα propè accedit ad ea, quæ frequéter mouentur: quum humeri articulo iungatur. Et libro secundo, textu xlj. pag. 482.

ver.8. Ἄγχιστα Proxime vero deligatio resistere mihi videtur. Et libro D
quarto, textu xviij. pag. 495. ver. 36. Et neque veratrum mihi videtur pro futurum esse, & eadem die datum, & rursus epotum. ἄγχιστα proxime autem si quicquam huiusmodi facit, non tamen mihi hoc videtur.

Ἄναλλις. Herbæ nomen.

ANNOTATIO.

Ἄναλλις. Hanc vocem nec apud Hippocratem, nec apud alios authores inuenio, & ideo suspicor pro ea scribendum esse ἀνάγαλλις, de qua Dioscorides, Galenus, Paulus, Aetius, & alij mentionem faciunt. Forte scriptum erat Ἄγαλλίς, quæ authore Hesichio, idem significat, & à librario γ, in ν, fuit commutatum. Libro de Vlceribus, pag. 516. ver. 3. de siccis ad vlcera medicamētis, Ἀναγαλλὶς Anagallis, & alumen Ægyptium tostum, &c. E

Ἅρμη. Omnis vulnerum coniunctio dicta est ab ἡρμόσθαι, quod compingere significat.

ANNOTATIO.

Ἅρμη. Galenus in Exegesi ἅρμην futuram interpretatur. Erotianus vero omnem vulnerum coniunctionem ita vult appellari, deduciq; vocem à verbo ἡρμόσθαι, quod est, coniungi, arbitratur. Et ideo si plura desideras, ad annotationem eius dictionis accedendum est, in qua de ἁρμονίας, & quibusdam alijs vocibus dicetur.

Ἀιάζειν. Lugere.

Ἄλθεσθαι. Sanari.

ANNOTATIO. F

Ἄλθεσθαι. Galenus in Exegesi habet ἀλθεῖν, sanare. ἄλθεξις, sanatio. ἀλθίσκειν, sanare. Quidam pro ἀλθεῖν volunt scribi ἀλθαίνειν: & ἀλθήσκειν pro ἀλθίσκειν. Vide in annotatione dictionis ἀλθέξεσι.

Ἀγκυρομήλη. Hamus.

ANNOTATIO.

Ἀγκυρομήλη. Galenus in Exegesi, exponit specillum, quod hamum habet.

Ἀψόρροον. Retro fluens.

ANNOTATIO.

Ἀψόρροον. Galenus in Exegesi habet ἀψιρρόον, quam vocem eodem modo, quo Erotianus interpretatur.

A ᾿Αναχελύσεται. Respirat.

ANNOTATIO.

᾿Αναχελεύσεται, vel, vt alter codex habet, ἀναχελεύεται. Reperio apud Galenum in Exegesi ᾿αναχαίνεται, & in quibusdam exemplaribus etiam ᾿αναχελίσχεται, hoc est, suscitatur. Sed nescio an conueniat cum Erotiani ᾿αναχελεύσεται.

᾿Ανδρεῖος οἶνος. Vel vinum potens, vel ab Andro insula, vt Lesbyus à Lesbo. Andrius ab Andro.

ANNOTATIO.

᾿Ανδρεῖος. Sunt qui scribant ῎Ανδριος.

᾿Απορέγει. Extendit.

B ANNOTATIO.

᾿Απορέγει. Galenus in Exegesi exponit, porrigit. Primo de Fracturis, textu iiij. pag. 456. uer. 28. Qui igitur nihil præmeditati sunt, plerunque nihil peccant: ipse enim qui deligatur, manum ᾿απορέγει porrigit, vt qui ita à iusta natura cogatur. In cuius expositione Galenus ait. Vocabulum deporrigit ᾿απορέγει dixit: quod nonnulli accipiunt pro ὀρέγει, id est, porrigit medico. nonnulli pro nõ permittit, vt medicus indoctior membrum in contrarium conuertat. Et parum infra addit. Hoc autem volunt Hippocratem significasse verbo ᾿απορέγειν. Sed vtrouis modo acceperis, res eadem manet.

᾿Αλόκοτον. Immutatum.

ANNOTATIO.

C ᾿Αλόκοτον. Galenus in Exegesi habet ᾿αλλόκοτον obscurum, & ignotum. Primo de Morbis muliebribus, pag. 241. ver. 39. de prægnante. Et quum paucior sanguis sit in corpore, necesse est ipsam esse pallidam, & semper ᾿αλλοκότων alienos cibos appetere. Sic Germanus interpres uertit. Caluus diuersa. De huius vocis expositione Erotianus, Galenus, & interpretes parum conuenire videntur.

᾿Ακάματος. Indefessus.

ANNOTATIO.

᾿Ακάματος. Primo de Fracturis, textu xvj. pag. 457. uer. 34. de directione cubiti fracti. Et manus dum appensa excipitur, in consimili figura erit, in quali etiam erat dum deligaretur, ἄπονος μὲν ὁδοιπορέοντι. ἄπονος δὲ κατακειμένῳ καὶ ἀκάματος, hoc est. ita ut neq; ambulanti, neq; decumbenti vllus dolor, aut fatigatio accedat.

᾿Αναψύχειν.

Ἀναψύχειν. Nudare. D

ANNOTATIO.

Ἀναψύχειν. Tertio de Fracturis, textu xiiij. pag. 466. uer. 19. de vlcere post fracturam facto. Et futurum est, ut & carnes suppurentur; & nerui insuper excidant, hos omnino ἀναψύχειν nudare, seu, ut Germanus interpres uertit, refrigerare non oportet. Galenus in commẽto ait. Nudare dixit ἀναψύχειν refrigerare, hoc est, uinculum detrahere fracturæ idoneum, vt vlcus nutriatur uel curetur.

Ἀποτανύσας. Extendens.

Ἀνάθλασις. Elisio.

Ἀπολύσιας. Vel fasciarum relaxationes, vel membrorum solutiones.

ANNOTATIO. E

Ἀπολύσιας. Primo de Fracturis, textu xl. pag. 458. uer. 21. de fractura ossium brachij. Ἀπολύσαντα δὲ resoluere, aut relaxare fascias oportet tertia die post distentionem & directionem. Et libro secundo, textu xv. pag. 460. uer. 26. de fractura humeri. In vnaquaque uero τῶν ἀπολυσίων vinculorum solutionem, multa aqua calida fouendum. Quinto de Morbis vulgaribus, pag. 336. uer. 15. Fœtus ab utero solutionem, & illud ipsum tempus, quo in lucem editur, ἀπόλυσιν appellauit. Huic, inquit, decimo mense sanguis prodijt multus per quatuordecim dies: plurimus autem tribus diebus ante pueri ἀπολύσιος editionem, seu partum, vt Caluus transtulit.

Ἀσηρόν. Molestiam inferens.

ANNOTATIO. F

Ἀσηρόν. Secundo de Fracturis textu 75. pag. 464. ver. 29. de canali qui femori fracto subijcit. Ἀσηρόν molestũ enim esset, ad poplitẽ pertingẽs.

Ἀρκέει. Opem fert.

ANNOTATIO.

Ἀρκέει. Primo de Morbis, pag. 130. uer. ij. Et hæ quidem occasiones repentinæ sunt. Et paulo posterius non ἀρκέει sufficiunt. Et uer. 17. His sanè non ἀρκέουσι prosunt auxilia à medico adhibita. Secundo de Articulis, textu xxxix. pag. 482. uer. 3. Noxia enim & molesta est gestatio: ἀρκέει satis autem est medico ostentasse, quòd nasum uarie deligare nouit. Et textu xlij. uer. ij. Ἀρκέει Sufficit autem super contusionem splenium inceratum extendere. Et libro tertio, textu lxiiij. pag. 489. uer. 10. Si uero sanguinem nõ spuat, ἀρκέει sufficit uiginti diebus ut plurimum

curatio.

A curatio. Et libro quarto, textu lij. pag.498.uer.42.& 44. Poſtea ἀρκέει ſufficit in dimidia ligni parte, nihil tamen uetat etiam per totum uel ut foſſas longas, quinque uel ſex, quatuor digitorum ſpacio inter ſe diſtantes inciſas eſſe; & ἀρκέει ſatis eſt, ut ſint latitudine trium digitorum.

Ἀπορχέστερον. Crudelius.

ANNOTATIO.

Ἀπορχέστερον. Hanc uocem non inuenio. Sed, ut conijcio, in ſecundo de Fracturis, textu lxiiij.pag.463.uer.7.de canalibus, qui cruribus fractis ſubijciuntur, eam uſurpauit. ubi ita ſcribit. Quin & ἀστεργέστερον crudelius eſt lignum ſubijcere, ſi non ſimul molle quiddam in ipſum indatur. quam uocem immutaſſe librarium, ex his, quæ Galenus in commento ſcribit, clare patet. Quo circa, inquit, Hippocrati huiuſmodi ligni vſus non placet: quoniam, præter cętera incommoda, durum eſt: nam im B mitte, quod ipſe dixit ἀργέστερον durum ſignificat, & inſuaue, quòd nihil cedat. hæc Galenus. Suſpicari autem librarium ἀργέστερον pro ἀποργέστερον poſuiſſe, à ratione non eſt alienum.

Ἀπαιωρέεται. Suſpenſus eſt.

ANNOTATIO.

Ἀπαιωρέεται. Primo de Fracturis, textu lj.pag.459. uer.24. de fracto cubito. Et plurima faſciæ pars circa fracturam exiſtit, ita ut manus hinc atq; hinc ἀπαιωρέηται dependeat, uel ſuſpenſa ſit: pro qua uoce codex Vaticanus habet ἀπηώρηται. Et textu liij.uer.29. Proinde in faſcia molli, latitudinem habente, maximam cubiti partem, & manus articulum æqualiter αἰωρέεσθαι ſuſpendere, ac eleuata geſtare oportet. Et libro ſecundo, textu lxxvij. pag.464.uer.39. de femoris ac tibiæ fractura. Siquidem C enim ἀπαιώρηται dependeat pes, reliqua tibia firmata, &c.

Ἀτρεμέοντα. Quieſcentem.

ANNOTATIO.

Ἀτρεμέοντα. Secundo de Fracturis, textu lxxvij. pag.464.uer.44. de calcaneo. Sed & omnia oſſa tardius corroborantur, ſi non ſecundum naturam poſita fuerint, itemq; ea, quæ non in eadem figura ἀτρεμέοντα quieſcunt. Primo de Articulis, textu lxx.pag.478.uer.35.de clauiculæ deligatione. Decumbere tamen hominem multum refert: & ſufficiunt dies quatuordecim, ſi ἀτρεμέοι quieuerit, aut ad ſummum uiginti. Primo de Officina medici, textu xxv. pag.503.uer.8. Reliquum autem corpus detineant, ut totum ἀτρεμέῃ quieſcat. Et libro ſecundo textu xv.pag.503.uer.27. Circundare quoque inſuper oportet, comprehenſionis quidem gratia corũ, quæ circa hæc ſunt, apprehẽſionis uero uniuerſi

deligamenti

deligamenti in ἀτρεμέουσιν quiescentibus & depressioribus corporis partibus. Primo Aphorismorũ, textu iij. pag.390.uer.2. de bono habitu ad summum progresso. Non enim manere possunt in eodem, neque ἀτρεμέειν quiescere. quum uero non ἀτρεμέουσιν quiescant, non amplius in melius augescere possunt. Tertio de Humoribus, textu xxv. pag.117.uer.26. Considerandum autem est ex his, quæ præsentia, & ἀτρεμεόντων quiescentia nouimus de coloribus &c. Sunt & alia exempla, vt secundo de Articulis, textu xxvj.pag.481.uer.6. Et textu xxxj.pag.481. ver.20. Libro de Natura pueri, pag.30.ver.10. Secundo de Morbis muliebribus, pag.273.ver.4. D

Ἀποπαλήσει. Quatiet, & valde mouebit.

Ἀποκαυλιδῆ. Quod caulis in modum frangitur.

ANNOTATIO. E

Ἀποκαυλιδῆ. Primo de Articulis, textu lxiij.pag.477.ver.21. Clauicula porrò fracta, siquidem exacte ἀποκαυλιδῆ caulatim hoc continge rit, curatu facilior est. Et ver.23. Nam quæ exacte ἀποκαυλιδῶσαν caulatim fracta est, cogi magis poterit, vt ad naturam redeat. Galeni interpretes vertunt, ex toto frangi. Et ipse in commẽto inquit Ἀποκαυλιδὲν ex toto frangi dicit, quod nulla parte hæret. cuius contrarium est, quod non ex toto abrumpitur. Et libro secundo, textu xxiiij.pag.480.ver.43.

At si fracta fuerit inferior maxilla, siquidem non omnino ἀποκαυλιδῆ caulatim hoc contigerit, sed cohęret adhuc os, confractum tamen fuerit, dirigere quidem os oportet. In cuius commento Galenus inquit. Vbi comminuto osse nihil integrum relinquitur, partibus inter se se receden tibus, ita vt nullo pacto cohęreant, huiusmodi fracturæ speciem recentio res medici καυλιδὸν à fracti caulis similitudine appellant: eo quòd Hip pocrates illud, vbi non frangitur omnino transuersa, dixerit, Ἐὰν μὴ ἀποκαυλιδῆ παντάπασι. Tertio de Fracturis, textu lxiij.pag.471.ver. 23. de fractura cubiti. Quum autem abductus fuerit ea parte, qua caput brachij excidit, vagabundus magis fit articulus, quàm si penitus ἀποκαυλιδῆ sit abruptus: vel transuersus frangatur, vel sit fractus, vt Caluus vertit. Plura hac de re habes in annotatione dictionis ἀτρεκέως. F

Ἀναγνῶναι. Dissuadere, dedocere.

ANNOTATIO.

Ἀναγνῶναι. Galenus in Exegesi eodem modo exponit: hoc est, vt interpretes eius vertunt, mutare sententiam, vt vetera dediscas, noua addiscas.

Ἀνάγκη.

A 'Ανάγκη. Bacchius in libro tertio pro vi poſitum dicit eſſe hanc vocem.

ANNOTATIO.

'Ανάγκη. Libro de Affectionibus,pag.187.ver.40.Et iam quod reſtat, debilius eſſe ἀνάγκη neceſſe eſt. Quarto de Ratione victus acutorum, textu xxxix.pag.378.ver.42.Nam vbi pedes frigidi fuerint,calidũ ἀνάγκη neceſſe eſt ventriculum eſſe. Et textu lj.pag.379. ver.28. Et ἀνάγκη neceſſe eſt,vt morbus & ad deterius,& ad melius inęqualitatem permutet.

Tertio Aphoriſmorum, textu xj. pag.392. ver.36. 'Ανάγκη neceſſe eſt æſtate febres acutas, & lippitudines, & dyſenterias fieri. In cuius commento Galenus ait, ἐξ ἀνάγκης ex neceſſitate, dictionem non ſolum apposuiſſe in Aphoriſmis,ſed etiam in libro de Aquis,locis, & aëre: oſtendens per eam, quòd rei natura perſuaſus, non aliqua obſeruatione ductus,iſta notauerit. Primo Prorrheticorum,commentario ſecundo, textu vj.pag.409.ver.46. de ſtercore. πρὸς ἀνάγκην ad neceſſitatem coacte emittentes. Plura exempla habes paſſim, & libro quinto Aphoriſmorum,textu xlvij.& liiij.pag.397.ver.9.& 18. Et libro ſexto,textu xx.pag. 398.ver.24. Tertio de Fracturis,textu v.pag.465.ver.16. Primo de Articulis,textu v.pag.472.ver.36. Et textu lxij.pag.477.ver.18. Et textu lxvj. pag.478.ver.10. Sed in ſecundo de Fracturis, textu xlij. pag.461.ver.35. pro vi vſurpatur. Poteſt etiam,inquit,ſuperna corporis pars ἀνάγκη neceſſitate hac extenſionis vrgeri. Alij vertunt. Sed à ſuſperiori quoque parte adhiberi vim licet. Galenus enim in commento ait. Vim, hoc eſt, valentem in vtranque partem intentionem, ἀνάγκην appellauit, vt vehementem eius potentiam indicaret.

B

C 'Αμφισβάλλουσαι. Seducentes, ſeu quæ alios in errorem inducunt.

Ἄμβην. Strato quidem Eraſiſtrateus inquit τὴν ἄμβην vectem rotundum eſſe. Philinus vero ξυστροειδῆ eminentiam ſtrigilis ſpeciem referentem. Aſclation vero,angulum. Zenon autem Herophilius,eminentiam ſimilem μανδάλῳ, hoc eſt, obici ianuarum. Apollonius vero ſenior, eminentiam rotundam ſphæræ ſimilem. Meneſtheus vero Stratonicus, firmamentum. Eraſiſtratus,eminentiam ex ſubuectione à parte inferiori, & rotunda. Diocles in libro de Officina medendi,con cauam quandam regionem. Apollonius Memphites in libro de Articulis, eminentiam ad reliquum lignum. Apollonius

Fera,

Fera, eminentiam, Apollonius Cittieus in libro de Articulis, D
sectionem sigmæ literæ speciem referentem. Perigenes vero
Organicus in tertio Mechanicorum inquit, ἄμβην consimi-
lem vecti formam habere, cuius latitudo vnius digiti est, lon-
gitudo vero dimidij. Nos autem hos omnes reijcientes, Bac
chio assentimur, qui in tertio inquit, ἄμβην appellari eminen
tiam supercilij formam repræsentantem. Etenim Rhodij ἄμ-
βωνας vocant montium ascensus supercilio similes Meminit
vero huius vocis & Aeschylus, & Aristophanes Grammati-
cus in libro de vocibus Atticis. Thersis vero in libro secundo
de vocibus ait, ἄμβωνα esse vasis labrum, & partem illam scu
ti, quæ est prope ipsam circunferentiam. Aristophanes autem
Comicus in Autolyco inquit. Nouis formis Asebium flagi- E
tiosus confricabas. quàm multarum ollarum ἄμβωνας circun
lambens, hoc est, labra circa ollas. dicitur autem quasi ascen-
sus quidam.

ANNOTATIO.

Ἄμβην. Primo de Articulis, textu xix. pag. 473. ver. 40. de repositione
humeri per lignum brachio alligandum. Sit autem ab altero extremo
rotundum, angustissimum, ac maxime tenue, ἄμβην δὲ ἐχέτω in sum-
mo capitulum rotũdum, ac leuiter cauum habeat. Vel, vt Germanus in-
terpres vertit, Habeatq; crepidinem paulum supereminentem in extre-
mo rotunditatis parte. In cuius textus, & præcedentis commento Gale
nus inquit. Hoc, quia simile est labro, quod Græci vocant ἄμβωνα, me-
dici totum lignum ἄμβην appellant. tale siquidem labrum est, quale vi F
demus in ollis, conuersum in interioré partem versus cauum. vnde qui-
dam comicus, vt per iocum morderet, dixit quendam ollarum ἄμβωνας
labra delingere. Attici igitur masculino genere ἄμβωνας: Iones fœmini-
no ἄμβας, huiusmodi labrorum figuras appellant. Cur autem moder-
ni, qui definitiones medicas scripserunt, in re leuissima Galenum repre-
hendant, me prorsus latet. totum enim lignum ἄμβην appellare, error
non est, licet ab extremo capitulo rotundo ac leuiter cauo hoc nomen ei
sit impositum: plura enim sunt, quæ ab aliqua parte nomen assumunt.
Et libro quarto, commento textus lviij. Nisi vectes talis struatur, quale
strui voluit capitulum rotundum, ac leniter cauum super eam spatham,
quæ ad reponendum humeri caput aptatur, ἄμβη dicitur. Secundo de
Officina medici, commento textus ij. Vinculum vero simum ab Hippo

crate

A crate appellatur eadem ratione, qua ἄμβη ſpathæ capitulum rotundum, ac leniter cauum.

Ἀγωνιστικόν. Turbulentum. etenim ὁ ἀγών, id eſt, certamen, ἀπὸ τῆς ὀχλήσεως, hoc eſt, à turbatione.

ANNOTATIO.

Ἀγωνισικόν. Quarto de Articulis, textu xliij. pag. 497. ver. 46. Bona quidem ac iuſta, & ſecundum naturam hæc repoſitio eſt: & ſanè etiam aliquid ἀγωνισικὸν oſtentationis habens, ſi quis talium rerum iactatione ſuperbire velit. ſic vertit Germanus. Galeni vero interpres vertit, quæ neſcio quid etiam ambitioſæ concertationis in ſe habet, ſi quis harum rerum oſtentatione delectatur. Alij vertunt, per quam ſubito ferè ad finem peruenitur, ſi quis oſtẽtationi ſtudeat. Quarum expoſitionum nulla, meo iuditio, conueniens eſt. Loquitur enim hîc Hippocrates de B repoſitione femoris, quæ fit, quum homo per pedes ſuſpenditur. ideo fortaſſe melius eſſet, aut Erotianum ſequi, aut vertere, & ſanè etiam aliquid laborioſi habens, ne ſine cauſa à propria ſignificatione vocis, tam longe recedamus.

Ἀνακλισμοῦ. Accubitus.

Ἀπολίποντα. Diſtantia.

Ἀγάλλεται. Bacchius in ſecundo ait, delectatur, non rectè. eſt enim præ nimio gaudio geſtire, vt eſt etiam apud Homerum. μηδ᾽ ἐπαγαλλόμενος gaudio non elatus ob hanc pugnã.

ANNOTATIO.

Ἀγάλλεται. Secundo de Articulis, textu xxxix. pag. 482. ver. 1. de naſi C fractura. Vna itaque alteraq; die ἀγάλλεται impenſe lętatur medicus, gaudet quoque & qui deligatur.

Ἀμφώδοντα. Supra infraque dentes habentia.

ANNOTATIO.

Ἀμφώδοντα. Primo de Articulis, textu xxviij pag. 474. ver. 37. Rurſus ſolipeda animalia, vt pote ἀμφώδοντα vtrinque dentata, & dentes inter ſe committere poſſunt; & ſub breuem herbam dentes ſubijcere queunt. Quem locum Galenus exponens ait σαρκάζειν dixiſſe, non de ijs, quæ ruminant, ſed de ijs, quæ vtrinque dentes habent: quæ ἀμφώδοντα græce nuncupantur.

Ἄκρην. Quod in ſummo eſt.

Ἀποσυρμαισμοῦ. Σύρμαια dicitur procerus raphanus. quẽ nonnulli

nonnulli cum marina aqua comedentes purgãtur, atq; huiuſmodi purgationis modus συρμαϊσμὸς appellatur. D

ANNOTATIO.

Ἀποσυρμαϊσμοῦ. Hanc dictionem librarij negligentia ex duabus conflatam eſſe ſuſpicor. nam in ſecundo de Articulis, textu l. pag. 483. ver. 31. Si vero quis facile vomat, vomat ἀπὸ συρμαϊσμοῦ ex moderata aliqua purgatione. In cuius expoſitione Galenus ait. συρμαϊσμοὺς vocabant antiqui mediocres euacuationes, ſiue per ſeceſſum, ſiue per vomitiones fierent. Aduertendum eſt perperam in quibuſdam codicibus ſcribi συρμισμούς. in alijs vero συρμαϊσμοὺς non male. nam Paulus Æginaeta libro primo, capite c. inquit. Vomitiones ante cibũ Grȩcis συρμαϊσμοὺς appellari. Præterea ignorandum non eſt, quòd συρμαΐα ſiue συρμαία Galeno teſte in Exegeſi, eſt eorũ, quæ in ventre ſunt moderata purgatio. E Putant aliqui ſic dictam fuiſſe raphanum, quòd ad concitandum vomitum eſſet idonea. ſecundum alios, eſt cibi genus, quod veteres ex adipe & melle concinnabant. vel potio ex ſale & aqua miſtis apta ventri purgando. Hermolaus Barbarus libro ſecũdo Corollarij, capite cccxxxviij. alterũ genus raphani ſyrmȩam ab Herodoto vocari teſtatur. Sunt è Grȩcis, qui ſyrneam apud Iones genus oleris apio ſimilis accipiant: itemque pro edulio ex adipe atque melle: ſed ſyrmeam legi malo quàm ſyrneam. Cæterum ſyrmæam ſeu ſurmȩam pro ſucci quodam genere, ſeu paſſum, ſeu defructum id ſit, ab Hippocrate ſumi, quod idem Hermolaus teſtatur, me latet: nuſquam enim reperio apud illum, quid in vino odorato, ſyrmȩa've ſumendum ſit. Sed ne meæ diligentiæ prorſus te committas, hoc per ocium diligentius inquirere poteris. Hæc enim expoſitio Erotiani interpretationi omni ex parte non reſpondet.

Ἀπόπτωσιν. Vinculorum excidentiam. F

Ἀντικοταίνουσι. In contrarium coguntur.

ANNOTATIO.

Ἀντικοταίνουσι. In Mochlico pag. 508. ver. 16. reperio κατὰ δὲ τὸ ὑγιὲς, πλάγιον ξύλῳ τῷ σώματι ἀντικοτέουσι. hoc eſt. Super ſanum crus ligno tortuoſe corpore in contrarium coguntur. vel, vt Caluus vertit, corpori renituntur. Nunquid autem pro ἀντικοτέουσι, legendum ſit ἀντικοτένουσι, aliorum ſit iuditium.

Ἀπόπατοι. Excrementa.

ANNOTATIO.

Ἀπόπατοι. Tertio de Articulis, textu lj. pag. 487. ver. 49. Vrinæ ergo

talibus

A talibus magis ſupprimuntur, itemq; ἀπόπατος alui egeſtio, quàm his, qui extra gibboſi fiunt.

Ἀέτωμα. Domus faſtigium.

ANNOTATIO.

Ἀέτωμα. Eſt acumen tecti, quod aquilarum alas refert. Galenus in Exegeſi inquit, eſt culmen in ſublime erectum inſtar trianguli. Tertio de Articulis, textu xxiij. pag. 485. ver. 6. de vertebrarum ſpinæ luxatione. Scala ita præparata attrahenda eſt ad turrim altam, vel ad ἀέτωμα culmen, ſeu lacunar domus. In cuius expoſitione Galenus inquit. Turrim dixit τύρσιν; culmen vero domus, hoc eſt, altiſſimam partem ipſius ἀέτωμα. ita enim appellant eam tecti partem, quæ attollitur in ſpeciem trianguli. maiores igitur ad exemplum alarum demiſſarum hanc partem B domus ab aquila videntur ἀετὸν appellaſſe, quo vocabulo tectum intelligebatur.

Ἀπὸ τόκου νοσημάτων. A generatione dicit.

ANNOTATIO.

Ἀπὸ τόκου νοσημάτων. Duas priores voces ſeiunctas nō reperio: ſed ἀποτόκους νοσημάτων in tertio de Articulis, textu liiij. pag. 488. ver. 25. de his, quæ iudicationem morbi inducunt. Quæ vero debiliora, noxia, ita vt & ἀποτόκους νοσημάτων χρονίους diuturnos morbos generent. Sic vertit Germanus interpres, prætermiſſa voce ἀποτόκους. Alij, & quidem melius, vt & diurnos morborum exortus efficiant.

Ἀλθέξεσι. Curationibus.

C ANNOTATIO.

Ἀλθέξεσι. Tertio de Articulis, textu lxv. pag. 489. ver. 14. Vbi vero tale quippiam relinquitur, neque ἀλθέξι curatione ad bonum habitum reſtituitur, deterius quid eſt, ſi iuxta ipſum os mucoſitas relicta fuerit.

Ἄνοδον, Gradus, & quaſi οὐδὸν, id eſt, limen, quod etiam φλιὰν appellamus.

Ἀπομυλλαίνη. Hoc fit, quum contortio & quaſi conuulſio in gena μετὰ παραίσεως, hoc eſt, indecore, vel vt aliud exemplar habet, μετὰ παρέσεως, hoc eſt, cum relaxatione fit, maxime vero ex percuſſione.

ANNOTATIO.

Ἀπομυλλαίνη. Hippocrates verbo ἀπομυλλαίνειν vtitur ſecundo de

Articulis, textu xxx. pag. 481. ver. 19. de habena mento danda. Vt potissimum cautio sit, ne maxilla ἀπομυλαίνει in acutam figuram ducatur. Galenus in commento legit ἀποσμιλαίνει, sicut & Aldinus codex. Exegesis habet ἀπομυλλήνας, hoc est, protendens labra comprimendo. Hæc omnia cum Erotiani interpretatione conferes, & num ea à Galeni sensu differat, expendes. D

Ἀνήκεστον. Immedicabile, intolerabile.

ANNOTATIO.

Ἀνήκεστον. Secundo de Ratione victus acutorum, textu xl. pag. 372. ver. 43. Quæ vero ab initio committuntur peccata, non similiter vt illa ἀνήκεστοι medelam omnem respuunt: sed πολλῷ εὐακεστότεραι multo facilius curationem admittunt. Tertio de Articulis, textu ciij. pag. 495. ver. 24. Quid enim opus est de his, quæ ἀνηκέστων incurabilia iam facta sunt, amplius tractare? Et ver. 26. Oportet enim ἀκεστὰ curabilia ita tractare, vt ne ἀνήκεστα incurabilia fiant: ea intelligentia, vt quàm maxime prohibeamus ne ad hoc deueniant, vt ἀνήκεστα incurabilia reddantur. E

Oportet autem & ἀνήκεστα incurabilia cognoscere, vt ne maxime lædant. Prædictiones autem splendidæ sunt ac gloriosę ex cognitione, quo, & qualiter, & quando singula desinant ἤν τε ἐς τὸ ἀκεστὸν τρέπηται, ἤν τε ἐς τὸ ἀνήκεστον, hoc est, siue eo vertantur, vt incurabilia fiant, siue curationis spem exhibeant. sic vertit Germanus interpres. Alij vero hoc pacto. Siue in curabilem, siue in incurabilem affectionem conuertatur.

Ἀρβύλαι. Calceorum genus.

ANNOTATIO. F

Ἀρβύλαι. Galenus in Exegesi interpretatur, calcei alti. Quarto de Articulis, textu xiij. pag. 495. ver. 27. Vbi vero calcei ratio habenda est, ἀρβύλαι Arbylæ lutigradæ calceamenti ita appellati species accommodatissimæ existunt. sic vertit Germanus interpres. Alij, Qui per loca luto plena gestari solent πηλοπατίδες nuncupati. In cuius expositione Galenus inquit, Ἀρβύλας calceamenti genus esse cauum, quod arcte pedem vniuersum exquisite vsq; ad talos complectitur. manifestum autem est eiusmodi esse ex eo, quod Hippocrates subijcit, quum inquit. πηλοπατίδες nuncupantur, à luto, quod πηλὸς dicitur, & πατεῖσθαι calcari. Si πηλοβατίδες scribatur à luto similiter, & à verbo βαίνειν ambulare: quum qui his vtatur, tuto in luto ambulet.

Ἀνδάνει. Placet.

Annotatio

A ANNOTATIO.

Ἀνδάνει. Primo de Ratione victus acutorũ, textu viij. pag. 368. ver. 21. Mihi vero ἀνδάνει placet, vt in vniuersa arte mentem adhibeamus.

Ἀριθμοὺς. Nomina sic vocat.

ANNOTATIO.

Ἀριθμοὺς. Primo de Ratione victus morborum acutorum, textu viij. pag. 368. ver. 18. Ceterum ἀριθμοὺς numeros singulorum morborum clare pronunciare volentes, non recte scripserunt. non enim εὐαρίθμητον facile sit enumerare, si ex eo quis ęgrotantium morbum æstimet. In quo loco Germanus interpres Galenum secutus vertit numeros. Sed nisi obstaret eius authoritas, appositissime verteretur, ἀριθμοὺς nomina, & εὐαρίθμητον facile nominare. Coniectura autem ducor ἀριθμοὺς pro B nominibus hoc loco Hippocratem vsurpasse, quòd statim subiungit, Ideo non putet eundem morbum esse, si non idem ὄνομα nomen (pro quo supra ἀρίθμους dixit) habeat.

Ἄκεσιν. Medicamentis.

ANNOTATIO.

Ἄκεσιν. Primo de Ratione victus morborum acutorum, textu iiij. pag. 368. ver. 10. Verum quòd etiam paucis numero vsi sunt ἀκέεσιν medicamentis. Scribitur, vt vides, per duplex εε.

Ἀνάκεστον. Insanabile.

ANNOTATIO.

C Ἀνάκεσον. Aliqui codices habent ἀνάκισον. Parum vero supra habes ἀνήκεσον, immedicabile, intolerabileq; expositum. cuius exempla plura habes in eius annotatione. At ἀνάκεσον vel ἀνάκισον nullibi inueni.

Ἀκρόπλοα. In superficie natantia.

ANNOTATIO.

Ἀκρόπλοα. Galenus in Exegesi inquit ακρόπλοα superne, & tanquam in summo nauigantia. ita quoque ἀκρόπλοοι, qui in summo nauigant. Primo de Morbis, pag. 132. ver. 40. Eodem porrò modo etiam venæ in latere afficiuntur, quæ intus ἀκρόπλοα in superficie sitæ sunt.

Ἀφραίνοντος. Delyrantis.
Ἀεικὲς. Turpe, Ridiculum.

ANNOTATIO. D

Ἀεικὲς. Secundo de Ratione victus morborum acutorũ, textu xlviij. pag.373.ver.23. Ἀεικὲς δὲ Indecorum etiam est ob vasorum vacuationem debilitatum non cognoscere, & victu præmere.

Ἀναΐσσει. Impetuose fertur.

ANNOTATIO.

Ἀναΐσσει. Libro de Morbis virginum, pag.213.ver.16. Sanguis non habens effluxum, pre multitudine ἀναΐσσει resilit ad cor. Secundo de Morbis muliebribus, pag.282.ver.22. de inflammatione vteri. Et stomachus & venter omnino non continent cibum, & vociferatur, & ἀναΐσσει exilit, & pectinem dolet.

Ἀείρειν. Ori admouere. E

Ἀρτίως. Exactè.

ANNOTATIO.

Ἀρτίως. Primo Aphorismorum, textu xx. pag.390.ver.44. Quæ iudicantur, & iudicata sunt ἀρτίως integre, neque mouere oportet, neque nouare. In cuius cõmento Galenus inquit. Quod in Aphorismis ἀρτίως integre dixit, hoc in libro de Humoribus commutans ἀπαρτὶ perfecte nominauit. est autem huius nominis ἀπαρτὶ apud alios antiquos significatum, pro cumulate, plene, atq; indeficienter: quæ omnia etiam hoc loco per ἀρτίως integre, debemus accipere. neque enim per id verbum, dies pares oportet intelligere. Neque etiam hæc dictio ἀρτίως hoc loco significat nuper. Neque enim simpliciter dixit ἀρτίως, hoc est, nuper iudicata, sed quæ iudicantur, & iudicata sunt: quorum alteri quidem, iudicata, aduerbium ἀρτίως nuper, posset conuenire: alteri vero, iudicantur, nullo modo. hęc Galenus. Hunc Aphorismum repetit Hippocrates secundo de Humoribus, textu xiij. pag.115.ver.27. Sed pro ἀρτίως ponitur ἀπαρτὶ, vt Galenus monuit, qui in eius commento ita scribit. Si morbus iudicatus sit ἀπαρτὶ, hoc est, perfecte: in quam significationem vsus eodem aduerbio est Hippocrates in secundo de Ratione victus morborum acutorum. Sed quod hic ait ἀπαρτὶ, in Aphorismis dixit ἀρτίως, hoc est nuper. Etenim si in Aphorismis pro verbo ἀρτίως, hoc est, nuper, scriptum esset ἀπαρτὶ, aut integre & perfecte, nullus scrupulus iniectus esset de verbi ἀρτίως significatione. Quidam enim volunt ἀρτίως significare in diebus ἀρτίαις paribus, quod minime verum est. Hactenus Galenus. In cuius expositione aduertendum est, perperam ab eius interprete ἀρτίως, hoc est, nuper, bis verti. nam præterquàm F

quod

A quòd nihil ipſum cogit ἀρτίως pro nuper, hoc in loco interpretari, in eum errorem etiam labitur, de quo Galenus in primo Aphoriſmorum, textu xx. antiquos reprehendit.

Ἀχιλληΐδες. Hordei ſpecies, de qua meminit Ariſtophanes & Sophocles.

ANNOTATIO.

Ἀχιλληΐδες. Galenus in Exegeſi habet ἀχιλληΐδας κριθὰς. hordea bene habita, & magna à quodam Achille agricola Brabonij, vt aiunt, nominata. De hordeo, quod Ἀχιλλεὺς Achilleum dicitur tractatur à Theophraſto libro tertio de Cauſis plantarum cap. xxvij. Et octauo de Hiſtoria, cap. iiij. Tertio de Morbis, pag. 165. ver. 19. de frigefactorijs potionibus in febre ardenti. τοῦτο δὲ κριθὰς ἀχιλληΐδας Hordeũ Achilleum B magnum ac plenum heminæ menſura ſiccato.

Ἀθέρα. Superiores hordei partes tenuiſſimæ.

Ἀλυκτέει. Non quieſcit.

Ἄναλτον ἄλφιτον. Paruum, & quod non creſcit.

ANNOTATIO.

Ἄναλτον ἄλφιτον. Galenus in Exegeſi ἄναλτον ſine ſalibus & inſulſum interpretatur. Libro de Internis paſſionibus, pag. 199. ver. 27. Piſcibus autem vtatur gobio &c. & in iuſculum ne intingat, & ἄναλτοι inſulſi ſint piſces. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 264. ver. 29. Et ἄλφιτα polentę recentes, tenues in aqua madefactæ ἃ χρὴ ἐλλείχειν ἄναλτα, quas etiam inſulſas delingere prodeſt. Et pag. 270. ver. 44. Hæc miſce, & caſei ſint partes duæ, reliquorum vero, & τῶν ἀνάλτων ἀλφίτων C polentæ non ſalſæ pars vna. Quæ exempla, Erotiani expoſitioni nullo modo quadrant. is enim, vt conijcio, eam vocem dici arbitratur ab ἅλλομαι, quod ſignificat attolli, quod farinæ fermento admixtæ accidere ſolet, indeq; fortaſſe ἄναλτον ἄλφιτον dicitur farina, vel polenta, quæ ob fermenti carentiam, nec intumeſcit, nec attollitur. Hanc tamen coniecturam nullis exemplis confirmare poſſum.

Ἄρτον ἐγκρυφίαν. Ab Atticis ita appellatur panis, qui conſtat ex pinguibus palmulis, farina & aqua. conſentaneum vero eſt dicere, hunc in calido cinere tectum coqui, quē etiam Τέρταν appellant.

ANNOTATIO.

Ἄρτον ἐγκρυφίαν. Secundo de Dięta, pag. 92. ver. 37. & 38. Et furfu-

racei ἄρτοι panes magis alunt, quã focarij, & veruarij, propterea quòd minus exuruntur ab igne. clibano autẽ cocti, & ἐγκρυφίαι subcineritij siccissimi sunt. Primo de Morbis muliebribus, pag.242.ver.2. Oua sorbenda dato, & ἄρτον ἐγκρυφίην panem cineritium edendum. Et libro secundo, pag.269.ver.2. Vesperi vero cœnet carnem volucris modicam assatam, & ἄρτον μικρὸν ἐγκρυφίην panem modicum subcineritium. Septimo de Morbis vulgaribus, pag.353.ver.5. de Eratolai filio. Ἄρτος panis erat ad mensuram dimidiæ chœnicis ἐγκρυφίης subcineritius. Sunt qui velint ἐγκρυφίαν esse genus panis, qui & ἀγοραῖος forensis & venditítius dicebatur. Puto ego nomẽ Tortæ vocatę antiquum esse. quia Erotianus inquit, nonnullos hunc τούρταν appellare. D

Ἀνδράπαξ. Herbæ nomen.

ANNOTATIO. E

Ἀνδράπαξ. Secundo de Diæta, pag.95.ver.18. Ἀνδράφαξις Atriplex humida est, non tamen aluum mouet. Primo de Morbis muliebribus, pag.238.ver.7. de his, quibus intus manens semen viri, computrescit. His ἀνδραφάξιος atriplicis semen, aut succum cum melle, aut cum cumino delingendũ dato. Dioscoridi vocatur hæc herba ἀτράφαξις, vnde conijcere possumus exemplar Erotiani esse deprauatum, & pro ἀνδράπαξ scribendum esse ἀνδράφαξ vel ἀνδράφαξις.

Ἀνάσυτος. Animo concitatus.

ANNOTATIO.

Ἀνάσσυτος. Secundo de Morbis muliebribus, pag.269.ver.22. Si vero ad cor progressi vteri suffocent, & ἀνάσσυτος concitatus fuerit aër violentatus, anxia est, & vomit. Germanus interpres vertit, aër impeditus violenter attrahatur. F

Ἄναυδος. Sine voce. αὐδὴ enim vox.

ANNOTATIO.

Ἄναυδος. Quum hanc vocem, de qua superius tractauit, inutiliter repetat Erotianus, dicere cogimur hunc libellum esse fragmentum eorum, quæ ipse scripsit, ab aliquo imperito sine ordine collectum.

Ἄρδαλον. Sordes, vel inquinamentum. etenim inquinare, vel sordere ἀρδαλῶσαι dicitur, & ἄρδαλος homo, qui non pure viuit. Meminit huius vocis & Pherecydes in Mari. & Philemon in Panegyrico.

Ἀναίνονται. Recusant.

A ᾿Αγρηνϑῆναι αἱ μῆτραι. Venationis indigent, id eſt conceptionis, à menſtrua purgatione. Sic etiam intelligendum eſt καὶ τὸ ὀδ᾽αξηνϑῶσι, hoc eſt, dentibus corrodentur. facta eſt autem hæc vox ab animalibus venatione captis.

ANNOTATIO.

᾿Αγρηνϑῆναι αἱ μῆτραι. Secundo de Morbis muliebribus, pag.278. ver.42. Ἢν ἀγρηνϑῶσιν αἱ μῆτραι, ἡ γαστὴρ αἴρεται, καὶ φυσᾶ, καὶ σμαραγεῖ, hoc eſt, Si inflati fuerint vteri, venter attollitur, & inflatur, & ſonitum edit. ſic vertit Germanus interpres. Caluus, Si vuluæ dureſcant, exaſperentur've. Forte melius eſſet ſequi Erotianum, & ſic vertere. Si conceptione indigent vteri, venter attollitur, & inflatur, & ſonitũ edit. Videtur autem mihi legendum eſſe pro ἀγρηνϑῆναι, ἀγρηνϑῶσιν, quia B ſtatim ſubiungit ὀδ᾽αξηνϑῶσι. Vaticanus codex pro ἀγρηνϑῶσιν legit προσϑέωσιν, ſed perperam.

῎Αλφιτα προκώνια, quæ fiunt ex hordeo torrido, ſic Attici vocant.

ANNOTATIO.

῎Αλφιτα προκώνια. Galenus in Exegeſi exponit, quæ ante coni ſiue metæ erectionem fiunt; hoc eſt, ex recentibus & teneris hordeis: nam & hodie in areis conus quidam erigitur, præſertim locis pluuijs: eſtq́; lignum rectum, circa quod fructus in coni formã componuntur. Secundo de Morbis muliebribus, pag.264. ver.29. Καὶ ἄλφιτα προκώνια. Et polentæ recentes tenues in aqua madefactæ, quas etiam inſulſas delinge re prodeſt. Aldinus codex habet, προκρήνια; quæ vox eſt mihi prorſus C ignota. Galenus in Exegeſi προκώνια dicit eſſe farinas ex nouis hordeis. Alij autem ſolas ex non arefactis. Poſteriores, triticũ toſtum eſſe volunt.

᾿Αμφίδεον. Id quod eſt circa collum vuluæ.

ANNOTATIO.

᾿Αμφίδεον. Ruffus Epheſius, libro primo de Partium humani corporis appellationibus, cap.xxxj. Colli vteri hoſtium, primus meatus, Hippocrates græce ἀμφίδιον, à rotundi ferri, quo præfiguntur aratra, ſimilitudine vocat. Galenus in Exegeſi dicit eſſe rotundam oris vuluæ extremitatem, labris cucurbitulæ ſimilem, per translationem à mulierum armillis vocatam, quæ ἀμφίδεα ipſæ quoque nominantur ab eo, quod eſt orbem comprehendere, & tanquam circunligare.

᾿Αιολᾶται. Vagatur.

ANNOTATIO. D

Ἀιολᾶται. Galenus in Exegesi habet ἀιολᾶσθαι, quod significat quasi vagari, & errare. Secūdo de Morbis muliebribus, pag.282.ver.46.de erysipelate vteri. Et tristatur, & ἀιολᾶται τῇ γνώμῃ. mente variatur, seu vagatur.

Ἄγνυ. Viticis]. Est autem nomen plantæ, vt etiam testatur Nicander in Theriacis. Viticis germina alba colligantia Onogyrum.

ANNOTATIO.

Ἄγνου. Libro de Affectionibus, pag.186.ver.6. Crudis vero ramni folijs, aut ἄγνου viticis, aut saluiæ, aut tithymalli. Primo de Morbis muliebribus, pag.245.ver.25. Καὶ ἄγνου καρπὸν Viticis item fructum in vino bibendum dato. Et pag.256.ver.15. Bibendum autem dato ἄγνου καρπὸν viticis semen. Et pag.257.ver.30.& pag.258.ver.5. Et libro secundo, pag.285.ver.25. Si sanguis largus ex vteris fluat, ἄγνου viticis folia cum vino nigro dato. Et pag.286.ver.36. Si pecten præ fluxu aquoso doleat, ἄγνου καρπὸν viticis semen cum melle terito, & in cataplasmate pectini probe adhibeto. Nicandri locus est non longe à principio libri. E

Ἀγλαΐζεται. Ornatur, & pulchrum se reddit.

Ἀρικύμων. hoc est, μεγαλοκύμων. Maximis vndis tumens.

ANNOTATIO.

Ἀρικύμων. Galenus in Exegesi exponit, quæ cito pręgnans redditur.

Ἀχώρ. Pustulæ species, ex qua contingit glutinosam humiditatem, & quasi furfuraceas squamas superferri. maxime vero in capite nasci consueuit. F

ANNOTATIO.

Ἀχώρ. Libro de Alimēto, pag.110.ver.44. Vlcus, crusta, sanguis, pus, sanies, lepra, furfur, ἀχώρ vlcera capitis manantia. sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, sanies.

A

Principium B.

Βιώμενον. Viuentem.

ANNOTATIO.

Βιώμενον. Hanc dictionem pro viuente non inuenio, sed βιώμενος pro violentia vsurpatur ab Hippocrate secundo de Morbis muliebribus pag.269.ver.22. Si vero ad cor progressi vteri, suffocent, & concitatus fuerit aër βιώμενος violentatus, anxia est, & vomit. Germanus interpres vertit; & aër impeditus βιώμενος violenter attrahatur.

Βαιὸν. Parum.

Βοθρείας. Vlcera concaua in oculis nunc dicit.

B

ANNOTATIO.

Βοθρίας. Hanc vocem apud Hippocratem non inuenio. Βοθρίον Galeno in libro de Definitionibus Medicis, est cauum vlcus, ac purum in nigro oculi. De quo Actuarius libro secundo, capite vij. inquit, Ex vlceribus oculi, quod in cornea tunica oritur, cauum & angustum, ac purum, βοθρίον & fossula nominatur. Paulus Ægineta libro tertio, capite xxij. idem dicit. Galeno in libello de Ossibus, capite iiij. βόθρια dicuntur concauitates maxillarum, quas subeunt dentes.

Βολιτὰ. Parui bulbi.

ANNOTATIO.

Βολιτά. Hanc vocem pro bulbis, nec apud Hippocratem, nec apud Galenum inuenio, sed pro stercore. Βόλιτος enim Attice stercus maxime asinorum & bouum significat, quod βόλβιτον dicitur. Secundo de

C

Morbis muliebribus, pag.262.ver.18. Si os vteri non recte habuerit, βόλβιτον stercus bubulum siccum &c. pro fomento adhibeto. Et ver.26. βόλβιτον Stercus bubulum velut conchæ testam efformato. Et infra etiam ver.37. Et pag.288.ver.4. βολβιτόν Stercus bubulum contusum, aceti dimidia mensura &c. adhibeto. Et pag.289.ver.15. Omnia, quæ in vnguenta inijciuntur, tundito ac cribrato, & super βόλβιτον stercus bubulum mittito. Et ver.17. Addito etiam netopo, & super βολβιτῷ stercore bubulo suffito. In quibus locis exemplar Aldinum habet βολιτὸν, & βολιτῷ. Si scriberetur βωλιτὰ cum. ω. melius esset. nam βολίτης boletum, & fungum significat, sic dictum, vel quod conuolutum sit, & quasi globosum, vel ἀπὸ τοῦ βώλου à bolo seu rubrica, quã pictores aurum operibus suis inducũt, à quo colore, fungos eos boletos nominasse

veteres

veteres Romanos & Græcos verisimile est. Marcellus Vergilius in Dioscoridem libro iiij. capite. lxxxj. D

Βρύχιον, quasi βυθίον, id est, Summersum, & in profundo iacens.

Βηχία. Herbæ species, quam βήκιαν & βήκιον appellamus.

ANNOTATIO.

Βηχία. Apud Hippocratem hanc vocem inuenio & pro herbæ specie, & pro tussicula positam. Quarto de Articulis, textu xxij. pag. 495. ver. 41. Idonea etiam sunt folia betarum, aut βηχίου tussilaginis. Galenus in commento ait. Tussilago herba quædam est, proposito affectui salutaris, quum modice siccet. Dioscorides libro tertio, capite cxvij. βήχιον describit. Pro tussicula vsurpat hanc vocem Hippocrates, sexto de Morbis vulgaribus, commentario octauo, textu xxxvj. pag. 351. ver. 16. Cui fistula rumpebatur, βηχία tussiculæ permanere impediebant. Et libro septimo, pag. 367. ver. 10. de fistula intestini. Et rursus rumpebatur, & βηχία tusses permanere prohibebant. E

Βρυγμός. Idioma alicuius strepitus.

ANNOTATIO.

Βρυγμός. Galenus in Exegesi dicit significare stridorem ex dentibus collisis excitatũ. nam βρύχειν est sic stridere. Libro de Carnibus, pag. 43. ver. 39. Libro de Superfœtatione, pag. 49. ver. 33. de signis cõceptionis. Tertio de Diæta, pag. 106. ver. 20. Secundo de Morbis, pag. 149. ver. 39. Et pag. 151. ver. 10. Libro de Natura muliebri, pag. 223. ver. 27. & 47. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 265. ver. 23. Et pag. 279. ver. 13. Et pag. 283. ver. ij. Libro de sterilibus, pag. 291. ver. 45. F

Βλιχώδης, alij vero, γλισχρώδης. Epicles quidem inquit, quod est impinguatum humiditate lubrica & impura. Euphorion vero, quod expressum est, & aridum. Bacchius vero & Lysimachus per π. scribunt, πληχώδης, significare volentes quod detectum est.

ANNOTATIO.

Βλιχώδης. Hanc vocem non inuenio apud Hippocratem, sed γλισχρώδης Libro de Vulneribus capitis, pag. 450. ver. 41. de osse fracto, aut rupto, aut contuso, per errorem derelicto. Et quod inflammatum est ex ipso emoritur, & γλισχρώδης viscosum fit, & apparet velut salsamentũ, colore fuluum, subliuidum. Quidã pro πληχώδης scribunt πληρώδης.

Βλακεύειν.

A Βλακεύειν. Paruifacere, etenim ita dicitur plurimum immorari. est enim genus piscis, qui dicitur βλακὸς, qui in coeundo δυσαπολύτως, id est, difficile auellitur. cuius meminit etiam Aristophanes in Auibus. dicitur autẽ recto casu βλάξ. Βλακεύειν autem est cum segnitie ac negligentia aliquid facere, vt inquit Plato in primo libro de Republica. Βλακικὸν δὲ ἡμῖν τὸ πλῆθος. Βλακικὸν, hoc est, torpens & negligens.

ANNOTATIO.

Βλακεύειν. Pro ὀλιγωρεῖν, id est, contemnere, vel negligenter aliquid agere vsurpatur. Secundo de Fracturis, textu lxv. pag. 463. ver. 27. Porrò si alterum tibiæ os fractum fuerit, extensione quidem debiliore opus habet, non propterea omittenda intentio est, aut βλακεύειν neglienda. Secundo de Articulis, textu xlv. pag. 482. ver. 29. de fractura nasi. Commodissime enim restituitur nasus fractus, præcipue eadem die, vel certe paulo post. Sed καταβλακεύουσιν torpent medici. sic vertit Vidius. Germanus interpres, segniter agunt medici. Et commentario tertio, textu lxxxiij. pag. 490. ver. 24. de femore luxato. Quos tenera ætate calamitas hæc inuasit, pleriq; in dirigendo corpore καταβλακεύουσι negligentes sunt. Et ver. 26. καταβλακεύουσι Negligentes item nonnulli sunt in recte ambulando. sic vertit Vidius. Germanus interpres, ad directionem tardi sunt, & ad ambulationem rectam cunctantur.

B

Βομβυλίου. Est quidem βομβύλιον apis species. Significat etiam tibicinem, eo quòd tibijs βομβεῖ, id est, strepat. Est autem & vasculi species angusti oris.

C

ANNOTATIO.

Βομβυλίου. Libro tertio de Morbis, pag. 163. ver. 46. de pleuritide. Post balnea etiam vinum dulce & aquosum bibendum est, non frigidum, modicum, ἐκ βομβυλίου ex angusti oris vasculo.

Βρύξαι τοὺς ὀδόντας, hoc est, Vehementer firmare dentes inferiores cum superioribus, vt strepitus quidam fiat.

ANNOTATIO.

Βρύξαι τοὺς ὀδόντας. Primo de morbis muliebribus, pag. 232. ver. 28. Et vẽter ipsius durus erit, & maior quàm prius, & βρύξει τοὺς ὀδόντας dentibus fremet. Et pag. 235. ver. 7. de suffocatione repentina. Quædam etiam τοὺς ὀδόντας βρύχει dentibus frendunt. Et pag. 242. ver. 35. de partus purgamentis. Et tumet, & οἱ ὀδόντες βρύχουσι dentes stridunt.

Et

Et libro secundo pag.278.ver.28.Et cor vibrat, & βρύχει dentibus frēdit. D

βύζην. Cumulate.

ANNOTATIO.

βύζην. Galenus in Exegesi exponit, cumulate, vel confertim. aduertendum tamen est, in aliquibus exemplaribus perperam scribi βύξην. Primo de Morbis muliebribus, pag.234.ver.21.de copiosis mensibus. Semel aliquando multi descendentes, & βύζην cumulate prodeuntes, os vterorum impetu suo magis dilatant.

βδελύξειν. Odio habere, odio prosequi.

ANNOTATIO.

βδελύξειν. Primo de Morbis muliebribus, pag.244.ver.21. de muliere ex partu nimis purgata. Aliquando etiam horror, & cibi fastidium, & omnino βδελύξεται abominabitur. Et ver.46. Et cibum fastidit, & vigilabit, & βδελύξεται abominabitur. E

βάκχαρις. Herbæ species, & vnguenti, cuius etiam meminit Aristophanes.

ANNOTATIO.

βάκχαρις. Galenus in Exegesi pro vnguento tantum exponit, quod in Lydia fit. de quo meminit Hippocrates in libro de Natura muliebri, pag.215.ver.9.de vteris agglutinatis. Et in coxam sanam decumbat, & apponat βάκχαριν baccharim vnguentum, aut oleum album ad coxam sanam. Et pag.218.ver.23.Si puerperę vteri in coxam incubuerint, aut ad lateris mollitudinem, ad sanam coxam, oleum Ægyptium album, aut βακχάριον baccharim vnguentum apponere oportet. In quibus locis notandum, perperam in impressis exemplaribus hanc dictionem per duplex κκ scribi. & in latino codice Germano per duplex cc. Secundo de Morbis muliebribus, pag.269. ver.43. Proinde ad vteros quidem lanam quam maxime fieri potest ad foramen apponito, ita vt pēnæ obuolutam, vnguendo albo, aut Ægyptio, aut βακχαρίῳ bacchario, aut amaracino tingas. Pro herba in eodem libro, pag.284.ver.17. vsurpatur, de capitis dolore. Curetur autem sic. Cucumeris syluestris anniculi internam partem, fel tauri, florem æris, cum βάκχαρι bacchare terito, & subdititia formato. F

βδελλάζηται. Emulget. dicitur autem ab hirudinibus.

ANNOTATIO.

βδελλάζηται. Galenus in Exegesi ait, βδέλλῳ in maiore de Prædictione,

& secundo

A & ſecundo, vt inſcribunt quidam: Dioſcoridi placet varicoſam venam ſic vocari, mihi autem de hirudine proprie dici. Hanc ego vocem apud Hippocratem non inuenio, ſed βδέλλαν In ſecundo Prorrheticorum, pag.419.ver.26. vbi loquitur de his, quibus fauces implentur ſanguine. Huius, inquit, conſiderandæ ſunt nares & fauces, an vlcus aliquod habere compareat in hoc loco, aut βδέλλαν hirudinem. Quod autem non nulli noui medici de hac re Galenum ſubſamnent, mirum non eſt. quandoquidem nemo doctus imperitorum reprehenſionem euitare poteſt. ſanè bibere aquam, in qua hirudo ſit, nec rationi, nec experientiæ repugnat: quandoquidem hominum negligentia maiores lapſus incurrit. vt enim alia modo prætercam, noui hominem aquam impuram hirudinibus exiguis, ac viſum penè effugientibus plenam bibiſſe, & ſanguinem multis diebus ſcreaſſe, ita vt medici de affectione vaſorum pulmonis dubitarent; B cui amicus hirudinem faucibus adhęrentem auulſit: quam ſenſim creuiſſe non dubito.

Βολβόν. Herbæ nomen.

ANNOTATIO.

Βολβόν. Galenus in Exegeſi habet βόλβιον de quo Hippocrates in libro de Morbis mulierum. Proinde quidam bulbi nomine narciſum ſignificari male ſunt arbitrati. Dioſcorides libro ſecundo, capite clx. & clxj. habet βολβός. Nunquid autem idem ſit βολβόν & βόλβιον, Et num exemplar Erotiani mendoſum ſit, & pro βολβόν, βόλβιον legendum ſit, tu ipſe inquires. Ego enim vtranq; vocem apud Hippocratem inuenio. Primo de Morbis muliebribus, pag.257.ver.22. de Fœcunditatis experimentis. Aut βόλβιον bulbion ex tritico tritum, & vino ſubactum in la- C na apponito. Et libro ſecundo, pag.284.ver.12. Hanc cum melle & vino apponito, aut βόλβιον bulbion. conſpicitur autem in tritico maxime Ægyptio, acre ſimile cumino Æthiopico. Septimo de Morbis vulgaribus, pag.365.ver.45. de Cliniæ ſorore ſeniore. Abſceſſit autem dolor moderatus ad lateris mollitudinem. Βολβοῦ bulbi ſuccus, & vinum lactei teporis auſterum, panes quàm pauciſſimi cum oleo, &c.

Βατίδος. Piſcis nomen.

ANNOTATIO.

Βατίδος. Libro de Internis affectionibus, pag.195.ver.22. Deinde modico tempore interpoſito prandeat panē, & obſonium habeat, fruſtum torpedinis, aut ſquatinæ, aut galei, aut βατίδος raiæ. Et ver.32. Edat autem torpedinem, ſquatinam, βατίδα raiam, galeum, paſtinacā, & ranas.

Βρίσκ.

Βρίση. Onerat. D

ANNOTATIO.

Βρίση. Primo de Morbis muliebribus, pag.234.ver.9. de diminutis menſibus. Verum his locis non ſemel dolet, ſed aliàs, atque alias, qua parte ſanguis diſcretus in vteris eſſe non potens, βρίση grauarit. Germanus interpres vertit, impetu ſuo grauarit.

Principium Γ.

Γαργαρεών. Proprium nomen. nunc autem quod ſub palato eſt, intelligit. Vua enim, & Columella, & ἱμὰς, id eſt, Lorum, γαργαρεῶνος, hoc eſt, gurgulionis ſunt affectus. Dictus eſt autem γαργαρεὼν παρὰ τὸν γινόμενον γαργαλισμὸν τῇ τραχείᾳ ἐξ αὐτοῦ ἀρτηρίᾳ, hoc eſt, à titillatione, quæ ab ipſo fit in trachea arteria. E

ANNOTATIO.

Γαργαρεών. Quid ſit gurgulio declarat Aretæus libro primo de Cauſis & ſignis acutorum morborum capite viij. Ruffus Epheſius, de Partium humani corporis appellationibus libro primo, capite viij. & altero libro primo, capite viij. Galenus, tum alibi, tum ſexto de Compoſitione medicamentorum ſecundum locos, capite iij. Aëtius libro octauo, capite xl. Paulus Ægineta libro ſexto, capite xxxj. Secundo de Morbis, pag. 141.ver.43. de vua morbo. Vua fit, quum pituita de capite ad γαργαρεῶνα gurgulionem deſcenderit. Et ver.45. Venoſus eſt γαργαρεὼν gurgulio, ac craſſus. Et ver.48. Nam vena calefacit, & præ caliditate partes circa γαργαρεῶνα gurgulionē ſanguine replet. Et pag.145.ver.41. de angina. F Si apprehenſa lingua inſpexeris, γαργαρεὼν gurgulio non magnus eſt, ſed mollis. Et pag.146.ver.44. Si vero morbus in faucibus fiat, ἄκρος ὁ γαργαρεὼν ſumma gurgulionis pars aqua impletur. & pluries. Libro de Affectionibus, pag.179.ver.47. Si vero vua dependerit, & ſuffocarit, quidam hoc γαργαρεῶνα gurgulionem vocant, ſtatim gargariſmis vtendum eſt. Secundo de Morbis vulgaribus, ſectione ſecunda, pag.314.ver. 14. de anginoſis. Erant autem hæc in facie maxime conſpicua, & in ore, & interſepto iuxta γαργαρεῶνα gurgulionem. Et libro tertio, commentario ſecundo, textu iij. pag.320.ver.42. de Euryanactis filia. Hæc incipiente morbo fauces dolebat, & perpetuo ruborem habebat, & γαργαρεὼν gurgulio reuulſus. Tertio Prognoſticorum, textu xxj. pag. 407. ver.41. Οἱ δὲ γαργαρεῶνες. Gurguliones autem periculoſi ſunt, vt & reſecentur,

A ſecentur, & ſcarificentur, quãdiu rubicũdi fuerint, & magni. Et ver.44. Et fiat extrema γαργαρεῶνος gurgulionis pars maior & rotunda.

Γονίμη ἡμέρα. hoc eſt, περιττή. Impar, quoniam impares dies vt plurimum ſunt critici, & vtilitatem aliquam nobis affe runt. Vnde etiam γόνιμον menſem τὸν περιττὸν, hoc eſt, imparem, appellant.

ANNOTATIO.

Γονίμη ἡμέρα. Secundo de Morbis vulgaribus, ſectione quinta, pag. 317.ver.37.de hydropicis. Si febre tenente partes circa faciem graciles fuerint, ἐν ἡμέρῃ γονίμῳ in die impari, ſequenti die ſoluetur. Et ver.39. Si non ἐν τῇ γονίμῃ in die impari febris dimittat, recidiuare neceſſe eſt. Et ſectione ſexta, pag.318.ver.6. In conuulſionibus, ſi vox ἐν γονίμῳ in die B impari ſoluitur, à magno morbo liberat. Et ver.10. Solutio enim ſimilis eſt voci. ſoluitur autem ἐν γονίμῃ in die impari. Et ver.15. At interceptio morbi fieri non poterit, niſi ἐν γονίμῃ ἡμέρῃ in impari die. Neque principium fieri poterit, ἢν μὴ ἀγόνῳ ἡμέρῃ καὶ μηνί. ἔτι δὲ γονίμῳ. ſic habent impreſſi codices. quæ verba ſonant; niſi pari die & menſe, adhuc autem impari. Quidam pro ἔτι adhuc, ſcribunt ἔτεϊ anno. & ideo interpretes vertunt niſi die pari, itemque menſe & anno pari. Verum vltima dictio, γονίμῳ, aut deprauata eſt, aut male conuerſa. non enim vox illa par, ſed impar, ſignificat. Et ver.17. Qui moriuntur, eos neceſſe eſt γονίμῳ ἡμέρῃ die impari. καὶ γονίμῳ μηνὶ & menſe impari, καὶ γονίμῳ ἔτει, ac anno impari mori. Et ver.19. Si vero in γονίμῳ ἔτει impari anno fiat, ab vtriſque γονίμους impares fieri neceſſe eſt. Si autem in ἀγόνῳ ἔτει anno pari & ἀγόνῳ ἡμέρῃ die pari, neceſſarium eſt in γονίμῳ ἡμέρῃ impari die mori.

C Γονοειδές. Simile γόνῳ, id eſt, ſemini. ſic enim inquit in libro de Locis in homine. γονοειδὲς igitur vrina alba, & craſſa. Si vero τονοειδὲς πνεῦμα ſcribatur, ſignificat reſpirationem cum labore, & quadam contentione.

ANNOTATIO.

Γονοειδές. Locum, quem Erotianus adducit ex libro de Locis in homine, nuſquam reperio. Primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xviij.pag.307.ver.38. de Philiſco. Vrinæ variæ, quæ habebant innatantia quædam rotunda, γονοειδέα genituræ ſimilia, diſperſa non ſubſidebant. Et libro ſecundo, ſectione tertia, pag.315. ver.45.de Scopo. In ſubſidentia vero ſubalbum quiddam adhærens vaſi, tenue, neque γονοειδὲς geniture ſimile, neq; diſſimile. Et libro tertio, cõmẽtario primo,

textu

textu xix.pag.319.ver.32.de eo, qui in Dealcis horto decumbebat. Vrinæ tenues, variæ, in medio pendens quiddam habens, minutim dispersum, velut farinæ crassiores γονοειδέα genituræ similes. Et commentario secundo, textu j.pag.320.ver.14.de Pilistide. Vrinæ tenues, pellucidæ, habebant quiddam medio pendens γονοειδὲς geniturę simile. Et libro sexto, commentario secundo, textu xxxvij. pag.345. ver.5. In Perintho γονοειδὲς genituræ similis vrina talis, quæ esset iudicatoria, etiam pectinis affectionum. Et libro septimo, pag.357.ver.16.de vxore Theodori. Quod minxerat de festucis detrahebatur, viscosum, γονοειδὲς genituræ simile. D

Primo Prorrheticorum, commentario secundo, textu lx. pag.411.ver.2. Num his turbidus spiritus, & γονοειδὲς genituræ simile quid superueniens, singultum indicat? Et commentario tertio, textu xlviij.pag.412. ver.33. Conturbata in his vrina non mala, neque id, quod γονοειδὲς genituræ simile, in ipsa residet. In Coacis prænotionibus, pag.429.ver.17. Aluo suppressa exudantes, num his turbidus spiritus, & γονοειδὲς genituræ simile quid pertransiens, singultum significat? Et pag.433.ver.39. Conturbata in his vrina mala non est, neque id, quod γονοειδὲς genituræ simile in ipsa residet, verum plerunque hi aquosa mingunt. E

Γονὴ. Aliquando semen: aliquando vuluam significat. reperitur hæc vox multis in locis apud Hippocratem.

ANNOTATIO.

Γονὴ. Pro semine vt plurimum hæc vox vsurpatur. interdum pro vtero, & partibus genitalibus. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione prima, pag.312.ver.1. Vnde fit vt testis ex tussi intumescens, nos commonefaciat communionis, quæ est pectoris, mammarum, γονῆς vteri, vocis. Germanus interpres, & alij, genituræ vertunt. Tertio de Articulis, textu xlj.pag.485.ver.40. Spina à sacro quidem osse vsque ad magnum spondylum, iuxta quod crurum annexio dependet, caua est. nam & vesica, & γοναὶ partes naturales, & id intestinum, quod laxum est supra anum, hac parte continetur. In cuius commento Galenus inquit. Naturales partes, quas γονὰς dixit, intellexit eas, quæ generationi accommodantur, vterum in fœminis, quæ semini aptantur in maribus γεννητικὰ nuncupantur. Hæc Galenus. qui in vsu huius vocis licentia vtitur, quandoquidẽ ea quæ scribit, verbis Hippocratis adamussim non quadrant. enim non videtur ex hoc loco attribui posse membro genitali maris & fœminæ. quia testes viriles hinc inde ab ossibus pubis pendent, & non continentur à concauitate, quæ fit ab osse sacro, in qua Hippocrates dicit contineri vesicam & γονὰς. Hanc sententiã citat Galenus libro de Vteri F

sectione,

A sectione, capite L. ibique asserit γονὴν vel genitalia membra, vel ipsum etiam vterum ab Hippocrate appellari. Eadem sententia, paucis quibusdam mutatis, habetur in Mochlico, pag.505.ver.36. Spina vero à sacro osse vsque ad magnam vertebram curuata: vesicaq; & γονὴ genitale, & intestinum rectum hic curuatum. Libro de Superfœtatione, pag.49. ver.15. Muliere ægre pariente, si puer ἐν τῇσι γονῇσιν in genitalibus locis hæreat, & non facile exeat, sed cum labore, ac medici machinamentis, tales pueri modicæ vitæ sunt. In quo loco hac voce vtitur pro vtero. Libro de Vsu humidorum, pag.113.ver.14. Quoniam imus venter calida delectari videtur, considerandus locus est, & postea extremæ partes, & vesica, & γονὴ genitale, & virilis membri glans natura frigidior est, quàm quis putet. Ruffus Ephesius libro primo de Partium humani corporis appellationibus, capite xxxj. Genitale mulieris μήτρα καὶ ὑστέρα vterus
B vuluaq; vocatur, Hippocrates autem & δελφὺν & γονὴν dicit. Ignorandum non est γονὴ esse nomen pessi ad concipiendum, qui describitur à Paulo Ægineta libro septimo, capite xxiiij.

Γλῶσσα λιγνυώδης. Lingua nigra, cinerea. est autem appellata παρὰ τὴν λιγνὺν, quæ est fumosa fauilla. fit autem huiusmodi ex nimia inflammatione. inquit enim, πελίη δὲ γεγονυῖα, videlicet λιγνυώδης, id est, fuliginosa.

ANNOTATIO.

Γλῶσσα λιγνυώδης. Galenus in Exegesi habet λιγνυώδης, denigrãs: quia λιγνὺς fuligo nigra est. Tertio de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu lxxxiij.pag.326.ver.44. de virgine in Larissa. Γλῶσσα λιγνυώδης Lingua fuliginosa, arida. In cuius commento Galenus inquit.
C Sic vocare tinctam quasi fuligine quadam, quæ sicca ex vaporibus erat. Et libro sexto, commentario quinto, textu xiiij.pag.347.ver.33. Γλῶσσα Lingua vrinam significat. Γλῶσσαι Linguæ virides cum pallore, biliosæ: biliosum autem à pingui: rubicundæ vero à sanguine: nigræ ab atra bile: sicca ab ἐκκαύσιος λιγνυώδεος exustiõe fuliginosa, & vterina parte.

Γλισχρόχροα. Sunt corpora, quæ retinent colorem tendentem in deterius cum contactu mucoso instar glutinis.

ANNOTATIO.

Γλισχρόχροα. Hanc vocem non reperio apud Hippocratẽ; sed γλισχρόχολα. Quarto de Morbis vulgaribus, pag.331. ver.37. de vxore Temenæ. Aluus enim egerebat multa γλισχρόχολα viscosa biliosa. Et ver.43. Filius mulieris Apemanti sororis, præcordia magna, & splenis spi-

rituosus, secessus γλισχρόχολος amaræ bilis. sic vertit Germanus interpres, Caluus vero, glutinosa. Vertendum puto, secessus glutinosus biliosusq;. Sunt qui velint pro γλισχρόχολα in hoc loco reponendum esse γλισχρόχροα. D

Γῆν μεταμείβειν. Solum vertere. Ἀμείβειν enim est mutare, de loco in locum proficisci.

ANNOTATIO.

γῆν μεταμείβειν. Locus Hippocratis est in sexto de Morbis vulgaribus, commentario quinto, textu xx. pag. 347. ver. 37. In morbis longis γῆν μεταμείβειν terram mutare commodum.

Γυῖον. Bacchius in primo, corpus inquit, vel membrum; verum non recte. ad membra enim proprie refertur, vt etiam testatur Homerus, γυῖα, id est, membra posuit agilia. E

ANNOTATIO.

γυῖον pro membro. Libro de Locis in homine, pag. 65. ver. 14. Scapulę vero ad γυῖα membra articulātur brachij, siue totius manus, incumbentes in ipsum os, quod ἐν τῷ γυίῳ in membro est. Et ver. 22. Quę vero infra sitæ sunt, & intus reclinatæ, hæ vtræque committuntur ad radium ex supernis ἀπὸ τοῦ γυίου à membro procedentem, ἐντὸς τοῦ γυίου & intus ad membrum coarticulantur. Secūdo de Morbis muliebribus, pag. 267. ver. 6. Et quum aliquid festinanter egerit, anhelatio ipsam inuadit, & γυῖα membra exoluuntur. Primo de Articulis, textu xxvj. pag. 474. uer. 25. Quibus autem bene se habet τὸ γυῖον membrum, & carnosis; minus excidit, & difficilius reponitur. Pro corpore etiam ponitur. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario quarto, textu xxviij. pag. 347. ver. ij. Oculi pro ut ualidi fuerit, ita etiam γυῖον corpus. In cuius cōmento Galenus ait. Nam si oculi bene colorati sint, γυῖον corpus totum in salubri statu esse significant. Locus Homeri est Iliadis quinto F

γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρὰ, πόδας, καὶ χεῖρας ὕπερθεν.
Membra autem fecit leuia, pedes & manus insuper.

Γαργαλισμοῦ. Dicitur γάργαλος, καὶ γαργάλη, irritatio. Ducta est autem vox à prurientibus fœminis, vt etiam testatur Aristophanes ἐν γηρυτάδῃ, & Diiphilus in Danais.

Γογγυλίδα. Paruæ pilulæ. dictæ autem sunt à formæ similitudine.

ANNOTATIO.

γογγυλίδα. In aliquibus exēplaribus scribitur γογγυλίδια. Galenus in

A in Exegesi habet γογγύλιον rotundum. & γογγυλίδια parui globuli, & pilulæ. Reperio apud Hippocratem γογγυλίδας pro rapis vsurpari, Libro de Internis affectionibus, pag. 207. uer. 3. Et fructus pęoniæ grana decem in vino nigro cocta bibenda dato: & γογγυλίδας rapas decoctas faciens, sorbeat succum, condiens caseo non salito, & papauere, & sale, & oleo, & silphio, & aceto. Germanus interpres vertit. rapi probe percocti succum sorbeat, caseo insulso conditum & c.

Γάλα καὶ λίπα τέγγειν, id est, Abunde perfundere.

ANNOTATIO.

Γάλα καὶ λίπα τέγγειν. Galenus in Exegesi, inquit, λίπα oleum, ut in libro de Morbis muliebribus secundo. τέγγειν, est humectare. Has ego dictiones simul iunctas apud Hippocratem non reperi. Secundo de B Morbis muliebribus, pag. 272. uer. 33. Illitio autem fit λίπα oleum. Et pag. 277. uer. 39. Oleum uero ne adhibeto, neque aliud pingue, aut λίπα pinguedinem habens. Et pag. 278. uer. 4. Si vlcerati fuerint uteri, & extreme foras processerint, ἐλαίῳ χρίων λίπα τὰς χεῖρας ἐντιθέναι, id est, oleo illitis manibus indito. In qua clausula dictio ἐλαίῳ fortasse superflua est. Et ver. 27. Et femora rosaceo λίπα oleo inungat.

Principium Δ.

Δυστήνιος. Aegre, ac difficulter molestias ferentis.

ANNOTATIO.

Δυστήνιος. Galenus in Exegesi habet δυσανίης, & δυστήνιος. Critias C in libro de Amoris natura, vel virtutum, sic explicat. Δυσανίης est quicunque paruis de rebus tristitia afficitur; de magnis plusquam cęteri homines, vel longiore tempore. Δυσήνιος est, qui non facile tristitia afficitur. est etiam is, qui frenari ægre potest, aut morosissimus est. Tertio de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu lxxxij. pag. 326. ver. 34. In Thaso mulier δυσάνιος morosa, ex mœrore cum occasione erecte obambulans, insomnis facta est, & cibi fastidiens. In cuius commento Galenus ait. Quid δυσάνιος significet, declarauit Critias his verbis. Morosus est is, qui paruis de rebus, & de magnis plus, diutiusq; cęteris mortalibus tristatur. Aldinus codex non δυσάνιος, sed δυστήνιος habet, vt Erotianus.

Διοπτῶ. Nauis gubernatori. παρὰ τὸ διοπτεύειν, quod est, omnia perspicere. Attica autem dictio est, quæ est apud Ari-

ſtophanem in Atticis dictionibus, & apud Æſchylum in Siſy- D
pho, & apud Euripidem in Hippolyto.

ANNOTATIO.

Διοπτῶ. Galenus in Exegeſi habet δίοπτος, quæ vox ſignificat eum, qui templi curam gerit, παρὰ τὸ διοπτεύειν, ἢ δίοπτειν, à diſpiciendo, vel curando quæ in eo ſunt. num autem hæ dictiones differāt, an eædem ſint, diligenter inquirendum eſt. ego enim primam tantum reperi apud Hippocratem. Quinto de Morbis vulgaribus, pag. 341. ver. 21. Magnæ nauis διώπτω gubernatori, anchora digitum indicem & infernum os dextræ manus confregit. Quam ſententiam repetit libro ſeptimo, pag. 358. ver. 19. Vbi Aldinus codex non διώπτω ſed διοπτῶω habet.

Δόρπου. Veſpertini temporis, ab haſta deponenda dicti. quod enim nos, ἄριστον, id eſt, prandium appellamus, veteres δεῖπνον, id eſt, cœnam nominant, poſtquā laborare opus eſt. E

ANNOTATIO.

Δόρπον. Cœnæ. Sic exponit Galenus in Exegeſi.

Δίκραια. In duo diuiſa, & quaſi bifida. & δικόρυφα, hoc eſt, bicipitia. inuenitur in libro de Locis in homine.

ANNOTATIO.

Δίκραια. Galenus in Exegeſi δίκρουν exponit, veluti biceps. idem quoque bifidum dicitur, idque ἢ δίκρον ſignificat. Locus, quem Erotianus citat ex libro de Locis in homine, vt conijcio, eſt pag. 65. ver. 33. Femur autem ſuperne, vbi in acetabulum ingruit, δικραῖος bifidum eſt huiuſmodi δικραιότητι bicipitate. In ea quidem parte, quæ intro inclinata F
eſt, τῶν δικραίων bicipitum (quæ dictio à Germano interprete prætermittitur) in ſummitate rotundum eſt, ac leue, quæ etiam in acetabulum ingreditur. Altera autem τῶν δικραίων bicipitum pars exterior (bicipitatis vertit Germanus interpres) magis foras prominet, & inferius apparet ad nates, & coxendix appellatur. Ad genu vero os femoris taliter eſt δίκραιον biceps. τῷ δὲ δικραίῳ bicipiti (bicipitio tranſtulit Germanus interpres) autem huic os tibia appellata velut in cardine adaptatum eſt. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu xiij. pag. 343. ver. 32. Tubercula extra extuberantia &c. & non δίκραια bifida, meliora. In Coacis prænotionibus, pag. 430. ver. 39. Lingua circa δικροῦν bifidam ſui partem, velut ſaliua alba obduci, febris remiſſionis ſignū eſt.

Διαρθροῦν. Informare.

Annotatio

A ANNOTATIO.

Διαρθροῦν. Proprie intelligendum est de formatione, & configuratione prima fœtus. Libro de Natura pueri, pag.32.ver.23. Vt plurimum enim hoc tēpore, aut paulo breuiore, aut paulo longiore, διαρθροῦσθαι dearticulari contingit. Et pag.33.ver.5. de eadem re differens, inquit, In his enim, scilicet quadraginta duobus diebus διαρθροῦται coarticulantur puerorum membra. Secūdo de Articulis, textu viij.pag.480. ver.10. de maxillę luxatione. Malæ quidem quiescunt, innectuntur enim capiti, sed non διήρθρωται vt articuli insinuātur. In quo loco Galenus Hippocratem διάρθρωσιν pro naturali commissura ossium, quæ aperte mouentur, posuisse affirmat.

Διαθέσμους. Diuisiones.

Διεβλήθησαν. Decepti sunt, vt etiam Euripides in Hippo-
B lyto inquit. Quòd autē si fueris solutus, me διαβαλεῖς, id est, decipies, pati te oportet. Meminit quoque huius vocis & in Polyido, & in Oreste.

ANNOTATIO.

Διεβλήθησαν. Galenus in Exegesi eodem modo exponit.

Δίκαιον. Hoc quidem in loco rationi consentaneum. In libro vero de Articulis, simile, quum inquit. Quoniam δίκαιον simile habent homines & reliquum corpus, & manus, & crura, exemplo vtens sani ad non sanum. Ad æquale etiam & vtile refertur, quum ait. Valde optimus repositionis (modus) æqualis est: δικαιότατον æquissimus quidem vecte submouen-
C di modus est, si tantum interius sit capite brachij: δικαιότατον æquissimus vero per æquilibriū gratia securitatis ossis. Quando vero vtilitatem significat, dicit in libro de Fracturis, Oportebat medicum & luxationum & fracturarum quàm rectissimas facere extensiones. hæc enim δικαιοτάτη vtilissima natura, sicut lex iusta. In libro autem de Articulis vtitur hac voce ad significandum vim. Quale nam δίκαιον per vectem molitio non moueret? hoc est, ἰσχυρόν robustum. Solum δίκαιον igitur & rationi consentaneum, & simplex, & robustum, & vtile est.

ANNOTATIO.

Δίκαιον. Locus, quem adducit, est in primo de Articulis, textu xxxiiij.

pag.475.ver.22. Nam vbi δίκαιον iustum corpus habent homines, manus item, & crura, ſano in exemplum vti oportet ad non ſanum. In cuius commento Galenus inquit. Quod ab vtraque parte, tam dextra, quàm ſiniſtra æquale eſt ad vnguem, δίκαιον appellauit. Secundus locus ab Erotiano citatus, eſt ſimiliter in primo de Articulis, textu xx. pag.474. ver.5. qui prorſus deprauatus eſt, & ex Hippocratis codice hoc pacto reſtituendus. οὗτος ὁ τρόπος παραπολὺ κράτιστος ἐμβολῆς ὤμου, (non ὁμοίου, vt perperam ſcriba librarius Erotiani poſuerat) δικαιότατα μὲν γὰρ μοχλεύει, ἣν καὶ μόνον ἐσωτέρω ἔῃ τὸ ξύλον τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος. δικαιότаται δὲ αἱ ἀντιῤῥοπαί. ἀσφαλέες δὲ τῷ ὀστῷ τοῦ βραχίονος. id eſt. Modus autem repoſitionis humeri vt plurimum optimus hic eſt. nam δικαιότατα iuſtiſſime & ceu vecte obfirmat, modo penitius intus ad brachij caput lignum fuerit. δικαιότаται δὲ iuſtiſſima vero ſunt æquilibria, & ad os brachij ſecura. Tertius locus ab Erotiano adductus, eſt in primo de Fracturis, textu j. & ij. pag.456. ver.24. Oportet medicum & luxationum, & fracturarum extenſiones quàm directiſſimas facere. Hæc enim δικαιοτάτη iuſtiſſima natura eſt. In cuius commento Galenus ait. Quaſi dixerit maxime conueniens. nam vbi quod conuenit vnicuique, ſeruatur, res iuſtè habet, atq; adminiſtratur. Quartus locus, cuius meminit Erotianus, eſt in primo de Articulis, textu xxj. pag.474. ver.ij. qui, quum mendoſus ſit, hoc pacto reſtitui debet. Pro τί γὰρ δίκαιον, legendum eſt, τί γὰρ ἂν δικαίη μόχλευσις οὐχὶ κινήσειεν, hoc eſt, Quid enim δικαίη iuſta molitio non mouerit? Sunt & alia exempla. Libro de Medico, pag.12. ver.37. Δίκαιον iuſtum autem ad omnem conuerſationem eſſe conuenit. Libro de Superfœtatione, pag.50. ver.39. Sunt autem in quibus etiam menſes, iuxta corporis ſanitatem & vterorum exitum reperiuntur; immo conſueto, & δίκαιον iuſto modo.

Primo de Diæta, pag.87. ver.7. Et hi quidem minus prioribus ſplendidi fiunt; tamen quia maſculum à viro ſuperauit, viriles euadunt; & hoc nomen δικαίως merito habent. Libro de Inſomnijs, pag.107. ver.8. Quæcunque inſomnia mens hominis in noctem per ſomnum offert de diurnis actionibus, & reddit quo modo facta ſunt ea, quæ δικαίω ſeria ac iuſta in re per diem facta ſunt, aut de quibus conſilium initum eſt; hæc homini bona ſunt. Secundo de Morbis, pag.140. ver.43. Quum quis aut manum, aut caput, aut aliam quandam corporis partem hoc patientem incidat, ſanguis niger profluit, & turbatus ac morboſus: quãquam neq; ſanguis nominari δίκαιον iuſte mereatur. Primo de Fracturis, textu iiij. pag.456. ver.28. Ipſe enim, qui deligatur, manum porrigit, vt qui ita à δικαίης iuſta natura cogatur. Et textu xlviij. & xlix. pag.459. ver.18. Hic ſermo velut lex δίκαιος iuſta poſita eſt, de fracturarum curatione. Et

quo

A quo modo tractare oporteat, & quo modo euentus sequi ex δικαίης iusta tractatione. Et libro tertio, textu xxxj. pag. 467. ver. 35. Hæc itaq; si bene machinatus fueris, & extensionem δικαίην iustam exhibuerint, & secundum rectitudinem æqualem, & vulneri nullus dolor accesserit. In cuius expositione Galenus ait. δικαίως dixi ab Hippocrate poni pro ἴσως æqualiter. sed idem significare videbitur ὁμαλῶς æqualiter, & ἴσως pariter, quod proxime subijcitur. Quarto de Articulis, textu xxxviij. pag. 497. ver. 34. Et in figuris δικαίοισιν iustis corpus collocare. δίκαια iustæ autem hæ sunt, vt neque sublimius eleuatum sit, neque deorsum repat. In cuius cõmento Galenus ait. Ostendimus iam sæpe δίκαιον apud Hippocratem vocari id, quod potentia æquale est. hoc autem illud est, quod vnicuique conuenit. quandoquidem & iustitiam huiusmodi quid esse, manifestum est. In Epistola secunda ad Damagetum, pag. 531. ver. 49.

B Quidam destruunt, deinde rursus ædificant; largiuntur, deinde pœnitentia ducti, amicitiæ δίκαια iura tollunt. Adduxi plura exempla, quoniam vox multas habet significationes, & in sensus diuersos facile trahitur. In quibus, vt vides, Hippocratis interpretes nulla in vsu vocis δίκαιον vtuntur distinctione, vt Erotianus facit.

Διαφραδὲς. Manifestum.

Διαερχὰς. Fasciarum respirationes, atq; inter has interualla. dicta autem sunt παρὰ τὴν ῥέγχην, quæ est respirationis species.

ANNOTATIO.

Διαερχὰς. Spacium, quod fascia intermittit. pro qua voce apud Hippocratem lego διαῤῥωγὰς, Secundo de Articulis, textu xxxix. pag. 481. C ver. 48. de fractura nasi. Inter omnia enim vincula hoc maxime variũ est, & plurimos orbes obliquos habens, & διαῤῥωγὰς aliquod spacium cutis nudum ac sine fascia intermittit, quo rhombi varie admodum repræsentantur. Germanus interpres vertit διαῤῥωγὰς interruptiones; quẽ etiam secuti sunt aliqui Galeni interpretes. In cuius commẽto Galenus ait. Spacium, quod fascia intermittit, dixit διαῤῥωγὰς. quæ autem harum lectionum sit melior, tu ipse considerabis.

Δῖνος. Vertigo, vt videantur ferri quæ videntur. est autem & saltationis species. & ὁ σκοτόδινος idem significat, & σκοτοδινία.

ANNOTATIO.

Δῖνος. Quarto de Ratione victus morborum acutorum, textu xlij.

pag.379.ver.6. At quibus in febribus δῖνοι vertigines ab initio, & capitis D
pulsus fiunt, &c. In cuius commento Galenus ait. Quum circumagi caput videtur, ea affectio δῖνος vertigo vocatur: quum autem aspectus quoque sit tenebricosus, σκοτόδινος tenebricosa vertigo nominatur.
Libro de capitis vulneribus, pag.448.ver.8. Si vulneratus in soporē altiorem inciderit, & caligo offusa fuerit, & δῖνος vertigo. Aretæus primo de Causis & signis diuturnorū affectuum, capite iij. Si tenebræ oculis prætenduntur, & caput δῖνος turbinis in modum circunduci videtur; & auribus murmur veluti delabentis cum strepitu fluminis insonat, aut tanquam ventus flatu vela percutiens &c. σκότωμα vertigo huic vitio vocabulum est. ita trāstulit eius libri interpres. Reperio apud Hippocratem etiam σκοτόδινος septimo de Morbis vulgaribus, pag.363.ver.49. de Perecydæ morbo. Circa fori tempus exacerbabatur febris, anxietas, σκοτόδινος vertigo, tormen, capitis dolor. Quarto Aphorismorū, E
textu xvij. pag.394.ver.8. Sine febre existenti, cibi fastidium, & oris ventriculi morsus, & σκοτώδινος (sic ibi scriptum reperi) vertigo, & os amarescens. Galenus in commento inquit Σκοτόδινος tenebricosa vertigo est, quando simul res conspectæ videntur circumuolui; & sensus visus repente destruitur: quum ægrotus sibi tenebras circunfundi opinetur.
Secundo Prorrheticorum, pag.422.ver.35. Quoscunque vero vnà cum doloribus σκοτόδινοι vertigines corripiunt, malum ægre exolubile, ac furiosum existit. Libro de Veratri vsu, pag.534.ver.27. Quemadmodum autem in Prænotionibus dixi, purgatio sursum versus commodat ei, in quo sine febre est cibi fastidium, aut stomachi punctura, aut σκοτοδινός vertigo, aut os amarum.

Διατρίβειν. Immorari.
Διέβασκον. Traijciebant. F
Διαμπερὲς. Vtrinque.

ANNOTATIO.

Διαμπερὲς. Secundo de Fracturis, textu lxxvj. pag.464.ver.37. de femore. ἢν οὖν διαμπερὲς εἴη ποιητέος ὁ σωλὴν ἢ οὐ ποιητέος. id est, Canalis igitur vel διαμπερὲς vtrinque adhiberi debet, vel non adhiberi. Quæ verba ab interprete Germano prorsus sunt omissa. Caluus vertit διαμπερὲς oblongum. Galenus in commento ait. Mox autem adscribit canalem, vel διαμπερῆ, hoc est, qui totum crus excipiat, vel nullo modo subijciendum esse. Secundo de Morbis muliebribus, pag.269.ver.29. aliud longe diuersum significare uidetur. Quum autem, inquit, ad præcordia allapsi (scilicet vteri) strangularint, vbi hic fuerit affectionis soliditas, & uomitus feruidus acris corripit, & modico tempore mitior fit, καὶ

A ἐς τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὸν τράχηλον ὀδύνη διαμπερής, hoc est. Et dolor ad caput & ad collum διαμπερὴς penetrans. sic vertit Germanus interpres. Caluus vero ea verba pretermittit. uerteré ego hic quoq;, vtrinq;.

Δακρυώδες ἕλκος. Humidum & ichorem reiiciens.

ANNOTATIO.

Δακρυώδες ἕλκος. Tertio de Fracturis, textu vij.pag.465.uer.20. Necesse igitur est, ut decoloratum quidem, & labijs euersum, ac protuberãs ἕλκος ulcus sit. δακρυώδες δὲ humidum autem & non suppurans sit. Germanus interpres δακρυώδες vertit lachrymosum. In cuius expositione Galenus inquit. Destillat ab uleere tenuis & cruda sanies similiter ac lachrymę ab oculis inflammatis. inde tranlatione usus dixit δακρύειν ἕλκος lachrymare ulcus, ubi sic afficitur.

B

Δυσθεσίην. Morositatem, vel difficilem placationem.

Δίκλειδος. Proprie dicuntur δικλεῖδες fores bifariam diuisæ: vt possit earum vna parte clausa, altera aperiri.

ANNOTATIO.

Δίκλειδος. Galenus in Exegesi exponit, bipartitus, vt clausa parte inferiore, superpositã reserare queat. Primo de Articulis, textu xxiij. pag. 474.uer.17. Idem quoque facit coactio supra δίκλειδος θύρης bipartitam ianuam. In cuius expositione Galenus inquit, inueniri huiusmodi fores, in quarum medio interiectum est lignum firmum, quale dixit tignum inter duas columnas. ex his foribus altera ab inferiori parte aperitur, à superiori altera: atq; hac de causa δίκλειδα θύραν bipartitas fores uocauit, quasi duplicem quandam, duas in se continentes paruas.

C

Διαφανέσι. Ignitis.

ANNOTATIO.

Διαφανέσι. Primo de Articulis, textu xliiij.pag.476.uer.3. de ferramentis ad urendum paratis. Oportet autem διαφανέσι ignitis urere, quò quàm celerrime pro uiribus penetrent. Interpres Germanus uertit, pel lucidis. Vidius, candentibus. Galenus in commento ait. Candentia esse uoluit ferramenta, quæ ad alam admouentur, quod expressit uocabulo διαφανῆ.

Διαιρῆσαι. Pertransire.

Δῆθεν. Nempe.

Διακναισθὲν. Corruptum.

Annotatio

ANNOTATIO. D

Διακναιδὲν. Primo de Morbis, pag.132.uer.19. de suppuratis. Quanto uero magis tempus progreditur, tanto magis pus sincerum spuit, & febres acutiores fiunt, & tussis frequens ac fortis, & inedia διακναίει uexat, & tandem aluus inferne turbatur. sic uertit Germanus interpres. Caluus uero, concinnat. Quæ expositiones parum cum Erotiani sensu conueniunt.

Δοχμή. Obliqua.

ANNOTATIO.

Δοχμή. Secũdo de Morbis muliebribus, pag.276.uer.31. Si uteri transuersum situm habeant, & δοχμοὶ obliqui fuerint. Est etiam δοχμὴ Iulio polluce teste, palmus, qui digitorum quatuor mensuram habet.

Δεινὸν αὐτίτην: Non dilutum. Sicut & Polyzelus in Demotyndareo dicit. Temere enim non dilutum omnibus & aduenis apponebatur. E

ANNOTATIO.

Δεινὸν αὐτίτην.. Hæc uox deprauata est, & nusquam apud Hippocratem reperitur. quam ego ob eam causam præterijssem, nisi doctissimus ac solertissimus AVGVSTINVS GADALDINVS Mutinensis animaduertisset, pro δεινόν, οἶνον esse legendum. qui suo acerrimo iudicio non modo hunc locum restituit, uerum etiam plerosque alios tum in Procœmio, tum in Onomastico. Galenus in Exegesi αὐτίτην exponit uinũ huius anni, uel anni præsentis. Et in expositione dictionis περσύας inquit quasi περισύας anni præteriti quiddam sit, ut αὐτίτην eiusdem anni uocat. Libro tertio de Morbis, pag.161.uer.40. de uoluulo. Cęterum priore tempore mel optimum delingat, & οἶνον αὐτίτην uinum non dilutum bibat. Interpres Germanus, splendidũ uernaculum uertit. Caluus uero, clarum augitimúe patriumq;. Aduertendum quoque est in codicibus impressis, pro αὐτίτην mendose legi, αὐγίτην, & in exemplari Erotiani αὐτίτην. Sic autem restituendum esse hunc locum ex his, quæ Suidas scribit, clare patet. is enim Polyzeli uerba ab Erotiano citata recitat, quę hęc sunt. Οἶνον αὐτίτην τὸν ἀπαράχυτον, ὡς καὶ Πολύζηλος ἐν Δημοτυνδάρεῳ φησίν. ἀμαθῶς γὰρ αὐτίτις πᾶσι τε θεοξένοις ἐγένετο. hoc est. Vinum non dilutum, sicut & Polyzelus in Demotyndareo (uidelicet comœdia) dicit. Temere enim uinum non dilutum omnibus aduenis appositum erat. F

Διαπτερώσιες. Purgationes aurium. ytimur enim pennis ali

quando

A quando aures purgare volentes, quemadmodum & tibicines tibias.

Δειμώδεος. Timendi. & Δεῖμα, timor. Attica dictio est.

Δαῦκος. Nonnulli laurum esse putauerunt, non recte. est enim herbæ species.

Διιπετὴς ὁ γόνος. Pro pellucidum & purum, vt ait Euripides in Phœnice. Seruis meis dixi, vt apponerent panes frumentaceos, & διιπέτη puros.

ANNOTATIO.

Διιπετὴς ὁ γόνος. Quum Euripidis Comœdia non extet, Erotiani uerba prorsus deprauata, corrigere non potuimus. Apud Hippocratem non διιπετὴς, sed δϊίπετης reperitur. Primo de Morbis muliebribus,
B pag.239.uer.31. Si vero ὁ γόνος ἀποῤῥέῃ δϊίπετης genitura defluat pura, mulier uiro commisceri non amat: & si misceatur, non concipit. Germanus interpres uertit. Si uero genitura iugi cursu defluat. Caluus uero, continua serie defluat.

Δελφύη. Vuluæ.

ANNOTATIO.

Δελφύη. In aliquibus exemplaribus Erotiani scribitur, δελφύι. Libro de Sterilibus, pag 294. uer.10. de muliere amplius non concipiente. Proinde & pus ex uteris expurgare oportet: & tuberculum in τῇ δελφῇ utero sedare, quò de cętero non impediat genituram compingi. Ruffus libro primo de Corporis humani partiũ appellationibus, capite xxxj. Genitale autem mulieris membrum, gręce μήτρα & ὑστέρα: Hippocrates autem, & Δελφὴν, & Γονὴν dicit.

C Δέτιδα. Facem. παρὰ τὸ δεσμεύεσθαι, quod est, ligare.

ANNOTATIO.

Δέτιδα. Galenus in Exegesi habet δαΐτιδες, magnæ lampades appellantur. per abusum autem aliquando significat allij caput, quod ex multis conflatum spicis, ita ut lampades colligatur. Sunt qui uelint in aliquibus Galeni codicibus, paruę lampades, non magnę legi. Hæc uox in alio sensu ab Erotiano & Galeno accipitur.

Δρακόντιον. Herbæ species. sicq; & ari thyrsus appellatur, ex similitudine, quam cum animali habet.

ANNOTATIO.

Δρακόντιον. Libro de Internis affectionibus pag.190.uer.47. de Arteria

ria exulcerata. Dato item & τοῦ δρακοντίου dracontij radices in vinum derasas. Sed & tussis gratia δρακόντιον dracontium derasum in melle delingendum dato. Libro de Natura muliebri, pag.220.ver.26.de potionibus ad vteros. Castorium,adiantum, δρακόντιον dracontium,peucedanum, &c. Libro de Sterilibus, pag.296. ver.31. Si vero voles, etiam δρακόντιον dracontium derade,&c. D

Διαρκεῦντες. Succurrentes.

Principium E.

Ἐπανέρεσθαι. Interrogare.

ANNOTATIO.

Ἐπανέρεσθαι. Primo Prognosticorum,textu viij.pag.401.ver.40. Si quidem igitur in principio morbi facies talis fuerit, & nondum ex alijs coniecturam facere licuerit, ἐπανέρεσθαι interrogare oportet, num iam vigilauerit homo. Et textu ix.ver.45. At si vetustiore existente morbo, aut triduano,aut quatriduano,talis fuerit facies, de his ἐπανέρεσθαι interrogare oportet,de quibus etiam prius iussi. E

Ἐυπετέστερον. Facilius.

ANNOTATIO.

Ἐυπετέστερον. Libro de Septimestri partu,pag.45.ver.17. Nam loci ipsius molles sunt, & trasmotiones ipsis ἐυπετέστεραι faciliores ac frequentiores fiunt, & propterea ad partum magis solubiles consistunt: & mulieres per hos vltimos dies ex toto quadragenario ἐυπετέστερον facilius vteros ferunt. Libro de Extractione fœtus,pag.53.ver.12. de fœtu ope ferramenti extrahendo. Atque ipsi (scilicet fœtui) ἐυπετέστερη facilior exitus pateat. Primo de Morbis,pag.130.ver.49. Diffusa vero ac dispersa (scilicet bilis) sub cute ἐυπετέστερα ἔχειν τε τῷ ἔχοντι, καὶ τῷ ἰωμένῳ ἰῆσθαι, hoc est,facilius toleratu est habenti, & sananti curare. Et pag.136.ver.7. At vero in his,& similibus morbis multum refert quantum ad τὸ ἐυπετέστερως τε ἀπαλλάσσειν καὶ δυσπετεστέρως. id est, facilem ac difficilem curationem,vir sit an mulier, qui morbum habet. Secundo de Morbis, pag.146.ver.21.de Angina, Et frigidam aquam bibat,quò saliua ἐυπετέστερον facilius excreetur. Primo de Morbis muliebribus, pag.250.ver.30. Et si quidem post pharmaci potionem fluxiones pauciores fiunt,ac ἐυπετέστερα faciliores,intermissione facta rursus eodem modo medicari oportet. Et libro secundo,pag.267.ver.3. Hæc vbi feceris, sanæ quidē penitus F

A non fiunt, εὐπετέστερον facilius autem degunt. Libro de Iudicationibus, pag.385.ver.4.de Sudoribus iudicantibus. Boni quoq; sunt, qui per totum corpus fientes, morbum εὐπετεστέρως facilius ferre faciunt. Secundo Prognosticorum, textu xliij.pag.404.ver.41. Sputum vero in omnibus doloribus, qui circa pulmonem & costas fiunt, cito, ac εὐπετέως facile expui conuenit. Et textu lvj.pag.405.ver.11. Sunt autem bona hęc: εὐπετέως facile ferre morbum, bene spirare, à dolore liberatum esse. Et libro tertio, textu viij.pag.407.ver.7. Qui porrò morbi in breuissimo tempore iudicabuntur, εὐπετέστερα faciliores cognitu sunt. In cuius commento Galenus ait. Dictum est autem εὐπετέως propense, significare prompte & facile: quod vero hoc loco ait εὐπετέστερα propensius, significat faciliora, & ad cognoscendum promptiora. Secundo Prorrheticorum, pag.417.ver.13.de his, qui à sacro morbo corripiuntur. At quibus

B ex capite initium capere videtur, aut à latere, aut à manu, aut pede εὐπετέστερα facilius curatur. Et pag.414.ver 22.de his qui exercentur. Neq; enim in morbis εὐπετὲς facile est peccata cognoscere, etiam si decumbant homines. Et pag.416.ver.6. de aqua inter cutem. Bonis visceribus præditũ esse oportet, ita vt natura se exerat, simulq; εὐπετέως facile concoquat. Et ver.14. Laborem vero ferre oportet εὐπετῶς facile, & lassitudinis exortem esse. In Coacis prænotionibus, pag.435.ver.21. Sputum in omnibus pleuriticis & peripneumonicis εὐπετέως facile ac cito expui conuenit. Et ver.35. Bonum vero est, & in his, & in omnibus circa pulmonem morbis &c. sputum εὐπετέως facile educere, bene spirare, & sine siti esse.

Εὐηθέστατοι. Non maligni.

ANNOTATIO.

C Εὐηθέστατοι. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu xl.pag.372.ver.42. Etenim hoc modo mortem plurimis manifeste affert, si non omnino εὐηθὴς facilis vel benignus sit morbus. Quem locum exponens Galenus ait. Cęteros morbos εὐήθεις benignos dixit, nõ eos, qui maligni sunt: sed qui facile ad bonum vergunt: scimus enim plerosque veteres hoc nomine vsos esse: id quod etiam Hippocrates fecit. Et textu lj.pag.373.uer.37. Nam si quis vlcus, neque admodum insigne, neque admodum εὐηθες vile in tibia acceperit. sic vertit Vidius. Germanus vero interpres, contemnendo. Galenus in commẽto inquit. Εὔηθες vile autem, quod simplex est, & paruum, vel propter loci naturam, quæ abiecta est, vel propter paruam sectionem appellatur. Tertio Prognosticorum, textu ij.pag.406.ver.43. Etenim εὐηθέστατοι mitissimæ, seu simplicissimæ febres, & signis securissimis nitentes, quarto die desinunt, aut prius.

prius. In cuius expositione Galenus inquit. Dicuntur autem εὐήθεις simplices homines, etiam malefici, simulatione quadam, vt etiam simia formosa. dicuntur etiam ij, qui bonis præditi sunt moribus: sed prima significatio frequens apud Græcos est, secundæ rarior est vsus. neque solum ita nuncupant εὐήθη simplicem hominem, sed εὐήθειαν simplicitatem pro animi illa affectione vsurpãt, quæ bonis sit moribus cõfirmata. In quo sensu Dinarchum, Demosthenem, & Platonem in tertio de Republica, & in Euthydemo dicit hanc vocem vsurpasse. Et paulo post addit Græcos nomine εὐήθους simplicis, & εὐηθείας simplicitatis in duabus significationibus vti consueuisse. ac nunc Hippocrates in altera earum significatione dixit εὐηθεστάτους febres, pro eo quod est, mitissimas, ac simplicissimas, ac nihil maligni habentes. Primo Prorrheticorũ, commentario tertio, textu sexto, pag. 411. ver. 12. An & his bile carentes proluuies εὐηθέστεραι mitiores, meliorisq; moris existant? In cuius commento Galenus inquit. Εὐηθέστεραι autẽ significat quidem & κακοηθέστεραι, id est, maligniores; & sæpius in hoc significato plerique veterum vsi videntur: verum & εὔτροποι significat, hoc est, mitiores, &, vt vertantur, promptiores. vsi siquidem sunt & hoc significato quidam ex antiquis, iuxta quod & nunc dictum esse videtur. Tertio de Fracturis, textu lj. pag. 469. ver. 48. Cæterum luxationes, & emotiones ossium circa genua, multo εὐηθέστερα mitiores sunt emotionibus ac luxationibus circa cubiti flexuram. In quo loco Galenus scribit. Mitiorem vero casum εὐηθέστερον appellauit, iuxta propriam significationem verbi εὐήθους, quo significatur bonos habens mores. nam si stolidus græce vocatur εὐήθης, similiter dicitur atque γλυκεῖα & καλλεῖα, hoc est, sus vbi Dijs immolatur, & simia. D E

Ἐιρύεται. Trahitur. vt est apud Homerum, Mortuum quidem denuo ἐρύοντα, id est, trahentem. F

ANNOTATIO.

Εἰρύεται. Inuenio apud Hippocratem εἰρύεται & εἰρύαται. Secundo de Morbis muliebribus, pag 270. ver. 38. de vtero ad latera prolapso. Et videtur ipsi peripneumonia esse, & εἰρύεται contrahitur, & gibbosa fit. Et pag. 271. ver. 5. Et crura εἰρύαται contrahuntur. Et pag. 281. ver. 16. de vtero præter naturam hiante. Et fieri non potest, vt genituram εἰρύσασθαι attrahat. Et pag. 282. ver. 22. de inflammatione vteri. Et stomachus & venter non omnino εἰρύαται continent cibum. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu 111. pag. 345. ver. 25. Detractionis signum eandem diei horã seruare. derepente enim εἰρύεται trahitur. Galenus in eo loco monet, verbum εἰρύεσθαι sine dubio, trahi, significare.

A care. quoſdam tamen pro ἀρύεται trahitur, ſcribere ἐρέπτεται cadit. rei explicationem ex hac voce ſperantes clariorem fore. veruntamen vetus lectio verbum ἀρύεται habet. Primo Prorrheticorum, commentario ſecundo, textu x. pag. 410. ver. 2. Vox acuta, his præcordia intro ἀρύαται trahuntur. Vbi Galenus inquit. Quòd pleriſque, qui in morbis vocem mittunt acutam, ad internam ſedem trahantur hypochondria: nempe id verbum ἀρύαται ſignificat. In Coacis prænotionibus, pag. 425. ver. 39. Vox acuta malum: præcordia his intro ἀρύαται trahuntur.

Ἐγχλοιούμενα. **Bacchius in ſecūdo libro, pallida intellexit. Factum eſt autem** ἀπὸ τῆς χλόης, **id eſt, gramine, quæ eſt** περιαγωγὴ φυτώδης, **id eſt, circunductio plantoſa.**

ANNOTATIO.

B Ἐγχλοιούμενα. Reperio apud Hippocratē ἐκχλοοῦνται, & ἐκχλοιοῦνται, non ἐκχλοιούμενα. Secundo de Morbis vulgaribus, ſectione ſecunda, pag. 313. ver. 15. Dicendum etiam, quòd in ſanguinis profluuio ἐκχλοοῦνται ex pallido vireſcunt. Cuius loci lectio admodum varia eſt. Caluus, vt conijcio, ἐκχλοιοῦνται legiſſe videtur, & quidem recte, vt idem ſit ἐκχλοιοῦσθαι, quod χλωραίνεσθαι. quæ verba virentem ex pallido colorem ſignificant: χλοιοῦνται enim vireſcunt interpretatur Galenus in Exegeſi. Germanus interpres pro ἐκχλοοῦνται, legit ἐκχλιαίνονται; vel ἐκχολοῦνται, quod bileſcere ſignificat. Vſurpat autem Hippocrates τὸ ἐκχλοιοῦνται plurimis in locis. In Coacis prædictionibus, pag. 439. ver. 15. de morbo regio affectis. Fortaſſis autē & ſuppreſſio fit, hi ἐκχλοιοῦνται viridanti pallore inficiuntur. Et pag. 444. ver. 12. de notis morbi regij. Num his ſuppreſſis, hi ἐκχλοιοῦνται cum virore pallidi
C fiant. Et ver. 45. Ad hoc vbi quis ἐκχλοιοῦσθαι cum virore palleſcit, bene ſpirare noxium non eſt. Vtrobiq; autem, vt vides, ἐκχλοιοῦσθαι valet χλωραίνεσθαι cū virore palleſcit. Quidam codices ἐκχλαῶνται à verbo χλοάω habēt, quod flaueſcere, & liuere ſignificat. Alij etiam ἐκχολοῦνται, quod eſt, bileſcere. Quæ omnia ab alijs ante me fuerūt animaduerſa.

Ἔρειψις. **Caſus, &** ἐρείπειν, **decidere. Idemque ſignificat &** τὸ ἐξήρειπεν, **cecidit.**

ANNOTATIO.

Ἔρειψις. Apud Hippocratem inuenio ἔῤῥειψις. Primo de Humoribus, textu xxiiij. pag. 115. ver. 1. τὴν ἔῤῥειψιν Deiectionem, ſiccitatem. In cuius commento Galenus dicit, Veteres ac recentiores Hippocratis interpretes reprehenſione dignos eſſe. Glaucias, Heraclides Tarantinus, & Zeuſis dixerunt ἔῤῥειψιν eſſe perturbationem quandam, quum æger

conſiſtere

consistere vno in loco non potest, sed modo huc, modo illuc se iactat. D
Ruffus Ephesius & Sabinus dixerunt esse mortiferum quoddam symptoma, quod solet euenire, quum quispiam inibi est, vt se moriturum opinetur. Artemidorus capito, & Numesianus absurdum quid dixerũt, & indignum, cuius nunc fiat mentio. Lycus pessime omnium hunc locum explanauit. Neque Asclepiades, neque Diocles Caristius hanc vocem recte intellexerunt: neque enim esse corporis symptoma, quod ad vires pertineat, sed mentis, quod ad animũ referatur, putauerunt. Scito igitur nunc ἔῤῥειψιν deiectionem appellari, quum quis modo hominis viuentis decumbere non potest, sed tanquam mortuum, inanitumque corpus deorsum fertur. quum enim quis iacens ad pedes sublabitur, signum est virium ad extremam imbecillitatem perductarum. non posse autem stare, vel sedere, vel exurgere, est certe minus graue; sed deiectum esse modo innaniti corporis, quum robur vniuersum est ex omni parte E
exolutum, & perditum, id corpus dicitur ab Hippocrate ἐῤῥίφθαι deiectum esse, & profligatum: ipseq; affectus ἔῤῥιψις virium deiectio nominatur. Hoc idem repetit Galenus in libro de Palpitatione, capite iiij.

Εἰλεός. Nonnulli formam duri tumoris circa lienem esse aiunt: nonnulli vero circa totum corpus affectionem: vtriq; non recte. est enim ὁ εἰλεός febris species.

Ἕρπει. Sensim incedit, & ἑρπετὰ, τὰ εἰς τὴν ἔραν, id est, in terram incedentia.

Ἕλκεα περιμάδαρα. Idem quod ἀνώμαλα καὶ ἄτροφα, hoc est, inæqualia, & quæ non aluntur.

ANNOTATIO.

Ἕλκεα περιμάδαρα. Tertio de humoribus, textu, xiij. pag. 116. ver. 45. F
de austro. Quum hic præualuerit, talia in morbis patiuntur, ἕλκεα μαδαρὰ vlcera glabra. Sic vertit Germanus interpres. Caluus, putrida fluidaq;. Alij vero madida. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario septimo, textu xxiij. pag. 350. ver. 9. Τὰ περιμάδαρα ἕλκεα κακοήθεα vlcera circunglabra maligna sunt. Sic vertunt Hippocratis & Galeni interpretes. Caluus vero, circa loca humida vlcera tetra sunt. Quam sententiam repetit sexto Aphorismorum, textu iiij. pag. 398. ver. 8. Sed male in impressis codicibus legitur, περιμάδηρα. Hunc aphorismum interpretes vertunt, vt supra: Sed Caluus hoc pacto. Quum loca, quæ vulnus vlcus'ue circunstant, pilos squamulas'ue porriciunt, vulnera ea vlceraúe tetra pessimaúe & cacoethea sunt.

Ἔπαφρα. Subalbida, & velut spumosa.

Annotatio

A

ANNOTATIO.

Ἔπαφρα. Primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xix.pag.307.ver.47.de Sileno. Ab aluo prima die, biliosa, mera, ἔπαφρα spumosa, abunde colorata, multa prodierunt. Et ver.49. Secunda die febris acuta, secessus plures, tenuiores, ἔπαφρα spumosi. Et libro tertio, commentario primo, textu xviij.pag.319.ver.33.de eo, qui in Dealcis horto decumbebat. Tertia die febris acuta, secessus nigri, tenues, ἔπαφρα spumosi. Et textu xx.ver.38. Quinta secessus plures, nigri, ἔπαφρα spumosi. Et textu xxj.ver.39. Sexta die secessus nigri, pingues, ἔπαφρα spumosi. Et libro quarto, pag.352.ver.28. de Hyle famula Aristidis, de excretione per sedem. Et neque ἔπαφρα spumosa, neque subsanguinolenta.

Primo Prorrheticorum, commentario secundo, textu lx. pag.411. ver.3. Sed & aluus ἔπαφρα spumosa, biliosa insuper egerit. Et commentario

B tertio, textu primo, pag.411.ver.4. Quibus sopor fit, ἐπάφρων (non ἐπαφρῶν, vt in impressis codicibus perperam legitur) spumosis prodeuntibus, his febris exacerbatur acuta. In cuius expositione Galenus inquit. Vocaui autem spumosam deiectionem, quomodo fecit Hippocrates in Præsagijs (nimirum commentario secundo, textu xx.pag.404.ver.4.) inquiens, Deiectio autem, si valde aquosa fuerit, vel alba vel pallida, vel admodum rubens, vel ἀφρώδης spumosa, mala hæc sunt omnia. atque in Epidemijs sæpiuscule. Quidam interpres libri huius dicebat Hippocratem vocare ἔπαφρα, quæ spumam sursum vectam habent, tanquam fluxilibus quibusdam existentibus, vel deiectionibus, vel vrinis, vel succis, in quibus spuma poni alio ordine apparet.

Ἔκρουν. Prauum, vel effluxionem.

C

ANNOTATIO.

Ἔκρουν. Libello de Morbis virginum, pag.213.ver.16. Tunc sanguis non habens ἔκρουν effluxum, præ multitudine resilit ad cor. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione prima, pag.412.ver.4. de optimis abscessibus. Et qui per ἔκρουν effluxionem fiunt. Alij vertunt. Qui per emissaria quædam effluunt: aut per emissionem fiunt. Et pag.412.ver.11. Abscessus aut per venas, aut per aluum, aut per neruos, aut per cutem, aut iuxta ossa, aut secundum spinalem medullam, aut secundum alias ἐκροὰς effluxiones, aut emissaria, os, pudendum.

Ἐνυδρέονται. Madefiunt.

Ἐκχύματα. Feruidæ eruptiones, vt inquit Bacchius. & ἐκχύσεις, papulæ.

ANNOTATIO. D

Ἐκχύματα. Non reperio hanc vocem apud Hippocratem, sed quasdam similes, Primo de Humoribus, textu xv. pag. 114. ver. 35. Μὴ τὰ ἐκκεχυμωμένα Ne humores effusi intro reuellantur. perperam, vt arbitror, hoc in loco ἐκκεχυμωμένα pro ἐκχυμωμένα, scribitur. Galenus in cōmento ait. Ipse enim vocare ἐκχυμώμενα, ἐκχυμώσεις, ἐκχυμώματα, id est, effusa, effusiones, & effusos humores, solet eas excretiones, & euacuationes, quæ ex vasculis fiunt: quæ quidem fieri solent, quum venæ, quæ in cute sunt, contunduntur, ac sanguis per ipsas cōtusas effunditur: is tamen non vno loco ita effusus, statim in grumos coit, sed postquam effusio per persultationē efficitur. Tertio de Officina medici, textu xxx. pag. 504. ver. 46. Quæcunque vero ἐκχυμώματα effuso sanguine sugillationes, aut contusiones, aut vulsiones, aut tumores. In cuius commento Galenus ait. Verum vbi contusa caro, ad regionem, quæ sub cute est, sanguinem transmittit, hæc sanguinis suffusio dicitur ἐκχύμωμα, sub qua cutis inuiolata seruatur. scindi autem tenues venas cum carne, vbi id exoritur, manifestum est. E

Ἐπαναιώρημα. Nebulosum supernatans in vrina, & excrementis, & velut suspensum, vario colore præditum. appellat enim proprie eiusmodi supernatationes, nebulas.

ANNOTATIO.

Ἐπαναιώρημα. Hanc vocem apud Hippocratem non reperio, sed sępissime ἐναιώρημα, ac præsertim in libris de Morbis vulgaribus. Secundo Prognosticorum, textu xxix. pag. 404. ver. 22. Nubeculæ, quæ ἐναιωρεύμεναι suspenduntur in vrinis. Sic habet codex Vaticanus. Galenus in commento textus xxvj. eiusdem libri habet, ἐναιώρημα suspensum, & ἐναιωρήματα suspensiones. F

Ἐλάπαξεν. Emolliuit.

ANNOTATIO.

Ἐλάπαξεν. Quarto de Morbis vulgaribus, pag. 332. ver. 13. de seruo in Hippolochi villa. Cui tenuia recremēta progressa, partē aliquā ἐλάπαξεν euacuauerūt. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, mollescebāt.

Ἐξέρυθρον. Nonnulli interpretantur valde rubrum, nonnulli vero, extra ruborem natum. In quorū numero fuit Philonides Siculus.

ANNOTATIO.

Ἐξέρυθρον. Sexto de Morbis vulgaribus, cōmentario primo, textu xxix.

pag.

A pag.343.ver.49.de febrium differentijs. Aliæ ad manum humectæ, aliæ ἐξέρυθροι rubicundæ valde. In cuius commento Galenus ait, ἐξέρυθροι perrubræ febres, hoc est, vehementer rubræ, vehementissimum calorem subesse indicant: materiam vero esse sanguinem. Et commentario secundo, textu xviij.pag.344.ver.18.Habent autem horum plurimi, & ἐξέρυθρα rubicundas, seu perrubras. Galenus eo in loco monet, subaudiendum esse facies perrubras habere. Et commentario sexto, textu xvij.pag. 348.ver.24. de sanguinis fluxu ex naribus. Quibus vero colores ἐξέρυθροι rubri fuerint, ijs non æque confert, scilicet vinum. In Coacis prænotionibus, pag.428.ver.23.Quandoque vero & ἐξέρυθρα rubicundæ in pedibus ambustiones eadem significant. Et ver.33. Capitis successiones, oculi ἐξέρυθρα rubicundi. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero. Subquatientia capitis lumina perrubra. Et pag.433. ver.32. de alui ege-
B stione. Mala autem sunt & ἐξέρυθρα rubicunda valde & æruginosa. Et pag.439.ver.12. Qui circa articulos ἐξερύθροισιν rubicundas in superficie pustulas habent. Et pag.441.ver.44. Αἱ ἐξερυθρῶν valde rubicundorum nigrorum à veratro purgationes, malæ sunt. Et ver.46. A veratro vomere ἐρυθρὰ rubicũda spumosa, pauca, prodest. Et pag.444.ver.18. Quibus & flammeis, & ἐξερύθροις valde rubicundis, solutis, graueolẽs, larga, ὑπέρυθρον subrubra fit, hi ne insaniãt timor est. Et ver.19. In his ἐξέρυθρα valde rubicundæ, instar purulentæ carunculæ, egestiones maxime prodeunt. Primo Prorrheticorum, cõmẽtario secundo, textu xl. pag.410.ver.28.de Dysode. Huic etiã vrinæ vehementer fermentatæ, erant valde ἐξέρυθρα rubicundæ. Galeni exemplar habet. Vrinæ fermentatæ erant violẽter, & faciei rubor. Ipse vero in cõmẽto inquit. Quum igit̃ fuerit talis difficultatis spirandi species, rubens iure optimo redditur fa-
C cies. Si vero & capitis dolor simul fuerit, nihil miri, si valde rubẽs fuerit.

Ἔμυξεν. Suspirauit. De hac voce scriptum reliquit Menander in Scuto.

Ἐλατήεια. Communiter pharmaca inferioris ventris partes purgantia.

ANNOTATIO.

Ἐλατήεια. Galenus in Exegesi dicit, non modo ex syluestri cucumere factum esse; sed quicquid per infernas partes purgat, sic dici. Libro de Locis in Homine, pag.69.ver.41. Φάρμακον δὲ πίσον ἐλατήριον Medicamentum potandum præbe deorsum purgans, & inferne aluum lacte infuso elue. Interpres Germanus, elaterium inutiliter addidit. Libro de Internis affectionibus, pag.197.ver.37. de renum morbo. Huic, quum sic

habuerit, ἐλατήριον elaterium bibendum dato, aut thapsię radicem, aut veratri, aut succum scãmoneæ. Et pag. 205. ver. 44. de morbo regio. Dein de fomento adhibito, ἐλατήριον pharmacum deorsum purgans bibendum dato. pro qua voce Germanus interpres vertit, elaterium. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 270. ver. 40. de prolapso vtero. Quum sic habuerint, φάρμακον χρὴ πίσαι κάτω ἐλατήριον pharmacum deorsum purgans bibere oportet. Et pag. 276. ver. 27. eadem verba repetit, absque dictione, κάτω. Quinto de Morbis vulgaribus, pag. 335. ver. 25. de Eupolemi morbo. Et pharmacum bibit ἐλατήριον aluum deorsum purgans. D

Et pag. 337. ver. 4. de Antimachi vxore. Huic datum est catapotium ἐλατήριον deorsum purgans, fortius, quàm conueniebat. Et ver. 14. de famula Onesidemi. Huic debile datum est pharmacum ἐλατήριον deorsum purgans in potu. Et pag. 338. uer. 46. de muliere, quæ se ipsam iugulauit. Et datum est ipsi longe postea καταπότιον ἐλατήριον capotium deorsum purgans, & per secessum ipsi exijt. Et uer. 48. de adolescente, qui ex Eubœa venit. Deinde quum putaret se purgatione sursum uersus opus habere, radicem debiliter ἐλατήριον purgantem bibit. pro qua voce interpres Germanus perperam uertit, radicem ueratri, Caluus vero, elaterium. Et pag. 339. uer. 2. Quidam homo Eubęus πιὼν ἐλατήριον poto pharmaco deorsum purgãte, per tres dies purgabatur, & mortuus est. E

Primo de Ratione victus morborum acutorũ, textu iiij. pag. 368. uer. 12. Nam exceptis morbis acutis, plurima ab ipsis relata sunt pharmaca ἐλατήρια aluum deorsum purgantia exhibenda. & serum, & lac pro tẽpore.

Ἐπέδυεν. Diffluebat, & prosiliebat.

Ἐτιταίνετο Concrescit.

Ἐκθήλυνσις. Liquefactio & extenuatio. Nicander vero pro mollitie eam posuit. F

ANNOTATIO.

Ἐκθήλυνσις. Sexto de Morbis uulgaribus, commentario primo, textu xj. pag. 343. uer. 29. Crurum ἐκθηλύνσιες effœminationes. Et uer. 31. de abscessu articulorum ex lassitudine. Ex quo crurum ἐκθηλύνσιες effœminationes. Quinto Aphorismorum, textu xvj. pag. 396. uer. 15. Calida frequenter eá vtentibus, has noxas inducit, carnium ἐκθήλυνσιν effœminationem, neruorum impotentiam. In cuius commẽto Galenus inquit. Carnium ἐκθήλυνσιν effœminationem, hoc est, debilitatem dictam esse per translationem, quoniã fœmina debilior est masculo. Tertio de Articulis, textu lxxxij. pag. 490. uer. 19. Vsus enim aliquis liberat ab ἐκθηλύνσιος effœminatione. Tertio de Officina medici, textu vj. pag. 504.

uer. ij.

A uer.11.de fasciarum numero & longitudine. Vt onere non lędant, ut inclinationis causa non sint, neque ’ἐκθηλύνωσιν effœminent. In quo loco Galenus monet, Vsurpare Hippocratem uerbum effœminare, quod ’ἐκθηλύνειν dixit.

’Επίθημα ἔχειν. id est, Operculum habere. Attici enim proprie epithema operculum appellant.

ANNOTATIO.

’Επίθημα ἔχειν. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario quarto, textu x. pag. 346. uer. 46. Aqua decocta partim ut aëre admittat, partim ut uas non plenum sit, καὶ ἐπίθημα ἔχειν, & operculum habeat. Inuenio etiam ἐπίθεμα libro de Natura muliebri, pag. 230. uer. 3. de fomentis uterorum. Vasis autem ’ἐπίθεμα operculum perforato, & imposito arun
B dine foueto. Arundinem uero cum ’ἐπιθέματι operculo tollito. Si enim sine ’ἐπιθέματος operculo abstuleris, exuretur. Secũdo de Morbis muliebribus, pag. 289. uer. 9. Et olei rosacei heminam dimidiam in ollam mittere, cuius ’ἐπίθεμα operculum foramen habet.

’Εκλαπήσεται, pro Exculpetur, ac in lucem edetur, vt inquit Aristophanes ἐν Γηρυτάδει. Fama igitur ego hominum omnes ἐκλαπῆναι exculpi. Semel dictum est, & à nobis solum interpretatum.

ANNOTATIO.

’Εκλαπήσεται. Aristophanes, inquit Erotianus, ’ἐν Γηρυτάδει, quę comœdia quum non extet, hunc locum restituere non potuimus.

C ’Εναυλιζόμενον. Immanens.

ANNOTATIO.

’Εναυλιζόμενον. Secundo de Natura humana, textu x. pag. 24. uer. 22. Nimirum purgatione accliui existente, & multo tempore in pectore ’ἐναυλιζόμενον immorans putrescit, & purulenta redditur.

’Ευπετίην. Facilitatem.

’Εξαναίνεται. Exiccatur.

’Εκπεπταμένα. Idẽ quod ἐξεστιγμένα, expãsa & explicata.

ANNOTATIO.

’Εκπεπταμένα. Libro de Veteri medicina, pag. 11. uer. 25. de figuris membrorum. Aliæ ’ἐκπεπταμένα expassæ, aliæ solidæ & rotundæ. Et

uer.29. Num cauæ & ἐκπεπταμένα expassæ. Et uer.37. At uero cauæ & ἐκπεπταμένα expassæ figuræ, influentē quidem humorem maxime omnium susceperint, non autem similiter attraxerint. Secūdo de Officina medici, textu xxv.pag.503.uer.39. Subligatio quidem in causa est, ut aut disparata uniantur, aut ἐκπεπταμένα expassa contrahantur, aut contracta diducantur. In cuius commento Galenus dicit, Ἐκπεπταμένα hiantia dicere Hippocratem, quæ plurimum inter se recedunt, quod fit duobus modis, vel vbi ipsa tota, uel ubi oræ duntaxat inter se distant. de qua re etiam loquitur in cōmento textus xxxij. Reperio præterea apud Hippocratem in eadem significatione ἐκτεταμένα, id est extenta. Primo Prognosticorum, textu xiiij.pag.402.ver.13. Secundo de Fracturis, textu lxj.pag.467.ver.27. Primo de Articulis, textu xl.pag.475.ver.36. D

Ἔργματα. Firmamenta.

ANNOTATIO. E

Ἔργματα. Apud Hippocratem, & Galenum reperio ἔρματα, ἐρμάσματα, & ἐρείσματα, nō ἔργματα. In secūdo de Fracturis, textu lxxvij. pag.464.ver.39. Si enim dependeat pes, reliqua tibia ἠρματισμένης firmata, necesse est iuxta anteriorem tibiæ partem ossa incurua esse. Si vero calcaneum quidem moderato altius ἠρτισμένη fuerit firmatum. In cuius expositione Galenus inquit. De crure autem, quod fulcitur ἐρματισμένης dixit, ducto vocabulo à fulcris, quæ græce dicūtur ἔρματα: quorum meminit Poëta in eo carmine ὑποδ᾽ ἔρειον ἔρματα νηῶν, hoc est, fulcimina puppibus abstrahunt. Sic igitur accipitur vocabulum ἠρμετισμαενης. Tertio de Articulis, textu xxvj.pag.485.ver.13. Ἐρμῆσαι firmare quidē oportet iuxta pectus ad scalam fortiter deligando. Quem locum explicans Galenus, ait, in superioribus se ostendisse ἔρματα dici ab Hippocrate fulcimenta, & ἐρμάσαι fulcire: atq; hoc esse, quod à Poëta scribitur ὑποδ᾽ ἔρειον ἔρματα νηῶν. hoc est. fulcimina puppibus abstrahunt. Tertio de Officina medici, textu xxvj.pag.504.ver.35. ἠρμόσθαι firmatum autem se esse, non compressum (dicat) In quo loco Galenus iterum monet, fulcimenta constare à Græcis appellari, non solum ἐρμάσματα, sed ἐρείσματα vel ex eo, quod Poëta ait in eo carmine ὑποδ᾽ ἔρειον ἔρματα νηῶν fulcimina puppibus abstrahunt. Ad cuius similitudinem fulcire dictum est ab Hippocrate ἠρμῶσθαι. Et textu xxxvj.pag.505.ver.13. Τὰ δὲ ἐρμάσματα καὶ ἀποστηρίγματα fulcimenta vero ac firmamenta adhibere oportet. In cuius expositione Galenus quid eiusmodi voces significent, longa oratione declarat, asseritq; vocē ductam esse à nomine ἔρμαται, quo fulcimenta græce vocantur: quorum meminit Homerus in supracitato carmine, quasi nihil differat ἐρείσματα fulcimenta ne dicantur, an στηρίγματα F

A ματα firmamenta. Nunc vero duorum nominum ἑρμάσματα, ſic enim dixit fulcimenta, & στηρίγματα, quo firmamenta expreſſit, proxime alterum alteri ſubijciens indicaſſe videtur, non ſignificari idem ab vtroq;. Vbi igitur curioſius agere volumus, στηρίγματα dicemus, quæ ſine vinculo, ἑρμάσματα, quæ cum hoc adhibentur: ſicq; ſtatuemus ea vocari στηρίγματα, quæ partibus illis dantur, quarum motus neceſſarius eſt, à quo ceſſatio non eſt in nobis: ἑρμάσματα, quæ immobilibus. Plura habes in Annotatione dictionis ἥρμοσαι & ἐρυμάτων.

Ἐυσταλέως. Succinćte.

ANNOTATIO.

Ἐυσταλέως. Libro de Decenti ornatu, ſiue de Probitate, pag.16.ver.36. Et omnia hæc facere placide ἐυσταλέως expedite cum miniſterio. Libro B de Superfœtatione, pag.48.ver.36. de extrahendo fœtu mortuo. Deinde his exemptis latera confringere, quò conſidens corpuſculum leuius ac ἐυσταλέστερον expeditius fiat. Primo de Officina medici, textu xvj.pag. 502.ver.35. Veſtis ἐυσταλέως ſuccinte, diſtinćte, æqualiter, ſimiliter, cubitis, humeris. In quo loco Galenus inquit, ἐυσταλέως ſuccinte, apte, ac expedite, pro collećte dixiſſe, vt neque fluat, neque medicum ſtrangulet.

Ἑδραίως. Bacchius in tertio, perſeueranter, Epicles vero, aſſidue, diu, & coſtanter. Vtrique autem, vt arbitror, errant. non enim vnum tantum hæc vox ſignificat; ſed hic quidem cathedram ſignificat. hinc enim & ſellæ dicuntur, in quibus ſedemus. In libro igitur de Vulneribus capitis ipſe interpretatur dicens. Interciſio autem & ἕδρη ſedes idem eſt. tota quidem bene, valde, & ſæpe. Similiter & in Mochlico. Cogere C vero quæ ſupereminent in ἕδρῃ ſedem ſuam calcaneo, vel planta; hoc eſt, in proprium locum.

ANNOTATIO.

Ἑδραίως. Primo de Officina Medici, quem librum, vt conijcio, Erotianus innuit, textu xvij.pag.502. ver.41. de ſitu corporis. Hac vero aut illac, vt non extra ἕδρης ſedem, ſed pro ratione conuerſionis, & corpus, & operantem corporis partem producat. Et textu xviij.pag.502.ver 43. Agere vero oportet ita, vt altero pede inſcendat, non eo, qui eſt ad manum agentem, genu ad inguen ſublato, velut in ἕδρῃ ſede. Et libro ſecundo textu xxvij.pag.503.ver.42. Ad ea quidem, quę abſceſſerunt, ita, vt ſublimia ἕδρης ſedem quidem contingant, non tamen comprimant. Primo de Articulis, textu lxij.pag.477.ver.17. Neq; enim hoc os in pri-

ſtinam ἕδρην ſedem ſimiliter firmari poterit, veluti natura exigit. Et libro tertio, textu lxxxvj. pag. 490. ver. 36. de Amazonis. Vtuntur auté his (ſcilicet viris) pro opificibus, ad coriaria opera, aut fabrilia, aut aliud ἑδραῖον ἔργον ſedentarium opus. Alter locus Erotiani, eſt in libro de Vulneribus capitis, pag. 447. ver. 12. qui talis eſt, Διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τ᾽ὡυτό ἐστιν, hoc eſt, Interciſio enim & ἕδρη ſedes idem eſt. Verba auté, quæ ipſe Erotianus ibidem ſubiungit, nimirum, ὅλα δ᾽εὖ, μάλα, καὶ πολλάκις, id eſt, tota quidem, bene, valde, & ſępe, in codice Hippocratis nuſquam reperiuntur. Et ſupra, pag. 446. ver. 6. At vero ἕδραι ſedes telorum acutorum ac leuiorum, ipſæ in ſeipſis fientes in oſſe. Quæ verba frequenter in eo libro reperiuntur. Locus, quem Erotianus citat ex Mochlico, deprauatus eſt. Sicq; ex Hippocratis codice, pag. 511. ver. 6. reſtitui debet. Καταναγκάσαι δὲ τὰ ὑπερέχοντα ἐς ἕδρην πτέρνῃ ἢ θέναρι ἐπί τινος. id eſt, Quæ vero ſuberunt, calce vel manus palma, in ſuam ἕδρην ſedem pellito. Sic Caluus tranſtulit. Galenus in ſecundo de Fracturis, in commento textus ix. inquit. Abrumpitur autem os quatuor de cauſis maxime generalibus. Super ipſum enim vehementi impetu incidit, aut aliquid conterendi vim habens, quod plane neceſſe eſt natura durũ eſſe, & mole non exiguum: aut aliquid, quod non tantum cutem, & quæ inter cutem ſunt, & oſſa, ſed hæc quoque ſecare poſſit, quem morbum Hippocrates in libro de Vulneribus capitis ἕδραν appellat. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario quarto, textu xvij. pag. 347. ver. 2. Somnus ἑδραῖος ſedentium, ſtanti dormitatio. In cuius expoſitione Galenus ait. Somnum eorum, qui ſedent, aiunt ἑδραῖον quaſi ſedentarium dicas, ab ἕδρας ſede appellatum: parem auté eſſe horum ſomnum dormitationi ſtantium: ac ſi tota oratio eſſet hoc modo pronunciata. Calidæ naturæ à plurimo ſomno arcendæ ſunt. melius enim eſt, vt vigilent, & aliquid faciant. præcipue autem prohibendæ ſunt, ne ſedeant. ſin minus, id concedendum erit, quod eſt ſtantium dormitioni perſimile; ſed ne decumbant, cauere cõuenit. Quidam ſomnum ἑδραῖον pro profundo dictum putant, vt quicunque ita affecti ſunt, ſtantes iã dormituriant. Sed quum non addiderint quem vſum hęc afferant, quæ ſcripſerunt, imperfecta oratio eorum eſt.

D E F

Ἐξήρειπεν. Decidit.

ANNOTATIO.

Ἐξήρειπεν. De hac voce ſupra meminit Erotianus in dictione ἐρείψις. In tertio de Officina medici, textu xj. pag. 504. ver. 15. habetur ἐξέῤῥιπε. & in Vaticano codice ἐξήρειπε. Ferulæ porrò, inquit, ſint leues, æquales, iuxta extremitates ſimæ, hinc, atque illinc paulo minores deligatione: craſſiſſimæ

A craſſiſſimæ autem ea parte, qua ἐξέῤῥιπτε extat fractura. vel, vt Vaticanus codex habet, ἐξήρειπε cecidit, ſeu excidit.

Ἐξαρύεται. Bacchius in tertio, Exprimitur & exhauritur.

ANNOTATIO.

Ἐξαρύεται. Aliqua exemplaria Exegeſis habent ἐξαρύεται, alia ἐξαρύαται, hoc eſt, vt ibi exponit Galenus, inanitur, exprimitur, vel, vt quibuſdam placet, hoſtilem in modum impetum facit, & minatur. Tertio de Officina medici, textu xxx. pag. 504. uer. 46. Quæcunq; exuccationes, vel contuſiones, vel vulſiones, vel tumores inflammatione carentes, ex vulnere ἐξαρύαται exhauriuntur, in ſuperiori corporis parte plurimũ, in inferiore parum, deligandum eſt. Sic vertit interpres Galeni. Germanus ex vulnere oboriuntur: Vidus, ſanguinis plurimum à vitio ſurſum B expellitur. Pro qua voce in impreſſis codicibus ἐξεργᾶται perperam legitur. Galenus in commento ait. Illud vero, à vitio ſurſum expellatur, dixit ἐξαρυᾶται, quod quaſi exprimatur ſignificat, nonnulli aperte ſcribunt ἐξαίρεται, hoc eſt, expellatur, vt nulla apud Græcos explanatione ſit opus.

Ἐξάστις. Fila, quæ in reuolutionibus faſciarum eminent apud ipſum appellantur ἐξάστις.

ANNOTATIO.

Ἐξάσις. Galenus in Exegeſi habet ἐξασίας, inquitq;, Quidam lina à ſummis linteis diſciſſis eminentia, & à pannis vilibus fila. Ego vero etiã antequàm ea ſciſſa ſint extãtia ſimiliter appellanda eſſe exiſtimo. Secundo de Officina medici, textu xxvj. pag. 503. ver. 41. Faſciæ parentur leues, C tenues, molles, mundæ, latæ, ſine ſuturis, ſine ἐξασίας eminentijs. non ἐξεσίας, vt impreſſi codices habent. In cuius commento inquit Galenus μήτε τὰς καλουμένας ἐξεσίας, hoc eſt, ſine vocatis eminentijs, quæ ſunt in ijs, quæ texuntur, interdum de induſtria, interdum inuito textore, oblongis quibuſdam extantibus, modo ex ipſo ſubtegmine, modo etiam ex purpura. ſed & fœminæ in ijs, quas vocant prætextas, data opera omnino hoc faciunt, quæ omnia caueri iubet.

Ἐκθήλυνσις. Liquefactio & extenuatio.

ANNOTATIO.

Ἐκθήλυνσις. Hæc vox habetur ſupra latius expoſita, & annotatione illuſtrata.

Ἐμβατευόμενον. Bacchius in ſecundo, Inuadens, vel æmulans,

lans, vel cadens. Verum melius esset, vt significet inhærens. D
Est autē dictio Attica, quæ per βτ scribitur, & pronuntiatur.

Ἕδος, Sella, vel currus, vt Bacchius in primo. dicitur autem παρὰ τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ ἕζεσθαι, hoc est, ab eo quòd in ipsa sedeamus. Testatur autē Hippocrates in libro de Articulis, quum ait. Valde quidem satis habet, circa magnam ἕδος sedem Thessalicam, pro circa currū Thessalicum. vnusquisq; enim currus locum sedendi habēs, Thessalicus apud antiquos dicebatur.

ANNOTATIO.

Ἕδος. Locus ab Erotiano citatus, est in primo de Articulis, textu xxij. pag. 474. ver. 14. Satisq; omnino fuerit, si recens adhuc vitium sit, super magnam ἕδος sedem Thessalicam vim adhibere. In quo loco Galenus ait. Sedilis quondam hæc figura fuit, potissimum in Thessalia, vt ad rectam lineam attolleretur ea parte, cui sedentes dorso inhęrent. E

Ἐδικραιώθη. In duas partes diuisa.
Ἐνεκρίκωσεν. Submersit.

ANNOTATIO.

Ἐνεκρίκωσεν. Submersit, quod ἐνέδυσεν dixit Erotianus. Sed puto legendum ἐνέδησεν alligauit. Libro de Natura ossium, pag. 63. ver. 3. de Venarum distributione. Verum ex coxendice incipiens ascendere ad pubem, multas vagabūdas producit venas, & costas ac verticula ad spinam ἐνεκρίκωσε illigat. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero. De coxendice incipiens in pectine finit. Multæ præterea venæ per costas vertebrasq; pererrant, quæ spinam ἐνεκρίκωσε anuli modo pernectunt. Quę verba, vt iudico, hoc pacto vertenda sunt. A coxendice incipiens ascendere ad pubem, multas errando venas produxit, & costas ac vertebras ἐνεκρίκωσε πρὸς τὴν ἄκανθαν fibulæ modo ad spinam pernexit. F

Ἐνεφλεβοτόμησε. Bacchius in tertio inquit, quod pluribus in locis venas separauit, & quasi in partes diuisit.

ANNOTATIO.

Ἐνεφλεβοτόμησε. Libro de Natura ossium, pag. 63. ver. 4. de distributione venarum. Et propagines suas ἐνεφλεβοτόμησε diuisit in partes, & intestinum ac ventrē inuoluit. Germanus interpres ἐνεφλεβοτόμησε, vertit, multipliciter per venas transmittit. Caluus vero, proiecturasq; & agnationes, per easq; sanguinem emittunt.

Ἐξαμελ-

A 'Εξαμελγόμεναι. Emulsæ.

Ἕλκος μυκονοειδὲς. Vlcus nonnulli quidem humidum et mucosum, quoniam tale quiddam nares videntur esse.

'Επίδοξοι. Probati.

'Εκπεπλημένον. Explicatum.

ANNOTATIO.

'Εκπεπλημένον. Galenus in Exegesi exponit, detortum. Tertio de Fracturis, textu xliij. pag. 468. ver. 46. Coniecturam facere oportet iuxta vlceris formam, quo sit quàm minimum hians, & ἐκπεπλημένον expassum inter deligandum, siue diuaricatum, siue digrediens. In cuius commento Galenus inquit. per translationem vtrisq; his verbis vsum fuisse. nam & hians, quod est σεσηρὸς id est, rigens de labijs oris dicitur. digre-
B diens, hoc est, ἐκπεπλημένον, de cruribus gradum facientibus, atque inter se distantibus. Crurum enim diductio πλίκτα digressio appellatur, & πλίγας gressura, sicut dictum est. Est ergo secundum Galenum σηρεσθαι hiare, à labijs oris sumpto vocabulo: & ἐκπλήκτεσθαι diuaricari, à cruribus plurimum inter se diductis. Primo Prognosticorum, textu xviij. pag. 402. ver. 18. Et crura supini iacentis valde incuruata esse, ac διαπεπλεγμένα complicata. sic vertit Germanus interpres: alij, distracta. Quem locum Galenus exponens, ait, Verbum διαπεπλεγμένα distracta scribitur & per γ, & per χ, & significat crura plurimum inter se distantia. non aliter iudicandum est, si περιπεπλεγμένα complicata, legas. Eandem sentētiam repetit in Coacis prænotionibus, pag. 439. ver. 31. Secundo Prorrheticorū, pag. 421. ver. 31. de mulieribus concipere non potentibus. Aut enim reuulsus est, aut ἐκπεπλημένον euersus. sic ver-
C tit Germanus interpres. Caluus vero, vel conuulsus, vel repercussus, vel retusus est.

'Εγγωνίῳ πήχει. Cubitus ἐγγώνιος dicitur, quando flexus in angulum redigitur secundum ἀγκῶνα.

ANNOTATIO.

'Εγγωνίῳ πήχει. Primo de Officina medici, textu xvij. pag. 502. ver. 40. Summas manus ἐγγωνίους angulares ad brachia figuret. In cuius commento Galenus ait, iubere Hippocratem ne medicus superius, quàm sit mammarum situs, manus porrigat; nec inferius, quàm vt pectore super genua incumbente, ad rectum angulum cum humeris figurentur: quem habitum ἐγγώνιον appellat. hic autem medius est inter vltimum cubiti flexum, vltra quem flecti, & vltimam porrectionem, vltra quam extendi

brachium

brachium non poteſt. Et libro tertio, textu xx. pag. 504. ver. 27. In quie te quidem atque ocio conſiderare rectum habitũ oportet, puta brachij: in medio, porrectionem, atq; contractionem, οἷον τὸ ἐγγὺς τοῦ ἐγγωνίου πήχεος πρὸς βραχίονα. hoc eſt, quemadmodum vbi cubitus cum humero propè ad rectum angulum figuratur. Quem locum Galenus exponens, inquit. Non poſſe ἐγγώνιον dici, quod ad acutum angulum figuratur: tum quòd nemo ex Græcis appellat, aut ἐγγώνιον per duplex γγ, aut ἐυγώνιον per ευ, ſyllabam, acuti anguli figuram: ſed quæ rectum angulum habet, ea ἐυγώνιον, per ευ diphthongũ, & ἐγγώνιον per duplex γγ, nuncupatur. An ἐγγώνιον neceſſe eſt accipere id, quod ad rectum angulum figuratur: quod accidit, vbi cubitus cum humero facit angulum rectum. In commento etiam textus x. Primi de Fracturis ait. Vbi totum brachium ad rectum angulum figuratur, ita vt humerus & cubitus rectum angulum oſtendant, hunc habitum Hippocrates ſolitus eſt appellare ἐγγώνιον. Et in commento textus xj. addit. Vnus habitus eſt, inter extremum flexum & extenſionem, quem Hippocrates ἐγγώνιον appellat: alter inter pronum & ſupinum, ſub quo ait, cubitum radio ſubijci. Igitur ſicut hunc iuſtum & rectum dicit, ſic etiam illum, qui ἐγγώνιος dicitur, ſub quo humerus cum cubito ad rectum angulum collocatur. In Mochlico, pag. 507. ver. 29. Cubitus vero ſi foras, vel intro exciderit, reductio quidem in figura ἐγγωνίῳ τοῦ πήχεος κοινῷ, id eſt, anguli recti communis cubito, ad brachium. Et pag. 511. ver. 3. Cubitum autem ἐγγώνιον rectum angulum ad brachium habentem. D E

Ἐυθυωρείδα. Rectitudinem.

ANNOTATIO.

Ἐυθυωρείδα. Nonnulla exemplaria habent ἐυθυωρίαν. quarum vocum neutram apud Hippocratem inuenio. Galenus tamen in primo de Ratione victus morborum acutorum, textu xxix. ait. Nos ſcire Hippocratem appellare ἴξιν magna ex parte ἐυθυωρίαν, id eſt, rectum tramitem: quandoq; vero etiam lationem. F

Ἐισάσθω, pro, Sedeat.

Ἐυθετισάμενος. Contrahens. vel ſcribendum καταστρώσας, proſternens.

Ἐθανατώθη. Mortuus eſt.

Ἐτιταίνετο. pro Extendit, vt Homerus, ἐτιταίνετο extendit curuos arcus.

ANNOTATIO.

Ἐτιταίνετο. Hanc vocem explicauit ſupra Erotianus diuerſo modo,

A quam hic exponat, quod profecto mirum videtur. Locus Homeri est in quinto Iliadis.

Ἐπεσοφίσαντο. Elaborauerunt.

Ἐκχάυνων. Decipiens, & eleuans.

Ἔναλθα. Sanabilia, & Ἄλθεξις, medela, & curatio.

Ἐπίσανται. Possunt, vt ait Homerus. Quicunq; ἐπίσαιτο posset suis præcordijs recta dicere.

ANNOTATIO.

Ἐπίσανται. Locus Homeri ab Erotiano adductus, est in octauo Odyssex. Libro de Carnibus, pag.43. ver.20. Muti ex nauitate differere οὐκ ἐπίσανται non possunt, sed vnam tantum vocem sonant. Vsurpatur etiam hęc vox pro cognoscere, pluries quidem in principio libri de Affe-
B ctionibus. Et primo de Dięta, pag.84. ver.31. At vero homines ex manifestis obscura considerare οὐκ ἐπίσανται non nouerunt. Et pag.89. ver.23. Quæ vero per visum aut auditum percipere oportet, quæ non prius ἐπίσανται sciunt, percipere non possunt.

Ἐπιεικῶς. Satis, & ἐπιεικῆ idoneum Attici dicunt.

ANNOTATIO.

Ἐπιεικῶς. Secundo de Dięta, pag.94. ver.9. de salsamentis. Pleraque etiā aluum ἐπιεικῶς leniter mouent. Libro de Affectionibus, pag.184. ver.9. de alui profluuio. Postea pituita (scilicet secedit) & ἐπιεικῶς probe quidem edit. Septimo de Morbis vulgaribus, pag.351. ver.41. de febribus. Sed rursus incalescebant, & ἐπιεικῶς leniter longe. Et pag.353. ver. 42. de Cydis filio. Spiritus ἐπιεικῶς leniter semper moderatus. Primo
C Prorrheticorum, commentario tertio, textu lxvij. pag.413. ver.9. Ex surditate ἐπιεικῶς leniter abscessus circa aures fiunt. In cuius commento Galenus ait. Quoniam aduerbium ἐπιεικῶς, id est, mansuete, in medio dictum est eorum, quæ multam, & eorum, quæ paucā habent spem in omnibus symptomatis: sic & hominem vocamus ἐπιεικῆ moderatum, & à quo nihil per vitā fit nimis. In Coacis prænotionibus, pag.426. ver.32. In phreniticis, in principijs affectiones ἐπιεικῶς mansuete ac frequenter transmutationem habentes, malæ sunt. Et pag.439. ver.3. At tristitiæ cum silentio, & hominum auersationes ἐπιεικῶς leniter eo modo affectos, occidunt. Tertio de Fracturis, textu xxxiiij. pag.468. ver.11. Habet enim & hic sermo aliquam ἐπιείκειαν verisimilitudinem. Quem locum exponens Galenus ait, Verisimile dixit ἐπιεικὲς quasi probabile. Primo de Articulis, textu xvj. pag.473. ver.32. Hæc repositio secundum naturam

ἐπιει-

ἐπιεικέως moderate est. Galenus in commento ait. Hunc modum secundum naturam esse affirmat, moderate: quod significauit verbo ἐπιεικέως: quemadmodum & homo moderatus ἐπιεικὴς græce dicitur: putarunt nonnulli verbum ἐπιεικῶς vsurpari pro maxime, & c. quare neque verbo ἐπιεικῶς maxime significatur. Et textu lv. pag. 476. ver. 32. Conducit enim omnes vstiones tegere, vt etiam ἐπιεικῶς leniter, seu conuenienter curentur. Et libro tertio, textu cij. pag. 492. ver. 40. Et tibia, & pes ἐπιεικέως moderate recta apparent. Quem locum exponens Galenus inquit: Hippocrates modice ἐπιεικέως dixit: quo verbo significari, neque perfecte, aut omnino vehementer, neq; ex toto, sed mediocriter, ex ipsius verbis colligitur. D

Ἐγκύρσαι. Occurrere.

Ἐπουλωθείη. Ad cicatricem perducta. E

ANNOTATIO.

Ἐπουλωθείη. Primo de Articulis, textu lvij. pag. 476. ver. 36. de brachij alligatione ad costas. Sic enim maxime ἐπουλωθείη cicatrix induci poterit.

Εἰλωρδή. In recto obliqua.

ANNOTATIO.

Εἰλωρδή. In aliquibus exemplaribus scribitur εἰλωσδή, Sed, vt arbitror, vtrobiq; mendose, neutra enim harum dictionum reperitur: sed ἰθυλόρδη. sic enim legimus in tertio de Articulis, textu xlij. pag. 485. ver. 41. Inde vero (scilicet à magno verticulo) vsque ad septi annexionem ἰθυλόρδη in directum repanda est (videlicet spina). Hanc nostram coniecturam confirmare videtur Erotianus ipse, qui εἰλωρδή exponit ἰθυσκολιά, seu εἰς ἰθὺ σκολιά. quouis enim modo scribatur, parū refert, quum vtraque vox, idem significet, nimirum in recto obliqua. de qua Hippocrates, textu xl. libri supracitati, pag. 485. ver. 38. mentionem facit. Ipsa autem spina, inquit, secundum longitudinem ἰθυσκόλιος rectobliqua est. In cuius commento Galenus inquit. Obliquam dixit σκολίαν, eam sic appellare solitus, quæ in latus inclinata est. nunc autem non in latus, sed in posteriorem & priorem partem significare vult. Quid autem significet λορδόν, infra dicetur, in annotatione dictionis λορδότατον. F

Ἐπιτροχώτερον. Agilius ad motum.

ANNOTATIO.

Ἐπιτροχώτερον. Primo de Articulis, textu lxix. pag. 478. ver. 24. Quū

igitur

A igitur fracta fuerit clauicula, os, quod ad humerum est, magis deorsum repit. huc enim ipsum vnà cum humero & brachio defluere ἐπιτροχώτερον agilius est inferius, quàm superius.

Ἐλυτρέοισιν. Dicuntur ἔλυτρα ea, quæ corpora continent, & sunt ceu velamenta.

ANNOTATIO.

Ἐλύτροισιν. Galenus in Exegesi habet, ἔλυτρα, velamina. In alijs locis ἔλλυτρα per duplex λλ. scribitur; per simplex λ. nusquam reperi. Tertio de Articulis, textu xxxiij. pag. 485. ver. 28. Ipsa autem medulla spinalis quibus ἐλλύτρωται intecta sit ἐλλύτροισι inuolucris, & vnde profectis, & vbi desinétibus, &c. In quo loco Galenus inquit. Tegmenta ac velamenta alicuius rei veteres appellant ἔλλυτρα. atque iccirco Hip-

B pocrates nunc medullæ spinæ tegmenta, ἔλλυτρα nuncupauit.

Ἐσμασάμενος. Inijciens.

ANNOTATIO.

Ἐσμασάμενος. Primo de Morbis muliebribus, pag. 252. ver. 35. de extrahendo fœtu mortuo. Si vero fieri non poterit, vt hoc facias, quicquid sanè foris fuerit, quantum potes penitissime resecato. & reliquum ἐσμασάμενος profunditate intus explorata, protrudito: & fœtum in caput vertito. Secundo de Articulis, textu xlv. pag. 482. uer. 44. de naso fracto. Et in nares ἐσματτευόμενον contractione facta, ea, quæ intro repunt, impigre dirigere. Sic uertit interpres Germanus. Vidus vero. In naribus itē alte inquirere. Et textu xxvj. pag. 481. ver. 2. inuenio ἐσμάττεσθαι. Frequenter autem, inquit, circa linguam ἐσμάττεσθαι alte inquirere oportet.

C In cuius expositione Galenus ait. Μάττεσθαι significat, inquirere: sed ἐσμάττεσθαι alte inquirere: sicut nunc, vbi alte inquirere ἐσμάττεσθαι dixit. Tertio de Articulis, textu xlvij. pag. 486. uer. 10. Nisi hominem feces, deinde ἐσμασάμενος manu alte indita in uentrem ab interiori parte, in exteriorem compellas. In quo loco Galenus inquit. Manum alte indere in ventrem causa conquirendi, quæ ibi sunt, dixit ἐσμάσασθαι. In Mochlico pag. 506. uer. 12. de naso fracto. Deinde sustentabis digitis, ἐσματτευόμενον alte contrectando, uel inquirēdo, & dirigendo. Caluus uertit, digitis coaptato.

Ἐπιστορέσαι. Sternere.

Ἐκπαλήσαντος. Cui forte aliquid contigit.

ANNOTATIO.

Ἐκπαλήσαντος. Tertio de Fracturis, textu ultimo, pag. 470. uer. 41.

de

de brachij in anteriorem partem luxatione. Sed quid repentina 'ἐκπαλήσις eluctatio non eiecerit? Et uer.42. Huic autem 'ἐκπαλήσει eluctationi magnum quoddam obstaculum est. Et uer.43. Attamen quidam sanè 'ἐξεκπάλησιν eluctantur. Signum autem ita 'ἐκπαλήσασιν eluctatis. nihil enim de cubito flectere possunt. Tertio de Articulis, textu xciij. pag.491.uer.49. de luxatione femoris. At quibus dum adhuc in ventre sunt, hic articulus fuerit luxatus, aut dum adhuc augescunt, ui elapsus, non fuerit repositus, aut etiam prę morbo hic articulus excesserit, ac 'ἐκπαλήσῃ luxatus fuerit. Sic uertit Germanus interpres. alij vim, aut expulsionem, aut colluctationem hanc uocem significare dicunt. D

'Εγχειμπτῶσι. Appropinquant.

ANNOTATIO.

'Εγχείμπτουσι. Galenus in expositione textus j.libri primi de Fracturis inquit. 'Εγχείμπτειν, quod est appropinquare, & attingere, vel oppangere nominat Hippocrates, quum partes ossium, quę cōformantur, ad propriam sedem agūtur, & se mutuo allidunt. Quidam interpretes, ossa 'ἐγκρύπτοιτο, conduntur unum sub altero, uertunt. De hac uoce plura dicemus infra in annotatione dictionis 'ἐγχρίπτειν. E

'Επικαρσίην. Obliquam.

"Εμπηροι. Πηρὸν Bacchius inquit claudum esse. Potest etiā intelligi hæc dictio de quouis, qui ad naturales operationes obeundas sit impeditus.

'Εσκεδασμένη. Sparsa.

'Ευφρόνας. Noctes.

"Ελεψας. Corticem detraxisti.

'Εμυλώθη. pro Occaluit. Μύλον enim medici nascentem in vulua scirrhum appellant. F

ANNOTATIO.

'Εμυλώθη. Galenus in Exegesi exponit, induruit. & 'ἐμυκώθη, conclusit, vt Dioscorides ait. Plurimi autem, adnascentias habuit humidas, ut & fungi. 'Εμυλώθη non reperio, sed 'ἐμυκώθη Primo de Morbis muliebribus, pag.244.uer.28. de pudendo puerperæ obturato. 'Εμυκώθη τὰ ἕλκεα conclusa vlcera.

'Ευλῶν. Vermium.

ANNOTATIO.

'Ευλῶν. Primo de Morbis muliebribus, pag.255.uer.23. de medicamētis

ad

A ad conceptum. Secundum mulieris,& 'ευλέων vermium carnium capita,& alumen Ægyptium cum adipe anſerino diluito,& in lana ad os vteri apponat. Et uer.29.ad idem. 'ευλὴν uermem carnium, qui caudam habet, accipito.

"Ελαιον ὑός. Suillus adeps.

ANNOTATIO.

'Ελαιον σνός. Primo de Morbis muliebribus pag.250.ver.18.& ἔλαιον σνὸς adipem ſeu pinguedinem ſuillam illinito,vel vt Caluus,ſuillum pingue. Legitur etiam frequenter anſeris ἔλαιον adeps ſeu pingue in Libris muliebribus:ſępius etiam phocæ ἔλαιον oleũ ſeu adeps, in eiſdem libris.

'Εκτόμκ. Diocles inquit ſic nigrum elleborum appellari.

ANNOTATIO.

B 'Εκτόμον. Galenus in Exegeſi, 'εκτόμον. Veratri nigri. Dioſcorides libro quarto,capite cxlv. Elleborum album,inquit,ſunt qui ἄτομον appellent,niſi ſit mendum:nam interpres uertit,ectomon. Et capite cxlvj. inquit,Elleborum nigrum,ſunt qui ἔκσομον appellent, quod interpres uertit,ectomon. quam uocem Hermolaus Barbarus, & Marcellus Vergilius,frequenter fuiſſe in uſu Hippocrati teſtantur. Primo de Morbis muliebribus,pag.258.uer.45. Τοῦ 'εκτόμου Veratri nigri radices tenues tritas,quantum tribus digitis apprehendere potes,&c. præbe.

'Εκθέωσιν. Excurrunt.

'Εγχείπ7ειν. Inſilire.

ANNOTATIO.

'Εγχείπ7ειν. Secundo de Articulis, textu xxxiiij. pag.485. uer.36. Facilius enim ſic ad naturam redibunt, quàm ſi quis oſſa inter ſe 'εγχείπ7ων complicans cogere conetur. Et libro tertio, textu cxij. pag.494. uer.15.

C Præterea quibus ſic procidit,magis adhuc calci προσεγχείπ7ουσιν inhęrent,quàm priori parti pedis. In cuius commento Galenus ait.Inhęrere dixit 'εγχείπ7ειν. quod vocabulum mutuari ſolet ad ea ſignificanda,quorum alterum alteri inhęret.iuxta quam ſignificationem eo utitur,quum in fracturis componendis imperat, ut fracta oſſa prius intenta inter ſe diducantur. Sic enim ait facilius componi, quàm ſi 'εγχείπ7οντα, id eſt, quum alterum alteri iuhęret,propellantur. Plura hac de re habes in annotatione dictionis 'Εγχείμπ7ουσι.

'Εκθύει. Erumpit.

ANNOTATIO.

'Εκθύει. Libro de Vſu humidorum,pag.113.uer.38.de papulis rubicundis. Quales alia atque alia parte ſublatæ 'εκθύει erumpunt. Et uer.43.

Nam si hæc posterius fecerit, nequaquam amplius ἐκθύει erumpunt. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione secunda, pag.313.uer.18. Quædam lactans ἐκθύματα pustulas per corpus vbiq; habebat. Et libro tertio, commentario tertio, textu ιj.pag.323.uer.6. Ἐκθύματα papulæ magnę. Quem locum Galenus exponens ait. Perspicuum est, ex uerbo ἐκθύειν, quod est, erumpere, ἐκθύματα papulas nominari: quod nomen in ijs, quæ sua sponte in cute erumpunt, dicitur. Et libro sexto, commentario primo, textu xix pag.343.uer.40. Soluerit autem & ulcusculorum ad inferiora ἔκθυσις eruptio, si non profunda & rotunda fuerint. In cuius expositione Galenus ait. A uerbo ἐκθύειν, quod est, erumpere, uocem ἔκθυσιν, hoc est, eruptionem, media producta syllaba declinauit, ac si exitum cum impetu dixisset. D

Ἐπηλυγάζονται τὰ ἐπιμήνια, id est, Menstrua sunt impedita. ἡ λύγη enim apud Atticos vmbra dicitur. Et Thucydides in sexto ait, cōmuni metu suas res ἐπηλυγάζονται, id est, tegūt. E

ANNOTATIO.

Ἐπιλυγάζονται τὰ ἐπιμήνια. Reperio ἐπιλυγίζονται non ἐπιλυγάζονται. Secundo de Morbis muliebribus, pag.279.uer.10. Si uteri uelut in callum indurati fuerint, τά τε ἐπιμήνια ἐπιλυγίζονται, id est, & menstrua sunt impedita. Et pag.281.uer.40.de inflammatione uteri. Et pag.282.uer.ij. In quibus locis Germanus interpres uertit, menstrua obtorquentur. Cęterum locus, quem ex Thucidide adducit, est in concione Athenagoræ Syracusani, in ipso nimirum exordio.

Ἐσαφάσῃ τῷ δακτύλῳ. hoc est, Tangens. Dicta est autem hæc dictio παρὰ τὸ ἐσαφᾶσθαι, quod est contrectare.

ANNOTATIO. F

Ἐσαφάσῃ τῷ δακτύλῳ. Et si ἐσαφάσῃ τῷ δακτύλῳ contigeris digito. Libro de Natura muliebri, pag.225. uer.3. de contorto utero. Et pag.223. uer.45. de indurato utero. Quum sic habuerit, ἐσαφάσῃς τῷ δακτύλῳ, contigeris digito. quæ uerba repetit pag.224. uer.18. Et pag.225.uer.22.& 31. Et pag.227.uer.13. Reperitur etiam hęc uox cum accusatiuo, & tunc significat immittere. cum dactiuo uero, tangere. Libro eodem, pag.216.uer.12.de uteri ore collapso. Et si ἐσαφάσῃ τὸν δάκτυλον digitum admoueris. Et pag.223.uer.40.de indurato utero. Si uero etiam ἐσαφάσῃς τὸν δάκτυλον immiseris digitum. quæ uerba etiam habentur pag.224. uer.31. Vbi uero recens fota, aut lota fuerit τὸν δάκτυλον ἐσαφάσουσα digito immisso os uteri corrigat ac dirigat. Legimus etiā ἐσαφάσῃ sine casus adiunctione. In eodem libro, pag.216. uer.10. de inflammatione

A flammatione uteri. Si uero ἐσαφάσσηται contigerit, plenitudo illa uacua fit. Et pag.224.ver.45.Et si ἐσαφάσσῃς attigeris, ita habere deprehendes. Inuenis etiam hanc vocem sine compositione, libro eodẽ, pag.215.ver.15. de ore vterorũ complicato. Et si ἀφάσσῃ τῷ δακτύλῳ contingat digito. Primo de Morbis mulieribus, pag.247.ver.46. Cognoscere vero poteris, quòd hydrops est, ex ἀφάσσων τῷ δακτύλῳ digiti contactu.

Ἐκπατίως. Extra modum, & viam ignorantes. Nonnulli scribunt ἐκπάγλως, & ἐκπλαγίως, hoc est, supra modum, seu mirum in modum.

ANNOTATIO.

Ἐκπατίως. Hanc vocem non inuenio apud Hippocratem, sed ἐκπάγλως. Primo de Morbis muliebribus, pag.233. ver.24. de suppressis mensibus.
B Et onus quoddam incumbere videtur, & lumbos, & laterum mollitudinem ἐκπάγλως mirum in modum dolet. In Epistola secunda ad Philopœmenem, pag.527.ver.20. de somnio Hippocratis solliciti de Democrito. Somnium mihi oblatum habui, ex quo puto nihil valde periculosi fore, ἐκπάγλως mirabiliter enim expergefactus sum.

Ἐχῖνον καινὸν. Ollam nouam. est enim ἐχῖνος ollæ species magnum os habentis, atq; amplæ. Meminit huius vocis & Eupolis, & Menander in Ἐπιτρέπουσι, & Philemon in Myrmidonibus.

ANNOTATIO.

Ἐχῖνον καινόν. Libro de Natura muliebri, pag.230.ver.3. Hæc in ἐχῖνον καινὸν (quæ vox in Aldino codice deest) vas nouum fundito, & vinum affundito.
C Τοῦ δὲ ἐχίνου vasis autem operculum perforato, & imposita arundine foueto. Pro qua voce perperam in impressis codicibus legitur ἐσχίνου. Secũdo de Morbis muliebrib⁹, pag.282.ver.32. Et pag.289.ver.28. Hæc immittito in ἐχῖνον καινόν ollam nouã, & vinum super infundito. Et pag.289.ver.9. Et olei rosacei heminam dimidiam in ἐχῖνον ollam mittere, cuius operculum foramen habeat.

Ἐναγίζειν. Mortuis, vel subterraneis sacrificare.

Ἐρυμάτων. Firmamentorum. vel Munimentorum.

ANNOTATIO.

Ἐρυμάτων. In Epistola ad Senatum Populumq; Abderitarum, pag. 525.uer.12. Et beati profecto sunt populi, qui sciunt bonos viros sua esse ἐρύματα munimenta. Vide ea, quæ scripsimus in annotatione dictionis Ἔργματα.

Εἶργεν. Prohibuit. D

Ἐξίτηλος. Imbecillus.

ANNOTATIO.

Ἐξίτηλος. Libro de Alimento, pag. 110. ver. 17. Assimilat autem pro viribus, quum id quod super ingeritur superatur, id vero quod prius inest superat. γίνεται δὲ καὶ ἐξίτηλος, exile autem fit, aliquando quidem prius, &c. sic uertit Germanus interpres. Quæ interpretatio parum respondet Erotiani expositioni.

Principium Z.

Ζώνη. Locus, quo cingimur. Nonnulli vero lumbum esse putauerunt. E

Principium H.

Ἥπατος ζύμωσις. Oedematosus tumor.

ANNOTATIO.

Ἥπατος ζύμωσις. Quarto de Morbis vulgaribus, pag. 328. ver. 47. de Meandri cœci vxore. Ἥπατος ζύμωσις Hepatis œdematosus tumor, & deorsum secessus modicus. Germanus interpres vertit, hepatis feruor. Caluus, fermentatio. ζύμωμα enim fermentum dicitur.

Ἠπιαλώδεες πυρετοί. Febres, quæ cum horrore ac rigore sunt.

ANNOTATIO. F

Ἠπιαλώδεες πυρετοί. Quarto de Morbis vulgaribus, pag. 330. ver. 9. de constitutione austrina. Et febres tertianæ naturam referentes, & ἠπιαλώδεες lenes. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, Febres tertianis similes, sed leniores, peruagabantur.

Ἤρησεν. Opem tulit.

Ἡδύσμασι. Viridibus ac siccis cōdimentis. Attica autem vox est, vt Aristophanes in Equitibus, & Eupolis in Furtis, & Menander in Dardano. Hinc & στέαρ ἡδὺ, adeps suauis, dicit in secundo de Morbis muliebribus, τὸ ἠρτυμένον, hoc est, conditum.

Annotatio

A ANNOTATIO.

Ἡδύσμασι. Secundo de Morbis muliebribus, pag.287.ver.25. Si ven to inflati fuerint vteri, ἡδύσματα aromata omnia in vnguentum immi tantur. Reperitur etiam dictio ἡδὺ, Libro eodem, pag.288.ver.22. Aut στέαρ adipem ouillum ἡδὺ conditum aromatis, lana excepta apponat.

Ἡμίτομος. Vinculi nomen.

ANNOTATIO.

Ἡμίτομος. Secundo de Officina medici, textu II.pag.503. ver.13. de vinculorum speciebus. Species autẽ simplex, orbicularis, ascia, sima, oculus, rhombus, & ἡμίτομον dimidiatus. Germanus interpres vertit, semisectus. In cuius expositione Galenus ait, Hippocratem positis tribus simplicium vinculorum formis, nempe orbiculari, ascia, sima, deinceps B trium compositorũ meminisse, oculi, rhombi, & dimidiati: dimidiatum, semirhombum etiam appellant.

Ἥρμοσαι. Firmatum est, cõfirmatum est. Ducta est autem metaphora ἀπὸ τῶν ἑρμασμάτων, hoc est, à substentaculis, quæ nauis malum sustinent, non ad onerãdum, sed ad firmandum tantũ. ἕρμα igitur, & ἕρμασμα, & ἕρμασις idẽ significãt.

ANNOTATIO.

Ἥρμοσαι. Galenus in Exegesi habet ἡρμᾶσθαι, quod exponit esse firmatum, & innixum, vel aptatum. Et in plerisque locis Hippocratis legimus ἡρμόσθαι. Quarto de Articulis, textu xix. pag.495.ver.38. Oportet autem ἡρμόσθαι fulcire crus, & pedem, eo modo quo ipse velit. In cuius commento Galenus ait. Fulcire crus & pedem ἡρμόσθαι dixit, hoc est, sta C biliter collocare: quo spectare imperat, vt membrum figuremus, quemadmodum maxime cubantem iuuat. Et in commento textus xx. addit. Eius, quod nunc ait, nẽue moueãtur, vim ante posuit, quum fulcire pręcipit, quod significauit verbo ἡρμόσθαι: neq; enim aliud est fulcire membrum, quàm ab omni parte stabiliter collocare, sic, vt nullo pacto moueri possit. Secundo de Officina medici, textu vj.pag.503.ver.17. In his autem maxima deligationis vis est: compressio quidem, vt incumbẽtia non abscedant, neque penitus innitantur, sed ἡρμόσθαι firmata sint quidem, non autem coacta. Et libro tertio, textu xxvj.pag.504.ver.35. Deligare vero maxime oportet, primũ vt is, qui deligatur, dicat maxime se compressum esse circa lesam partem, minime circa extremas. ἡρμόσθαι δὲ firmatum autem se esse, non compressum, copia linteorũ, non robore. Quem locum Galenus exponens inquit. Fulcimenta constat à Græcis appellari

non solum ἐρμάσματα, sed ἐρείσματα, vel ex eo, quod Poëta ait in eo carmine. ὑπὸ δ' ἤρεον ἔρματα νηῶν, hoc est. Fulcimina puppibus abstrahunt. ad cuius similitudinem fulcire dictum est ab Hippocrate ἡρμόσθαι, quod insidere significat, & inhærere. Et in commento textus xxxvij. addit. Suturas proprie ἁρμονίας, vocabulo deducto ἀπὸ τοῦ ἡρμόσθαι, id est, à cõmitti, appellari; quòd ijs caluariæ ossa adunguem inter se ἥρμοσαι committuntur. D

Ἠγκίστρωται. Hami instar coaluit: vel implicite adhæsit.

ANNOTATIO.

Ἠγκίστρωται. Galenus in Exegesi exponit, est implicitus. Male vero in quibusdam eius codicibus legitur ἠγκίστραιται.

Ἠγκυροβόλησε. Occurrit. metaphora autem ducta est à nauibus, quæ ad portum applicant. E

ANNOTATIO.

Ἠγκυροβόλησε. Galenus in Exegesi ἠγκυροβόληται intus adhęsit, ut in anchora fieri solet. Libro de Ossium natura pag. 63. uer. 2. de venis. Altera uero præmens spinam, in renem, ac vesicam, & pudendum ἠγκυροβόληται uelut anchoris iactis inseritur.

Ἡμιμοίριον. Dimidium drachmæ.

Ἠρύγγη. Πόλιον. Herbarum nomina.

Ἠνάγκαζεν. Cogebat.

ANNOTATIO.

Ἠνάγκαζεν. Libro de Septimestri partu, pag. 44. ver. 29. Et fortissimi ac plenissimi fœtus, violantes, ac dirumpentes pelliculas, partum fieri ἠνάγκασε cogunt: & plurimi ex his pereunt. F

Ἠδελφισμένα. Similia.

ANNOTATIO.

Ἠδελφισμένα. Primo de Morbis muliebribus, pag. 233. uer. 30. de mensium suppressione. Et venter prominet; & desiderijs ἠδελφισμένῳ similibus afficitur, velut in ventre habeat. Et libro secũdo, pag. 288. ver. 36. Aut cumini folia ἠδελφισμένα similiter in vino trita. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, vel cumini folia vino cocta. Primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xij. pag. 307. ver. 20. Multa vero etiam alia signa his sunt ἠδελφισμένα cognata. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu xxxiij. pag. 372. ver. 9. Et textu xxxix.

pag.

A pag.eadem.ver.33.eadem ferè verba repetit. Et textu xl. pag. eadé. uer.34. Hoc tamen melius testimonium est, non enim ἠδελφισμένον cognatum est rei illi, de qua plurimus à me sermo habitus est. Galenus in commento textus xxxiij. supracitati, inquit. Quæ similia congruentiaq; existūt, atq;, vt quispiam dixerit, genere iuncta, cognataq; consueuit vocare Hippocrates ἠδελφισμένα, id est, germana; quòd eorum, quæ genere iunguntur, & familiarissimi, & genere omnium iunctissimi sunt ἀδελφοί, id est, germani, seu fratres. Tertio de Fracturis, textu xxxv. pag. 468. ver. ij. Multis enim modis, alij alijs ἠδελφισαι cognati sunt. In quo loco Galenus ait. Quod solemus dicere nos, similia inter se sunt, & communicant, & cognationem habent, id dicere Hippocrates ἠδελφισαι consueuit: maximam rerum similitudinem, & cognationé nomine hoc præseferens. nam quum multa cognata inter se sint, nihil familiarius ac cognatius, quàm fratres videntur. quasi igitur maxima conuenientia, &
B similitudo eandem vim cū fraternitate habeat, eam verbo hoc ἠδελφισαι appellat. Tertio de Articulis, textu c. pag. 492. ver. 32. Multa vero etiam alia circa corpus, huiusmodi ἀδελφίξιας fraternitates ac cognationes habent. Et ver. 35. Verum de his alibi nobis sermo erit ἠδελφισμένος cognatus his, quæ nunc dicuntur. Quæ verba Galenus exponens, inquit, Antea quoque diximus consueuisse Hippocratem eas partes nominare germanas, quæ inter se consortium, & cognationem habent.

Ἡρακλεῖης νόσου. **Epilepsiæ, ob fortitudinem morbi, & difficultatem expugnandi, vt testatur Aristoteles in Comicis. Nonnulli** μανίαν **appellatam esse dicunt, quum hoc ex antiquioribus solus Heros correptus fuerit.**

ANNOTATIO.

C Ἡρακλεῖης νόσου. Primo de Morbis muliebribus, pag. 235. ver. 8. de repentina vteri suffocatione. Et similes sunt ijs, qui ab ἡρακλεῖης νόσου herculeo morbo detinentur. Galenus in sexto de Morbis vulgaribus, commentario sexto, textum vij. exponens, ait. Quidam vero, morbum comitialem, herculeum appellauerunt, non quòd Hercules ipsum pateretur, sed uidentur ij, sicut alij, qui quàm sęuus esset, nominibus explicarunt, ita hoc etiam nomen herculei, vt eius magnitudinem significarent, effinxisse. Aretæus secundo de Signis & Causis Diuturnorum morborum, capite xiij. inquit. Herculeum morbum vocari elephantiasim, quoniam eo nullus maior est, neque violentior.

Ἡμιεκτέα, **id est, Sextarij dimidium.** Ἑκτεὺς **autem dicitur Attica mensura, sex chœnicos cōtinens, vt inquit Menander**

in Bæotia, Non eſt ἐκτεὺς hoc per Æſculapium. & Ariſtophanes, Ἑκτεὺς autem eſt ſex chœnicum menſura. D

Principium Θ.

Θορύξαι. Vinum bibere: quoniam vini potatio ab ipſo θώρηξις appellatur. atq; vſque in hodiernum diem eos, qui non admodum vino implentur, ἀκροθώρηκας appellamus.

ANNOTATIO.

Θορύξαι. Galenus in Exegeſi habet Θώρηξις, quæ vinolentia aut ebrietas exponitur. Sicq; paſſim ſcribitur: & Erotianus ipſe dictionẽ θώρηξις per ω, non per ο. ſcripſit. Phauorinus tamen vtroq; modo ſcribi poſſe aſſerit. nihilq; referre arbitratur, ſiue θόρυξις per ο. et υ. ſiue θώρηξις per ω. & η, ſcribatur. Secũdo de Natura humana, textu iij. pag. 23. ver. 6. Et tam θωρηκοσομένων vinolentos, quàm aquæ potores (ſcilicet morbus contingit.) Secundo de Morbis, pag. 144. ver. 3. de morbis, qui à capite fiunt. Aut θωρήξεται inebriatus fuerit: aut in Sole laborauerit. Et pag. 145. ver. 10. Si quis ex θωρήξιος ebrietate voce priuetur. Et pag. 152. ver. 18. de tabidis. Θωρηξίων Ab ebrietatibus, & re venerea abſtineat. Et ver. 32. de tabe dorſali. Per annum θωρηξίων ab ebrietate, & venere, & laboribus abſtineat. Quam ſententiam repetit, pag. 153. ver. 3. de arteria vulnerata. Secundo de Morbis vulgaribus, ſectione quinta, pag. 317. ver. 35. de hydropico tuſſiente. Sin minus, θωρῆξαι inebriato, & cibis ipſum impleto. Secundo Aphoriſmorum, textu xxj. pag. 391. ver. 23. Famen θώρηξις vini potatio ſoluit. In cuius commento Galenus inquit. Vini potionem θόρηξιν nominare conſueuit. in libro ſiquidem de Natura hominis, & de Victus ratione, in hunc modũ ſcripſit. quæ verba nos ſupra adduximus. Quare, inquit eo in loco Galenus, θώρηξις vini potus ab ipſo dicitur, quem dicit famen ſoluere. Et libro ſeptimo, textu xlviij. pag. 400. ver. 9. Vrinæ ſtillicidium, & vrinæ difficultatem θώρηξις vini potus, & venæ ſectio ſoluit. Quem locum Galenus exponens, inquit, θώρηξιν eſſe, vel ſimpliciter vini potionem, vel meracioris. E F

Θαμινά. Denſæ, ſeu Frequenter. Vtitur hac voce in libro de Hæmorrhoidibus.

ANNOTATIO.

Θαμινά. Quem affert locum ex libello de Hæmorrhoidibus, non inuenio. Libro de Locis in homine, pag. 71. ver. 28. de morbo incognito.

Si

A Si non profuerit gracilem facere, tumidum facere conducit; & θαμινὰ frequenter permutare. Qua voce pluries in hoc ipso libro etiam vtitur. Secũdo de Morbis muliebribus, pag. 276. ver. 24. Et vero θαμινὰ frequenter condormiat. Et ver. 40. Si vero propinquissimi fuerint vteri, θαμινὰ frequenter vomat. Et ver. 42. Et vrina θαμινὰ frequẽter ac paulatim destillat. Et pag. 274. ver. 25. & 49. In Coacis prænotionib⁹, pag. 429. ver. 14. Soporosa anxiosa dolorosa hypochondria, θαμινὰ frequenter parum spuentia. Libro de Vulneribus capitis, pag. 451. ver. 28. de applicatione terebelli. Et exempto θαμινὰ sæpe terebello speculari: tum aliàs, tum per admotũ specillum. Libro de Fistulis, pag. 518. ver. 32. Et θαμινὰ frequenter ad exonerandum aluum desideat. In Epistola secunda ad Damagetum, pag. 529. ver. 18. de Democrito. Caput autem θαμινὰ frequenter concutiebat.

B Θερμωλή. Febris. Nõne quiuis calor ab eo θερμωλή dicitur?

ANNOTATIO.

Θερμωλή. Libro de Locis in homine, pag. 71. ver. 16. de capitis fracturis. Quum à θερμωλῆς caliditate detento, vlcuscula eruperint debili existenti circuncirca liuida, moritur.

Θαλάμαι. Cubilia.

ANNOTATIO.

Θαλάμαι. Libro de Arte, pag. 3. ver. 34. de articulis. Et horum nullum est, quod nõ subspumosum sit, & circa se θαλάμας forulos habeat, quos sanies prodit. sic vertit Germanus interpres. Caluus, circaq; sese cellas & foramina non habeat.

C Θράσσει. Bacchius inquit, Mouet, pungit. Heraclides Tarantinus, irritat, quod est, perturbat: vt etiam Sophocles ait in Helenæ repetitione. Mulierem autem recipientes, quæ θράσσει, id est, turbat genã, ὡς τοῦ μὲν ἑῶλον γραφίοις ἐνημένοις.

ANNOTATIO.

Θρασσει. Litera Erotiani tota deprauata est. Galenus in Exegesi habet θράσσεται pungitur, & stimulis agitur.

Θριάσειν. Furere, vt est etiam apud Aristophanem Grammaticum. θριάσειν autem interpretatur animo alienari.

Θυημάτων. Aromatum.

ANNOTATIO.

Θυημάτων. Galenus ĩ Exegesi habet θύη, suffitus, & odores. & θύματα, suffimenta.

suffimenta. Suspicari non sine causa quis posset pro θυκμάτων legendum esse θυμικμάτων, vel θυμιαμάτων. Reperio enim apud Hippocratem, libro de Superfœtatione, pag.51.ver.20. Faciendum est, vt os stomachi hiet, & viam præbeat appositio medicamento, idque pharmacis θυμικμάτων suffitui aptis, ac mollientibus perficies. Et ver.33. Stomachus vteri à θυμικμάτων suffimentis quidem, vbi conclusus fuerit, hians redditur. Primo de Morbis muliebribus, pag.236.ver.47. Fomentum tamen semper purgationibus præmittendum est, prius id, quod ex fœniculo paratur, deinde quod ex θυμιαμάτων suffimentis. Et pag.237. ver.3. Quum autem ad virum itura est, ὑποθυμιήσθω τὶ τῶν ὑποθυμιαμάτων suffimentum quoddam suffiat ex adstringentibus. D

Θήνων. Ruens, vt inquit Homerus. θῆνε, hoc est, currebat enim per campum, abundanti fluuio similis.

Θεωρὲς. Dicuntur θεωροὶ, qui oraculorum consulendorum causa ad Deos mittuntur. E

Principium I.

Ἰητρείην. Medelam.

ANNOTATIO.

Ἰητρείην. Secundo de Morbis muliebribus, pag.273.ver.7. de vtero collapso. Rursum ad veterem ἰητρείην medicinam redito. Secundo de Fracturis, textu lxv.pag.463.ver.30. Reliqua vero ἰητρείη curatio eadem est. Et ver.31. Quod (os) in priori tibiæ parte extat, molestiam maiorem in ἰητρείῃ curando exhibet. Et libro tertio, textu viij. pag.465.ver.30. Eandem ἰητρείην curationem adhibere. Et textu x.ver.49. Et quæcunque caruncula in vulnere denigratæ sunt, & mortificatæ, citius abrumpuntur & excidunt in hac ἰητρείῃ curatione, quàm in alijs. Primo de Articulis, textu lxxij.pag.478.ver.42. Quum autem ad pristinam naturam resederit, reliqua ἰητρείη curatio velox erit. Et libro quarto, textu vj. pag.495. ver.6. Aduertendum autem in horum ἰητρείῃ curatione est. Et textu xxxj. pag.496.ver.28. Ἰητρείη curatio vero iam relata est, quæ mihi accommodatissima esse videtur. F

Ἴσχειν. Concipere.

ANNOTATIO.

Ἴσχειν. Libro de Natura muliebri, pag.217.ver.30. Si acetabula pituita plena fuerint, menses quidē bene succedunt, & in ventre ἴσχει habet.

corrumpit

A corrumpit autẽ fœtum, vbi fortior factus fuerit. Non enim poteſt ἴσχειν retinere, ſed abrumpitur. ſic vertit Germanus interpres. Primo de Morbis muliebribus, pag.247.ver.13. Si vero acetabula pituita plena fuerint, menſes fiunt pauciores: & ſi in ventre ἴσχει habuerit, corrumpit. Libro ſecũdo de Morbis vulgaribus, ſectione ſecunda, pag.313. ver.22. Quędam coxam dolebat priuſquam ἴσχειν conciperet, poſtquam autem ἔσχεν concepit, non amplius dolebat.

Ἰδίειν. Sudare.

Ἰπνοῦ. Camini. nonnulli vero furni: etenim furnus ἰπνὸς dicitur, vt Ariſtophanes in Auibus. Intus apud caminum in poſtrema parte.

Ἱμείρομαι. Deſydero, vel appeto. Ἵμερος enim deſyderium, vel appetentia, ſicut Homerus. Vt nunc te amo, & me dulce
B ἵμερος deſyderium tenet.

ANNOTATIO.

Ἱμείρομαι. Primo de Morbis muliebribus, pag.233.ver.30. de ſuppreſſis menſibus. Grauitas fit in ventre: & venter prominet: & ἱμείρεται ἠδελφισμένως diſyderijs ſimilibus afficitur, velut in ventre habeat.

Locus Homeri ab Erotiano adductus, eſt Iliadis tertio, in fine. Eſt & alter locus in decimoquarto Iliadis.

Εἴπως ἱμείραιτο παραδραθέειν φιλότητι
ᾗ χροιῇ.
Si quomodo deſyderaret propè dormire amicitiæ
ſua ſpecie.

Ἰκέλη. Similis.

C

ANNOTATIO.

Ἰκέλη. Primo de Morbis muliebribus, pag.244.ver.25. de vulua in partu vlcerata. Ἴκελον ſimile quid fit vlceri ſuperficiario ac feruenti. Et libro ſecundo, pag.272.ver.44. de vtero collapſo. Oportet autem & plumbum ἴκελον ſimile figura craſſiſſimæ tedæ formatum intrudere. Tertio de Morbis vulgaribus, textu xxiiij. pag.322.ver.19. Erat autem & fluxio collecta, non puri ἴκελον ſimilis.

Ἰκμαλέα. Humida & Ἰκμαλῶ, idoneum humorẽ habẽtia.

ANNOTATIO.

Ἰκμαλέα. Libro de Genitura, pag.28.ver.34. Nam & vteri ſimul ἰκμαλέαι humidi fiunt in cõmixtione. Primo de Morbis muliebribus, pag. 232.ver.15. Neque enim vteri ἰκμαλέαι humidi in ſe ipſis ſunt. Et ver.18.

Si

Si enim ἰκμαλέαι humidi fuerint vteri à coitu, non facile distorquẽtur. D
Et pag.234.ver.47. Hepar autem ἰκμαλέον humidum est.

Ἰχθύην. Ramentum, vel scobem.

ANNOTATIO.

Ἰχθύην. Galenus in Exegesi dicit significare, marinę squatinæ pellem; & posse etiam sumi pro vngue ferreo, quo vtimur ad infantem immaturum, dum adhuc in vtero est, extrahendum: quod ad squamarum piscis similitudiné sic vocatur. Libro de Extractione Fœtus, pag.53.ver.8. Atq; vbi os brachij denudaueris, ἰχθύην squatinæ pellem, circum duos manus digitos obligato, ne caro lubricitate sua elabatur.

Ἱππάκη. Equinus caseus.

ANNOTATIO. E

Ἱππάκη. Libro de Aëre, aquis, & locis, pag.78.ver. 24. de Scythis nomadibus. Comedunt etiam ἱππάκην equinũ caseum. Quarto de Morbis, pag.174.ver.4. de his quæ fiunt ex lacte. Vbi vero concretum ac siccatum fuerit, ἱππάκην ipsum vocant.

Ἶνες. Nonnulli neruos, nonnulli vero hos componentes fibras.

ANNOTATIO.

Ἶνες. Libro de Carnibus, pag.41.ver.23. de generatione hepatis. Si vero quis ipsum (sanguinem) conquasset, & ἶνας fibras eximat, non congelatur. αἱ γὰρ ἶνες fibræ enim frigidæ sunt, & glutinosæ. Et ver.25. de lienis formatione. Sunt autem id ἶνες fibræ in splene existentes: & propter has ἶνας fibras mollis est splenis, & ἰνώδης fibrosus. Secundo de F
Morbis, pag.151.ver.7. de suppurato ex peripneumonia. Si pus album, & purum fuerit; & ἶνες fibræ sanguinis insint, plerunque sanus fit. Erotianus hanc vocem explicans, dicit significare κτηδόνας. hoc est, fibras. pro qua perperam in aliquibus exemplaribus scribitur κατηδόνας. pro vtraque autem reponere κοτυληδόνας simul falsum est, ac temerarium. nam in libello de Corde, pag.55.ver.46. inquit Hippocrates, Sũt enim & aliæ quædam in ventriculis pelliculæ, velut araneorum telæ extentæ, quę vndiquaq; oscula cingunt, κτηδόνας fibras, vel filaméta in solidum cor inserunt. Germanus interpres vertit, strias, ac segmenta. Caluus vero, solidam cordis partem petentes ac permeantes.

Ἰνηθμός. Ventris purgatio.

Annotatio

A ANNOTATIO.

Ἰνηθμός. Galenus in Exegesi habet ἰνᾶν, inanit. ἰνηθμός, inanitio. & ἰνᾶται, inanitur. Libro de Locis in homine, pag.69.ver.8. de curatione pleuritidis. ἢν δὲ ἰνηθμός. Si vero euacuatio oboriatur. pro qua voce codex Vaticanus habet νυγμός, hoc est, punctura. Caluus vertit, singultus. vnde suspicamur eum legisse λυγμός. quæ lectio nõ est vsquequaq; contemnenda, quia singultus inter perniciosæ pleuritidis signa, ab Hippocrate, tertio de Morbis, pag.162.ver.47.connumeratur. Et pag.71.ver.15.de fracturis capitis. Et qui ab ἰνηθμοῦ euacuatione detinetur, & debilis est. Et ver.20. Medicamentum autem neque ἰνηθμῶν euacuatiuum, neq; vomitorium sumat. Et ver.23. Vomitus enim ἰνηθμόν euacuationem sedat. Et pag.72.ver.20. Vbi enim pituita in ventrem ingressa fuerit, ἰνηθμός euacuatio contingit.

B Ἰνήσιον. Medicamentum purgans; & ἴνησις purgatio.

Ἰθαγενές. Indigenum.

ANNOTATIO.

Ἰθαγενές. Galenus in Exegesi exponit ingenuum, vt est apud sapientem. Sed me æque atque ἰθαγενέσιν ἐτίμα, ingenuos honore afficiebat. Aduertendum tamen est, γνήσιον, qua voce Galenus exponit ἰθαγενές, significare non solum ingenuum, verum etiam legitimum, indigenam, germanum, & verum. Primo de Morbis muliebribus, pag.252.ver.40. de mola. Neque conceptus ἰθαγενὴς rectus fit: & venter plenus est, velut prægnantis.

Ἰσάτις. Herbæ nomen.

ANNOTATIO.

C Ἰσάτις. Quarto de Morbis vulgaribus, pag.333.ver.33. Quum secessus aquosi subdio expositi essent, superne leues, tenues, ἠσατώδεες isatidi valde similes fuerunt. vt vides, dictio scribitur per η. Apud Dioscoridem vero, & Erotianum per ι. Est autem ἰσάτις herba, quæ nobis glastum seu guadum nominatur.

Ἰσοκνήμη δι᾽ ἴδρυος. Per syluam æqualem & planam.

Ἵδρυτο. Insidebat, Epicles vero, cõstitutus erat firmissime. Dicitur autem magis proprie, insedit. vt etiam Homerus inquit, Primus Nestorides Pisistratus cominus accedens, amborum cœpit manus, ἵδρυσε sedere iussit ad conuiuium.

ANNOTATIO.

Ἵδρυτο. Primo Prorrheticorum, commentario secundo, textu xxxvj. pag.

pag.410.ver.21. Dolor in pectus ἰδρηνθεῖσα firmatus, cũ torpore malus. D
In cuius commento Galenus ait, Dolor pectori ἰδρευθεὶς firmatus, vt ægre auferatur, thoracis indicat phlegmonem. Locus Homeri ab Erotiano adductus, est in tertio Odysseæ, in principio.

Ἰξύϊ. Lumbo.

ANNOTATIO.

Ἰξύϊ. Galenus in Exegesi habet, ἰξύας, pars inter coxarum vertebras & lumbum interposita. Libro de Natura muliebri, pag.215.ver.15. de ore uteri complicato. Et dolor imum uentrem tenet, ac ἰξύας lumbos. Et uer.38. Et rigor ac dolor imum uentrem, ac ἰξύας lumbos tenet. Et pag. 216. uer.6. Et dolor imum uentrem, ac ἰξύας lumbos habet. Et uer.22 Dolor ex imo uentre ascendit ad ἰξύας lumbos. Primo de Morbis muliebribus, pag.233.uer.24. Et ἰξύας lumbos & laterum mollitudinem mirum in modum dolet. Et pag.241.uer.47. Si uero ἰξύας lumbos doleat. E
Et libro secundo pag.265.uer.7. Et dolor occupat ἰξύας lũbos. Et uer.24. Et ἰξύας lumbos & tendinem &c. irruit. Secundo de Fracturis, textu lxx. pag.464.uer.14. Pauca insuper lintea, circa coxam, & ἰξύας ilia circundare oportet. In cuius commento Galenus ait. Ilia dixit ἰξύας: quæ nonnulli accipiunt pro ilium ossibus, nonnulli pro parte, quæ super ipsa est, quæ λαπάρα proprie uocatur. Deinde addit. Quæ autẽ partes ἰξύες nominentur, non est quòd multis agam, ob id enim, quòd Poëta numero singulari ἰξύαν scripsit in illo carmine περὶ ζώνην, βάλλετ' ἰξύην ἑκατὸν θυσάνοις ἀραρυῖαν. Illi circundant zonam centum orbibus aptam. tum ob id, quòd credibilius est, zonam dari inter ilia & thoracis ossa, existimet aliquis hanc ipsam partem corporis ἰξύαν appellari. Contra uero ex eo, quòd Hippocrates multitudinis numero ἰξύας dixit, quodque ad ilium ossa uoluit uinculum pertinere, iure arbitrabitur aliquis ἰξύας F
hæc ipsa nuncupari.

Ἰξάλη. Perfectæ capræ pellis, quam μηλωτὴν appellant.

ANNOTATIO.

Ἰξάλη. Galenus in Exegesi, eodem modo exponit. sed scribit reperiri etiam ἰσάλην, pellem capræ, corium. Tertio de Fracturis, textu xxv. pag.467.uer.7. Oportet autem ἰξάλην αἰγὸς capræ pellem substernere. In quo loco Galenus ait. Pellem ἰξάλην uocauit. quo nomine caprina ne tantum significetur, an alia quæuis, quærere in arte hac superuacaneum est.

Ἰδνώθη. Reflexus est, seu inclinatus. vt Homerus, Percussit. ille autem ἰδνώθη inclinatus est.

A ANNOTATIO.

Ἰδνώθη. Primo de Morbis muliebribus, pag.232.uer.10. Hoc autem contingit, si vterorum os conclusum fuerit, aut ἰδνωθῇ distortum. Homeri locus est Iliadis secundo.

Ὣς ἄρ' ἔφη. σκήπτρῳ δὲ μετάφρενον, ἠδὲ καὶ ὤμω
πλῆξεν. ὁ δ' ἰδνώθη. θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.
Sic dixit: sceptroq; scapulas, atque humeros
Percussit. hic autem inclinatus est: falsaq; ei excidit lachryma.

Ἴκταρ. Prope, apud Atticos, vt Aeschylus ἐν Ἐκμδύεσι inquit. Salue vrbane popule ἴκταρ, prope sedentes Iouis. Meminit quoq; huius vocis ipse in Hedonis. Ischomachus vero, & Cydias Mylaseus scripserunt ἴκμαρ. cuius sanè rei causa fuit
B vocis ignoratio.

ANNOTATIO.

Ἴκταρ. Galenus in Exegesi, dicit hanc vocem non modo prope significare, verum etiam pro fœminarum pudendo, in secũdo de Morbis muliebribus accipi.

Principium K.

Καμπύλον. Non rectum, sed flexuose incuruatum. Dictum est autem ab incuruatis lignis.

ANNOTATIO.

Καμπύλον. Libro de Decenti ornatu, pag.13. uer.46. de cucurbitulis
C & scarificatione. Scalpris autem καμπύλοις incuruis, in summo non valde angustis vtendum est. Libro de Ossium natura, pag.62. uer.12. Penetrant autem & in pudendum uenæ crassæ & tenues, & densæ, & καμπύλαι curuæ. Primo de Morbis muliebribus, pag.252. uer.37. de extractione fœtus mortui. Scalpellum uero, quo dissecas, καμπυλώτερον incuruum potius sit, quàm rectum. Primo Prognosticorum, textu xij. pag. 402. uer.6. Si uero καμπύλον ἢ ῥικνὸν retorta aut contracta fiat, aut liuida, aut pallida palpebra. Quem locum Galeni interpretes ita uertunt. Si uero palpebra, aut labrum, aut nares cum aliquo ex cæteris signis peruertatur, aut liuescat, aut palleat. In cuius textus cõmento Galenus inquit. Maxima librorum pars ita scriptum habet huius sententiæ initium. In quibusdã vero pro καμπύλον, hoc est, peruersum, scribitur ῥιγνὸν, hoc est, rigidum, ut hoc nomine significetur palpebræ cõtractio. In quo loco
etiam

etiam aduertendum est in Hippocratis textu, ῥικνόν scribi, in commento vero Galeni ῥιγνόν. In cuius textu vtraq; harum vocum deest. Libro de Vulneribus capitis, pag. 446. ver. 23. de speciebus fissurarum. Aliæ rectiores sunt, aliæ etiam valde rectæ, aliæ vero καμπυλώτεραί τε καὶ καμπύλαι, curuiores, & curuæ, ac profundiores. Et uer. 44. Hæc autem sedes ipsa in seipsa, longior ac breuior fit, & καμπυλωτέρη curuior, ac rectior, & orbiculatior. Primo de Articulis, textu iiij. pag. 472. uer. 28. A natura enim pronum est brachij caput in anteriorẽ partem, reliquum autem brachij os ad externam partem καμπύλον incuruum. Et libro secundo, textu j. pag. 479. ver. 9. de brachio fracto. Ita enim καμπύλον incurua gibbi pars nõ impediet. Et libro tertio, textu cxiij. pag. 494. ver. 16. Anterior enim pedis pars, vbi reliquum crus extentum fuerit, non similiter in anteriorem partem καμπυλοῦσθαι inflecti potest, sicut vbi crus fuerit inflexum. Quem locũ exponens Galenus inquit, Pars pedis, quæ ad plantam est & digitos (quam priorem appellat) extento poplite contingere terram non potest. vocauit autẽ huiusmodi pedis habitum καμπύλον, id est, curuum: nam commissura, quæ ad talum est, neque extenta dici solet, neq; flexa, sicut ea, quæ ad poplitem, & ea, quæ ad inguẽ est, Habetur etiã hęc vox in Mochlico, pag. 507. ver. 12. & pag. 508. ver. 14. & 39. D E

Καρδαμύσσειν, καὶ σκαρδαμύσσειν scribitur. Frequenter palpebras mouere, & claudere proprie Attici dicunt. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ καρδάμου, id est, nasturtio, quod si quis admoueat, frequenter palpebras claudit.

ANNOTATIO.

Καρδαμύσσειν. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario quinto, textu ij. pag. 347. uer. 17. Inuenit natura sibi ipsi aggressiones, non ex pręmeditato, partim velut est σκαρδαμύσσειν nictare, vel cõniuere. Libro de Diebus iudicatorijs, pag. 388. uer. 28. Quòd autem non videat, inde cognoueris, non enim σκαρδαμύσσει nictat, dum digitus admouetur, & floccos aufert de stragulis. F

Κόσμου. Ordinis. Attica autẽ vox. etenim κοσμίους dicimus decoros, & κοσμήτας quibus adolescentium est curæ.

ANNOTATIO.

Κόσμου. Secũdo de Morbis muliebribus, pag. 278. uer. 28. de vteri procidentia. Et si vterum contigeris, οὐκ ἐν κόσμῳ ἐστί non est in suo mũdo. sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, & quidẽ rectius, non est in suo loco. proprie diceretur, non est in suo ordine, seu in sua dispositione,

quæ

A quæ est ordo partium in toto, vel in loco. Tertio Prognosticorum, textu vij.pag.407.uer.7.Fit autem quartanarum febrium constitutio ex huiusmodi κόσμου ordine. In cuius commento Galenus ait, κόσμον appellauit decretoriorum dierum ordinem. vt enim ἀκοσμίας proprium est ἀταξία, id est,inordinatio;ita κόσμου est τάξις ordinatio. Et eã ob rem appellarunt mortales vniuersum hoc κόσμον, argumento ordinationis, quandoquidem in eo cuncta recte disposita sunt. Primo Prorrheticorũ, commentario secundo,textu ix.pag.410.ver.1. Ex κοσμίου moderato ferox responsio, malum.

Καρδιώσσειν. Καρδίαν veteres appellabant os ventriculi, quod etiã stomachum communiter appellamus. Καρδιώττειν igitur & καρδιαλγεῖν dicitur, cum nausea & dolore stomachum discruciari:hincq; καρδιωγμὸς, id est,stomachi morsus. B Est autem & alter καρδιωγμὸς, cordis proprie visceris erosio, id est, παλμὸς palpitatio, quæ frequenter, & vehementer in ipso fit.

ANNOTATIO.

Καρδιώσσειν. Secũdo de Morbis, pag.156.ver.11. Verum vbi quidem sine cibo manet,viscera sugũt,& καρδιώσσει os ventriculi dolet. Primo de Morbis muliebribus,pag.233.ver.30.de suppressione mensium.Et pag. 234.ver.6. Et pag.235.ver.49. Et pag.241.ver.43. Et pag.242.ver.41. Et pag. 243.ver.49. Et pag.245. ver.2. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione quinta, pag.317.ver.41. Tertio Prognosticorum, textu xxxiij. pag.408. ver.23. Reperio etiam καρδίης πόνος. Primo Prorrheticorũ commentario secundo, textu xl. pag.410. ver.26. Καρδίης πόνος Oris ventriculi C dolor, cum præcordio distento, & capitis dolor, malignum, & quidpiam anhelosum. Vtitur etiam voce καρδιαλγεῖν, Secundo de Mordis vulgaribus,sectione secũda,pag.312.ver.40.Mulier ἐκαρδιάλγει os ventriculi dolebat. Est & vox καρδιωγμὸς ab Hippocrate vsurpata pro oris ventriculi affectione. Quarto de Morbis, pag.169. ver.27. Et ob id in ipso nullus alius fit morbus,quàm is, quẽ homines καρδιωγμὸν cordis morsum vocant. Primo de Morbis muliebribus,pag.235. ver.19. de febribus. Et καρδιωγμὸς stomachi dolor. Quarto Aphorismorum, textu xvij. pag.394.ver.8.Cibi fastidium,& καρδιωγμὸς oris ventriculi morsus. In cuius commento Galenus ait, Καρδιωγμὸς est cordis,hoc est,oris ventriculi passio. prisci siquidem & hoc cor nominabant. Et Aphorismo lxv. pag.395.ver.21.In febribus circa ventrem æstus vehemẽs, & καρδιωγμὸς oris ventriculi morsus,malum. In quo loco Galenus inquit.Quòd non

solum ei visceri, quod sua natura pulsat, cor nomẽ fuerit apud antiquos, D
sed etiam ori ventriculi, pro confesso habetur apud omnes: sicuti etiam quòd cordis dolorem, huius partis dolores appellent. Verbũ autem καρδιώσσειν, id est, corde morderi, plurimi exponentium Aphorismos pro καρδιαλγεῖν, quod est, corde dolere, acceperunt: nonnulli ipsius cordis, hoc est, visceris motũ quendam palpitationis similem, per καρδιωγμὸν, id est, cordis morsum intellexerunt. Tertio Prognosticorum, textu xxx. pag.408.ver.12. Si et καρδιωγμὸς oris ventriculi morsus huic accesserit.

Quem locum Galenus explicans ait, Os ventriculi etiam cor appellari, omnes scire. Libro de Veratri vsu, pag.534.ver.27. Cibi fastidium, aut καρδιωγμὸς stomachi punctura, aut vertigo, aut os amarum. Reperitur etiam καρδιωγμοὶ, Secundo de Morbis muliebribus, pag. 264. ver.15. Ad hæc & καρδιωγμοὶ stomachi morsus fiũt. Et pag.266.ver.42. Et pag. 269.ver 39. Primo de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu E
lvj.pag.304.uer.28.

Κωματώδεες. Obdormientes altiori somno. Κῶμα enim somnus, & quasi κοίμημα dormitio: Qui igitur cũ quodã torpore deiecti sunt, κωματώδεες, id est, somniculosi appellãtur.

ANNOTATIO.

Κωματώδεες. Galenus scripsit libellum de Comate, in quo docte & eleganter significationem & vsum eius vocis explicat. Primo de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu xxix.pag.303.ver.33. Neq; somni in totum, maxime vero hi, & rursus κωματώδεες soporosi. Et textu lxxij.pag.305.uer.28. Et cõmentario tertio, textu xix.pag.308.uer.10. & 11. de Sileno. Et libro secũdo, sectione tertia, pag.314.uer.28. & 39. & 40. de morbis illius æstatis. Et libro tertio, commentario tertio, textu xxxiiij. pag.322 uer.39. Et textu lxij.pag.323.uer.23. Et textu lxvij. pag.323.uer.47. F
Et libro quarto, pag.333. uer.38. Et libro septimo, pag.358.uer.43. Primo Prorrheticorum, commentario primo, textu j. pag.409.ver.1. Et textu xxxix.pag. 410.ver.25. Neque in febre fractos, si κωματώδεες soporosi fuerint, perniciosum enim est. In cuius commento Galenus ait, Superuacue adiectum esse uerbum κωματώδεις, bifariam scripta prima syllaba, & per κ et ω: et per κ et α & υ. Et textu xlij.pag.410.ver.26. Et textu lvij. pag. eadẽ, uer.46. Similiter κωματώδης. Primo de Morbis vulgaribus, commẽtario tertio, textu xix.pag.308.ver.11. Et textu xxij. pag.309.uer.7. Et textu xxxj.pag.311.uer.9. Et libro tertio, commentario primo, textu xj. pag.319.uer.23. Et textu xxviij. pag.320.uer.2. Et commentario secundo, textu viij.pag.321.uer.24. Et textu ix.pag.eadem uer.40. Et commentario tertio, textu xvj.pag.322.uer.11.

A Κλαγγώδη. Demetrius quidē Epicureus κλαγγώδη oculos putauit facile mobiles, valde errans: non enim de oculis dictum est, quum κλαγγὴ sit quædam vocis eruptio, qualem molestus vomitus maxime efficit. incipit enim à graui, & desinit in acutum, tanquam si aliquis voce deficeret. Bacchius vero inquit, κλαγγώδη esse vocem continuā, & indesinentem. Apollonius autem Cittieus, interruptam & inæqualem, & præterea obscuram, qualis maxime accidit ebrijs.

ANNOTATIO.

Κλαγγώδης. Septimo de Morbis vulgaribus, pag.358. uer.9. de Phaniæ & Euergetæ filio. Contingit autem talibus etiam vomitus accedere, & ad finem conuulsiones, & aliquos κλαγγώδεας clangorosam vocē edere. B Et uer.12. de Theodori filio. In febre uero denudatum est os, discessit cutis, multum κλαγγώδης clangorosus erat. Vt uer.16. de Exarmodi famulo, Et factus est κλαγγώδης clangorosus. Primo Prorrheticorū commentario primo, textu xvij. pag.409. uer.18. Ex uomitu fastidioso uox κλαγγώδης clangosa. Et textu xix. pag. eadem, uer.21. Mentis uacillationes cum uoce κλαγγώδει clangorosa. Et commentario secūdo, textu xij. pag.410. uer.5. Vox acuta, κλαγγώδης clangorosa, malum. In cuius commento Galenus inquit, Nonnullos quidem κλαγγώδης, id est, clangosa, alios κλαυθμώδης, hoc est, quærula, plorabundaq; scribere. In Coacis Prænotionibus, pag.426. uer.38. Voces κλαγγώδεες clangorosæ. Et pag. 441. uer.37. Ex uomitibus anxietates, κλαγγώδεα ὄμματα, ἐπιχνοῦν ἴσχοντα, μανικά. id est, clangores, oculi concretionē lanuginosam habentes, furiosa. Sic uertit Germanus interpres. Hinc, ut conijcio, Democri- C tus Epicureus errandi occasionem sumpsit, ut affectis oculis hanc uocem accommodaret.

Καρώδες. Caput aggrauans, vel capiti noxium.

ANNOTATIO.

Καρῶδες. Primo Prorrheticorum, commentario secūdo, textu xxix. pag.410. uer.15. Τὸ καρῶδες Sopor num vbiq; malus. In cuius commento Galenus ait, Ambiguitatem nobis mouere dictionem, quia significatū ex uoce κάρου, id est, soporis, non clare dictum sit: deinde addit. Si uero morbosi cari, alia genere fuerit affectio, somnum profundum à caro discrepare asseremus, atq; quod καρῶδες, id est, soporosum sit, ubiq; malum esse. Et commentario tertio, textu xj. pag.411. uer.21. Vterum gerentibus capitis dolores, καρώδεα soporosi, cum grauitate fientes, mali.

Libro de Vulneribus capitis, pag.448. uer.8. de modo inquirendi fra- D
cturas. Si vulneratus καρωθῆ soporem altiorem inciderit.

Κερχνώδεα. Nonnulli vero scribũt καρυκώδεα, & καρκώδεα. Sunt autẽ asperas eminentias habentia, & ab Atticis κερχνώδη vasa dicuntur, quæ asperas habent inæqualitates, quemadmodum Sophocles de Confidente inquit. Piscis asper, cui adnascitur κέρχνος asperitas testudinis.

ANNOTATIO.

Κερχνώδεα. Varia est huius vocis tum lectio tum interpretatio, vt exempla, quæ à me adducuntur, manifeste ostendunt. Libro de Vsu humidorum, pag.113.ver.44. de papulis rubicundis. Nam si hæc posterius fecerit, nequaquam amplius erumpũt. Alioqui quæ ex frigore fiunt, aut quæ exasperantur κεγχρώδεα instar milij. pro qua voce Aldinus codex E
habet κερχνώδεα, id est, vt vasa Attica inæqualia. In secundo etiam de Morbis vulgaribus, sectione tertia, pag.314.ver.37. κεγχρώδεα habetur, hoc est, aspredines in cute miliaceæ, vt Germanus interpres vertit, Caluus vero, milio similes. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario sexto, textu xv. pag.348.ver.21. Quæ irritantur ex qualibus, τὰ κερχνώδεα stridulæ faucium asperitates terminum prę scribunt. Sic vertit Germanus interpres. Caluus, faucium exasperatio. Tertio de Articulis, textu vij. pag.484.uer.8. ipsiq; difficulter spirant, & κερχνώδεις stridulam faucium asperitatem habent. Et textu lxj. pag.488. uer.47. Edulijs pinguibus, & κερχνωδέων fauces exasperantibus ac fortibus omnibus, abstinendum. Quem locum Galenus explicans inquit, Esculenta, quæ fauces exasperando tussim mouent, κερχνώδη nuncupat. In exemplaribus autem magis idoneis, verbi κερχνωδέων secunda syllaba scribitur per ν. ducto voca- F
bulo à milio, quod Iones κέρχνον appellant. id accidit, vbi in faucibus, aspera quædam milij modo exigua sentiuntur. Quod autem in superioribus dixit de ijs, quibus circa pulmonem tubercula fiunt, diuturna, quę ægre ad maturitatem perueniunt, & spiritus redditur cum sono, κερχώδης absque ν scribitur. ducitur autem à verbo κέρχειν, quod sonum notat, qui uel angustia loci, quo spiritus redditur, vel humoris multitudine accidit. Libro de Vulneribus capitis, pag.450.ver.43. Et os tunc corrumpi incipit, & fit πέρκνον valde nigrum leue existens. Sunt tamẽ qui non πέρκνον, sed κερχνὸν asperum legunt.

Κορδίνημα. Scribitur etiam σκορδίνημα. Significat autem καρηβαρίαν, id est capitis grauitatẽ, eo quòd τὸ καραδινεῖσθαι id est caput in orbem vertatur, vt Aristophanes in Ἀχαρνεῦσι.

Annotatio

A

ANNOTATIO.

Κορδίνημα & σκορδίνημα. Galenus in Exegesi inquit, Σκορδινᾶσθαι est extendi, præcipue cũ hiatu. Libro de Superfœtatione, pag. 49. ver. 34. Si cui ab appositis in vuluam nõ valde fortibus, dolores in articulos perueniant, & stridor dentium corripiat, & σκορδινέηται membris tendatur, ac oscitet, hanc magis concepisse spes est. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione tertia, pag. 314. ver. 46. Et in quibus, & qualia signa, & plura aut pauciora fientia, oscitatio, tussis, sternutatio, σκορδίνημα, distentio cum oscitatione, eructuatio, flatus. Et libro sexto, cõmentario quinto, textu iiij. pag. 347. ver. 21. Et in reliquo corpore, sudores, pruritus, σκορδινιασμοὶ corporis distentiones cũ oscitatione, & quæcũq; huiusmodi.

Κόλλικες. Ientaculorum species, instar placentarum, quarum meminit Aristophanes ἐν Ἀχαρνεῦσι, quum sic inquit, salue κολλικοφάγε. nonnulli vero ἠτρία liba, seu placentam nominarunt.

B

ANNOTATIO.

Κόλλικες. Galenus in Exegesi dicit κόλλικας significare rotulas, & paruos panes: & in Acharnanibus rotuliuora Bœote, de paruis panibus est pronũciatum. Libro de Internis affectionibus, pag. 200. uer. 10. de medicamento ad hydropem. Deinde κόλλικας pastillos sexaginta efformato. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione sexta, pag. 318. uer. 41. de medicamento ad concipiendum. Κόλλικας pastillos efformato, in pudendumq; subdito. Est aut κόλλιξ ἢ κόλιξ species panis περιφεροῦς. vt ait interpres Aristophanis, vnde κολλικοφάγος dicitur. Sunt & κόλλικες panes, & κόλλαβοι dicti Athenæo. In expositione Erotiani pro κολλιφάγε legendum est κολλικοφάγε. Ἠτρία, si per η scribatur, non significat id, quod Erotianus dicit. & ideo librarium errasse suspicor, & primam syllabam per ι. scribi debere. ἰτρία enim, non ἠτρία placentæ genus significat. quod Galenus primo de Semine, capite iiij. confirmare videtur, quum narrans qualis nam fuerit genitura sex dierum ab Hippocrate visa, inquit, Membranam contrahit non secus, atq; ista, quæ extra corpus à dulciarijs pistoribus conficiuntur. supra instrumentum quoddam latum ac calidum liquidam aliquantulum pultem inducunt, atq; efficiũt, quæ ἰτρία liba, placentæ, crustula, & bellaria appellantur. Cui Suidas & alij subscribunt: quum ἰτρία placentæ genus esse ipsi quoq; testentur.

C

Καρφαλέον. Aridum.

ANNOTATIO.

Καρφαλέον. Sexto de Morbis vulgaribus, cõmentario sexto, textu xj.

pag.348.ver.16. Quibusdam vero καρφαλέον arida ac circuntensa cutis. D
Et textu xiiij.pag.eadem.ver.18. Quibus cutes circuntenduntur, καρφαλέα aridæ ac duræ, sine sudore moriuntur.

Κενέβρεια Præmortuæ carnes sic appellantur, vt Aristophanes. Non sit κενέβρειον id est, caro moribunda, quando sacrificas, quid me vocas? Et forum, vbi talia venduntur, κενέβρειον appellatur.

Καρυκοειδέα. Καρύκη speties est intriti, ex pluribus condimentis compositi. Καρυκεύειν autem est commiscere. quam καρύκην dicunt habere sanguineum colorem. nonnulli vero quam nos vocamus αἱματείαν, id est, farcimen sanguineum, καρύκην nominarunt: non recte. Quòd autem intriti species sit ex condimentis, testatur & Philocrates Samius, & alij. E

ANNOTATIO.

Καρυκοειδέα. Galenus in Exegesi, exponit sanguinea. id autem proprie medici vocant. Καρύκη, edulium Lydium, varium id est, & ex sanguine confectum. Quarto de Morbis vulgaribus, pag.331.ver.4. Duo fratres Cecropis familiares, quibus nigra ab initio prodibant, subfeculenta, καρυκοειδέα edulia ex sanguine confecta colore referentia, ea ex spumosis bile abunde coloratis viridia erant. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, nucibus similia demiserunt. multa venere lutei erant.

Κοιλίης ταραχὴ ἠλεκτρειώδης, id est, Splendida & nitens. dicta est autem eiusmodi expurgatio ἠλεκτρειώδης ab electro.

ANNOTATIO. F

Κοιλίης ταραχὴ ἠλεκτρειώδης. Quarto de Morbis vulgaribus, pag. 332.ver.45. de famula recens empta. Et non vltra septem dies etiam κοιλίη ἐταράχθη. ἠλεκτρώδης, id est, aluus turbata est, secessus electrum referens, subuiscosus, multus, ad aliquot dies. Vt vides, sensus idem est, dictiones autem diuersæ. Hippocrates enim habet ἐταράχθη. ἠλεκτρώδης. Erotianus vero, ταραχὴ ἠλεκτρειώδης. Quæ autem harum lectionum melior sit, tu ipse iudicabis.

Κεδματώδεα. Κέδματα dicuntur affectus in articulis diuturni.

ANNOTATIO.

Κεδματώδεα. Galenus in Exegesi κέδματα dicit esse diuturnas ex fluxu affectiones, vel in omnibus articulis, vel maxime circa coxarũ vertebram.

A tebram. Libro de Locis in homine, pag. 66. uer. 40. Si autem modicus fluxus fuerit, coxendicum, & κέδματα articulorum diuturnam affectionem facit. Et ver. 42. Fiunt præterea κέδματα articulorum affectiones, ac coxendicum à talibus morbis sanatis. Et ver. 45. Et ἢ κέδματα ἢ ἰσχιάδα, aut articulorum, aut coxendicũ affectiones inducit. Libro do Aëre, aquis, & locis, pag. 79. ver. 30. de Scytis. Ab equitatione ipsa, eos κέδματα diuturni articulorum dolores corripiunt. Et pag 80. ver. 5. Ibi plurimi à κεδμάτων diuturnis doloribus articulorũ, coxendicumq; maxime corripiuntur. Primo de Morbis, pag. 129. ver. 40. Κέδματα Affectiones fluidæ circa articulos. Et ver. 44. de longis morbis. Κέδματα, Affectiones fluidas circa articulos. Sexto de Morbis vulgaribus, cõmentario quinto, textu xxij. pag. 347. uer. 39. Κεδμάτων In fluxionibus ad coxam, venas retro aures secato. In cuius commento Galenus ait, Κέδματα Hippocratem vocare, defluxus in crura decumbentes, maxime vero eos, qui in pri-
B mum articulum, vbi coxendix est, impetũ faciunt. Et libro septimo, pag. 367. uer. 43. Quidam circa Elealcis fontem, ad sex annos, habuit ex equitatione, inguinum tumorem, varices, & κέδματα coxendicum dolores.

In his duobus vltimis locis, vt vides, κέδματα sumuntur pro coxendicum affectionibus: in alijs exemplis non item. in illis enim tum κέδματα, tum ἰσχιάδα, legimus.

Κυκεὼν. Potio cum farina mixta: & Κυκᾶν, miscere.

ANNOTATIO.

Κυκεὼν. Secundo de Diæta, pag. 92. ver. 24. Κυκεὼν Cyceon autem solum in aqua quidem frigefacit, ac nutrit. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario sexto, textu v. pag. 348. ver. 8. Et κυκεὼν cyceonis mixtura.
C In cuius commento Galenus ait. Nunc vero Hippocrates vtrunq; & cibum & potum coniunxit: siquidem tale quippiam cyceon est, vt apud Homerum legistis, quum alia vino miscerentur, omniaq; vinũ haberent commune, fortasse vero vinum cum polenta miscebatur. necessario autem alia quoq; misceri quispiam putabit, hoc nomine cyceon veteres significare voluisse: vt potius hanc uocem in illum sensum vsurpasse intelligantur. Alia exempla quærantur Secundo de Morbis, pag. 143. uer. 38. Et pag. 149. ver. 12. Et libro quarto, pag. 178. ver. 3. & 7. Libro de Internis affectionibus, pag. 195. ver. 15. & 33. Libro de Natura muliebri, pag. 217. ver. 28. Et pag. 224. ver. 13. Primo de Morbis muliebribus, pag. 237. ver. 9. Et pag. 250. ver. 5. Et libro secundo, pag. 265. ver. 39. Et pag. 270. ver. 45. Et alibi pluries hæc vox reperitur.

Κοτυληδόνας. Has non solum Hippocrates, verum etiam

Diocles ſcribit in vtraq; parte vuluæ concauitates quaſdam D
hæmorrhoidibus ſimiles eſſe, in quibus ait embryonem nutriri: verum eos eſſe mentitos alibi monſtrabimus.

ANNOTATIO.

Κοτυληδόνας. Galenus in Exegeſi exponit ora vaſorum, quæ in vterum deſcendunt, vt in libro de Hippocratis diſſectione docuit. quod etiã pluribus verbis explicat libro quinto Aphoriſmorum, textu xlv. pag. 397. ver. 6. Exponens enim hæc verba. Quæcunq; vero moderate corpus habentes abortiunt bimeſtres, & trimeſtres, ſine cauſa manifeſta his αἱ κοτυληδόνες vteri acetabula muco plena ſunt: in hunc modum Galenus ſcribit. Ora vaſorum venientium ad vterum, ex quibus ſecundæ pendent, acetabula nominauit: non ſicuti quidam arbitrantur, adnatas ipſi carnes glandulosas. Nam, vt ipſe inquit, in primo de Paſſionibus muliebribus, Si acetabula plena fuerint pituita, menſtrua fiũt pauciora. Et Praxagoras in primo de Naturalibus; Acetabula, inquit, ſunt ora venarum & arteriarum, quæ feruntur ad vterum. Erotianus hanc ſententiam non probat. Recentiores vero anatomici, eò deuenerunt, vt Hippocratem & Galenum anatomiæ prorſus ignaros eſſe dicant. quorum audaciam in libello anatomico, quem propediem editurus ſum, pro viribus retundere conabor. Cęterum locus, quem Galenus adducit, eſt in primo de Morbis muliebribus, pag. 247. ver. 13. Ἢν δὲ κοτυληδόνες Si vero acetabula pituita plena fuerint, menſes fiunt pauciores: & ſi in ventre habuerit, corrumpit, vbi fœtus fortior factus fuerit. Libro de Natura muliebri, pag. 217. uer. 29. huius quoq; vocis meminit, licet ſententia diuerſa eſſe videatur. Ἢν αἱ κοτυληδόνες. Si acetabula pituita plena fuerint, menſes quidem bene ſuccedunt, & in ventre habet. Sumitur etiam hæc vox pro coxendicis concauitate, quæ caput femoris ſuſcipit. Libro de Internis affectionibus pag. 197. ver. 32. Si dextram partem morbus corripiat, dolorem ex coxæ κοτυληδόνος acetabulo in principio exhibere incipit. Et ver. 40. Et in ſcapulam dextram quatuor cruſtas inurito, & in κοτυληδόνα acetabulum coxæ dextræ tres, & ſub nares duas. E F

Κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ. hoc eſt, continuæ reſpirationes. ducta eſt autem metaphora à puerulis lugentibus.

ANNOTATIO.

Κλαυθμώδεες. Sexto Aphoriſmorum, textu liiij. pag. 399. ver. 10. In acutis affectionibus, quæ cum febre fiunt, κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ luctuoſæ reſpirationes, malum. Galenus textu xij. ſecundi commentarij in

primum

A primum Prorrheticorum, exponens vocem κλαγγώδης, inquit, Nonnullos κλαγγώδης clangosa, alios κλαυθμώδης quærula plorabundaque scribere. In Coacis prænotionibus, pag. 431. ver. 21. Vox acuta, κλαυθμώδης planctum referens, & oculorum obscuratio, conuulsorium est.

Κίσσαρον. Hæderam.
Καταμηνίων λύσιν, id est, accessum.
Κοιλίη πυρετώδης. Calidissimus.

ANNOTATIO.

Κοιλίη πυρετώδης. In libro de Aëre, aquis, & locis, in ea parte, quæ addita est ad finem libri de Vulneribus capitis, pag. 456. ver. 4. Quorum quidem aluus satis fluida ac sana, & vesica non πυρετώδης ardens, &c. Et ver. 6. Quum vero κοιλίη πυρετώδης aluus ardens ac feruida fuerit, B in his necesse est etiam vesicam idem perpeti. Tertio de Fracturis, textu viij. pag. 465. ver. 21. Vlcus item pulsu affligetur, atq; πυρετῶδες igneum erit. In cuius commento Galenus inquit. Poterat Hippocrates, igneum vlcus dicere πυρετῶδες, quasi febricitās: dixit autem πυρῶδες sumpto vocabulo ab igne, quem Græci πῦρ vocant, quò ardorem nobis reduceret in memoriam.

Κατεφρόνεε. Considerabat. φρονεῖν enim dicebant veteres considerare, vt Euripides in Antiope inquit, φρονῶ δὲ, id est, considero autem, quod patior: hoc autē non paruum malum. Meminit quoq; Sophocles ἐν Ἀχαιάδι, & in Amphiarao.

Κανονίαι. Epicles dicit longi & proceri: sunt autem potius recti ac graciles.

C ANNOTATIO.

Κανονίαι. Perperam in quibusdam Erotiani exemplaribus, & in Exegesi legitur κακόνιαι: quæ vox, vt Galenus eo in loco scribit, significat illos, qui rectos, & prominentes ventres habent. Libro de Aëre, aquis, & locis, pag. 80. ver. 39. de habitatoribus locorum concauorum. Hi magni quidem esse non possunt, neq; κανονίαι bene cōpositi, & longi ac erecti.

Κατ' ἐρυθμίην. Secundum naturā, secūdum magnitudinē.
Κωφοῖ. Soluit & sedat dolores.

ANNOTATIO.

Κωφοῖ. Galenus in Exegesi habet κωφοὶ languidi. κωφοῖ vero verbū tertiæ personæ, ac tertiæ coniugationis, languefacit, & retūdit significat. Libro de Humidorum vsu, pag. 112. ver. 18. Somniferum et in caput & in alia.

alia. Conuulsionum, tetanorum mitigatiuum. ὀδύνας κωφοῖ, dolores se dat, auris, oculorũ, & quæcunq; talia frigida. In cuius sententiæ syntaxi Germanus interpres plurimũ errat. Κωφοί etiã habetur in libro de Carnibus, pag.43.ver.19.de vocis articulatione. Huius signũ est, κωφοί muti ex natiuitate differere non possunt. Libro de Flatibus, pag.121.ver.30.de sacro morbo. Eo enim tpe, quo à morbo corripiuntur, neq; sentiũt quic quam, κωφοί τε τῶν λεγομένων, neq; audiunt quæ dicuntur, neque vident quæ fiunt. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, & quidem rectius. Sine rerum omnium sensu sunt, surdi eorum quæ dicuntur, cæci eorum, quæ fiunt. Sunt enim tres memoratæ dictiones nomina, non verba. In quibus exemplis clare vides κωφοί, pro mutis, & surdis sumi. nec mirum est hanc vocem in varios sensus trahi, quia, vt ex his, quæ infra ab Erotiano scribuntur, conijcere potui, κωφοί proprie impeditos significat. & Κωφώθη impeditus, & Κώφωσις impedimentum. licet hæc vox auditui maxime accommodetur. D E

Κωφώθη. Læsus est, impeditus est.

ANNOTATIO.

Κωφώθη. Secũdo de Morbis, pag.141.ver.35.de carie ossis capitis. Dum autem sanguis non mouetur, fieri non potest, vt non etiam corpus quiescat, & κεκωφῶσθαι torpeat. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, torpescit. Libro de Iudicationibus, pag.387.ver.25. Quibus in febribus aures κωφωθῆ obsurduerunt, his &c.

Κίθαρος. Apud Dorienses sic thorax appellatur.

ANNOTATIO.

Κίθαρος. Galenus in Exegesi hanc vocem eodem modo exponit. Libro de Locis in homine, pag.67.ver.46. At vero quum in κίθαρον thoracem fluxerit. Et pag.68.uer.16. Pus autem in pulmone, & in κιθάρῳ thorace consistens, & congregatum, vlcerat. Et ver.17. Simulq; exulcerato in κιθάρῳ thorace ac pulmone magis fluit. Et ver.36. Magis autem ab ea lateris mollitudinis parte, in qua pus est, & κίθαρος thorax concuruatus est. F

Κυβίτῳ. Bacchius inquit cubi formam habenti officulo in calcaneo: plurimi vero, cubito.

ANNOTATIO.

Κυβίτῳ. Galenus in Exegesi exponit os cubiti, & cubitus. Dioscorides autem, nodum brachij, sic vocari putat. Libro de Locis in homine,

pag.

A pàg.65.ver.18. Et tunc tum os, tum radius in idem commissa. articulum in κυβιτω cubiti gibbo faciunt. Et ver.21. Hæ (scilicet appendices) cum osse cohærentes, iuxta ossis articulum in κυβιτον cubiti gibbum coarticulantur. Et uer.24. Hæ (scilicet appendices) sibi ipsis intus in κυβιτω cubito commissæ.

Καταχρύειν. Discindere.

ANNOTATIO.

Κατακρούειν. Galenus in Exegesi eodem, quo Erotianus modo, hanc vocem exponit.

Κνιπότητα. Aridam lippitudinem.

ANNOTATIO.

B Κνιπότητα. Galenus in Exegesi exponit vellicationẽ, alij oculorum ariditatem significari hoc nomine putant.

Καμμάρῳ. Hæc vox in earum numero ponenda, quæ semel dictæ sunt, sic continens. Ardores quidem potibus & sorbitionibus, veluti febrem refrigeratorio pharmaco soluere καμμάρῳ videlicet, vel alio quopiam tali. &, si nauseam contrahat à refrigeratorio, percalfacientibus vtere consequenter. Atqui Zeusis in secundo libro Explanationũ, pharmacum quoddam refrigeratorium sic ait appellari. Dioscorides autem in quinto Materialium inquit, aconitum à nonnullis κάμμαρον esse appellatum, vt θηλύφονον, hoc est, thelyphonon. Lycus vero Neapolitanus in secundo huius scriptionis com-
C mentario, vocem hanc per simplex μ. ait scribi, vt sit καμάρῳ, quod interpretatur vntorium, vaporarium, deducta voce ab ædificio instar fornicis constructo. Subiungit igitur Hippocrates dicens; si frigida non adhibueris, in sudoribus, sume strattim, in venatoribus dicentem. Diodorus Grammaticus τὸ κάμαρον, & Zeno Herophilius κάμμορον, vel κάμαρον inquiunt Dorienses, qui Italiam incolunt cicutã appellare, tanquã sit aliquid κακόμορον. hoc est, mortẽ malam afferens. Melius autem, arbitror, scripsisse existẽte Zeusim, & postea Zenonem. rationi enim cõsentaneũ est τὸν κάμμορον refrigeratoriũ quoddam pharmacum esse, vel fortasse cicutam. etenim hæc in multo refrigerantium malagmatũ numero est. nam Lycus

à veritate

à veritate prorſus aberrauit, quum dicat Hippocrates κάμμορον refrigerantium quandam ſpeciẽ eſſe. addens enim & ventres, & ſorbitiones, intulit febrem refrigeratorio pharmaco diſſoluere, vel καμμόρῳ, vel alio eiuſmodi, tanquã κάμμορον in refrigeratorijs ſit. coniunctio enim nõ ſine diſiunctione ponitur. quum vero addiderit, refrigeratoriũ, vel cammorum, finem non facit, ſed infert. & poſtquam non diſſolueris pharmaco refrigeratorio, vtere calido. oportebat enim ſi dixiſſet cammorum (nempe eſſe calidum) addidiſſe, videlicet, vtere cammoro. Quam nam autem rationem habet in febribus vnguenta aſſumere, hoc dicere eſſet forte opus mentis Lyci. D

ANNOTATIO.

Καμμάρῳ. Omnia Erotiani exemplaria ſunt deprauata & manca, & in his modo κάμμαρον, modo κάμμορον legitur. nos pro viribus locum, quẽ ipſe adducit, ex Hippocrate reſtituimus. Galenus in Exegeſi inquit. **Κάμμορον** eſt animal paruæ ſcillæ ſimile, & aconitum, ab eo, quòd illius radices ſunt huius animalis ſimiles. Sed neutrum horum intelligi poteſt in libro de Locis hominis; Inflammatis aſſumpto cammoro. vnde Erotianus, non ſolum ipſum animal cammoro, ſed adhærentẽ ipſi muſcum, ſic vocari ait. Zeno autem Herophilius, cicutam, Zeuſis autem, medicinam refrigerantem. Ex quo Galeni loco elicimus, aut Erotianum, de quo ipſe meminit, non fuiſſe eum, quem in manibus habẽtes interpretamur: quandoquidem is neque muſci, neque illius animalis, in hac ſua tractatione de cammoro mentionẽ facit: aut in hoc opere manco & lacero eam partem deſiderari, in qua de muſco, & de huiuſmodi animali verba facit: aut pro Erotianus, legendum eſſe Erotinon, vel Erotinos, vel Herotion, vel Herophilus. eſt enim admodum varia huius loci Exegeſis lectio. & exemplaria, quæ mihi videre contigit, harum vocum alteram habent. E F

Locus Hippocratis à Galeno & ab Erotiano citatus ex libro de Locis in homine, eſt pag. 70. ver. 30. τὰς δὲ πυρώσιας ποτοῖσι καὶ ῥοφήμασιν, ὥσπερ τὸν πυρετὸν ψυκτηρίῳ φαρμάκῳ ἐκλύειν καμμάρῳ ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ. καὶ ἐπὴν ναυτιῷτο τῷ ψυκτηρίῳ, θερμαντηρίοισι χρῶ ἑξῆς. ἐπὴν δὲ μὴ παύηται, ψυκτηρίοισι πάλιν χρῆσθαι. hoc eſt, Ardores vero potionibus & ſorbitionibus, quemadmodum febrem frigefactorio medicamento ſoluere, καμμάρῳ videlicet, aut alio quopiam huiuſmodi: & ſi nauſeam contrahat à frigefactorio, calefactorijs vtere conſequenter; vbi vero non ceſſet, frigefactorijs rurſum vtere. Hæc Hippocrates. cuius verba, vt vides, ab Erotiani librario perperam fuerunt tranſcripta. Locus,

A quem ipse ex Dioscoride adducit, non est in quinto libro, sed in quarto, capite lxxv. in quo ita scribit. Aconiton quidam pardalianchen, quidam κάμμορον, quidam thelyphonon appellant. Testatur autem Marcellus Virgilius, Dioscoridis interpres, Pliniũ libro xxvij. capite 11. vocari often disse cammaron à radicis flexura, quam caridi, id est, marinæ squillæ simi lem habet. quam in historia eius, hic scorpionis caudæ similem fecit, & alabastrorum modo splendere ait. Nicander in Alexipharmacis, non lon ge à principio de cammoro ita scribit.

πολλάκι θηλυφόνον καὶ κάμμορον. ἐν δ᾽ ἀκονάιοις
Θηλέην ἀκόνιτον ἀνέβλάστησεν ὀρόγκοις
Mors quoq; thelyphononq; & cammoron indidit atrox
Fœminei sexus. duris in cautibus, altos
Per montes nascuntur, & hinc aconita vocamus.

B Dicitur autem κάμμορον, vt antiquo Nicandri interpreti placet, quasi κακῷ μόρῳ ἀναιροῦν, hoc est, sæua morte perimens. Quæ omnia ideo à me fuerunt adducta, vt quiuis plane intelligat, in alia ab hac longe diuer sa significatione vocem κάμμορον ab Hippocrate fuisse vsurpatam.

Καλῶς. id est, Decenter.

ANNOTATIO.

Καλῶς. Primo de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu lxiij. pag. 304. ver. 44. Quibus quidem καλῶς bene ac large sanguis per nares erupit. Et ver. 45. Et nullum noui, qui in hac constitutione mortuus esset, si καλῶς recte ipsi sanguis profluxisset. Et textu lxviij. pag. 305. ver. 20. Neque vllam mortuam noui ex his, quibus aliquid horum καλῶς probe factum esset. Et commentario tertio, textu xviij. pag. 307. C ver. 33. de Philisco. Vesperi ab infuso per clysterem adhibito, καλῶς bene habuit. Et textu xxviij. pag. 310. ver. 21. de Dromeadæ vxore. Altera à rigo re die, stercora ab aluo καλῶς bene prodibant. Et libro tertio, commen tario primo, textu xvij. pag. 319. ver. 31. Ab aluo stercora καλῶς probe pro dierunt. Et libro septimo, pag. 367. ver. 27. de Philistidi Heraclidæ vxore. Quarta sanguis ex sinistra nare καλῶς probe fluxit. Vtitur Hippocrates hac voce sępissime, præsertim vero in libro de Superfœtatione. Primo de Morbis muliebribus, pag. 255. ver. 36. Et libro secundo, pag. 273. ver. 41. Et pag. 274. ver. 35.

Κενεών. A costis pars vsque ad ilia.

ANNOTATIO.

Κενεών. Secundo Prognosticorum, textu j. pag. 403. ver. 22. de aquis inter cutem. Incipiunt autem pleræq; ex κενεώνων laterũ mollitudine,

& à

& à lumbis, aliquæ vero etiam ab hepate. In cuius commento Galenus inquit, Verisimile est, omnes eas partes κενεῶνας appellari, quę inter extremam thoracis costam, & coxendicis ossa continentur. si quidem tota illa regio inanis videtur, si eã tum inferioribus, tum superioribus vtrisq; osseis compararis. Tertio de Articulis, textu lxxiiij. pag. 489. ver. 43. Et coguntur iuxta κενεῶνα lateris mollitudinem, aut iuxta elapsum articulum, mutili ac obliqui esse. Quem locum Galenus exponens ait. Ilia autem vocat κενεῶνα, eam regionem intelligens, quæ est inter ossa coxarũ, & costas nothas, quę omnino sine osse est. Secundo de Officina medica, textu xvj. pag. 503. ver. 29. Conuenit autem in humero quidem circundu ctio circum alterã alam, in inguine vero circum ἕτερον κενεῶνα alteram lateris mollitudinem. Quæ verba Galenus exponens, inquit, Vocatur autem κενεὼν, quod inter thoracem est, & os, quod ad ilia pertinet: ita dictum propterea quòd inane sit, hoc est, desideat. Vtitur autem hac voce Hippocrates sępissime. Libro de Septimestri partu, pag. 45. ver. 15. de abortu. De ossium natura, pag. 58. ver. 47. Secundo de Morbis, pag. 153. ver. 28. De Internis affectionibus, pag. 192. ver. 20. Et pag. 196. ver. 48. De Natura muliebri, pag. 214. ver 3. Et pag. 215. ver. 2. & ver. 24. Primo de Morbis muliebribus, pag. 233. ver. 24. Et pag. 246. ver. 28. Et libro secũdo, pag. 265. ver. 7. & 24. Primo de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu lxvij. pag. 305. ver. 11. Et libro septimo, pag. 351. ver. 48. de Polycrate. Secundo Prognosticorum, textu 11. pag. 403. ver. 23. In Coacis Prænotionibus, pag. 438. ver. 5. 6. 8. In Mochlico, pag. 508. ver. 14. Ac etiam in multis alijs locis.

Κάπετος. Fossa, Sepulchrum, in organo quidem ὄρυγμα, id est, effossionem significat.

ANNOTATIO.

Κάπετος. Quarto de Articulis, textu lij. pag. 498. ver. 43. Postea sufficit quidem in dimidia ligni parte: nihil tamen vetat etiam per totum, velut καπέτους fossas longas quinq; vel sex, quatuor digitorum spacio inter se distantes incisas esse. In cuius commento Galenus inquit. Fossas dixit καπέτους, quod verbum non pauci ex veteribus Græcis in eadem significatione acceperunt. id mutuatur nunc Hippocrates translatione vsus ad ea caua significãda, quæ in scamno ea de causa fiunt, vt illis obijci vectes possint. Et textu liij. pag. 499. ver. 3. Ob hoc enim etiam αἱ κάπετοι fossæ incisæ sunt. Et textu lviij. pag. 499. ver. 31. Et ex καπέτων fossa conueniente fulcito, contra obnitatur.

Κοιλίη. Omnis latitudo sub septo transuerso. aliquando

A verò latitudo thoracis. quandoq; & venter ipse. & vulnerum concauitates.

ANNOTATIO.

Κοιλίη. Pro aluo, sine aliqua adiunctione multis in locis ab Hippocrate vsurpatur. Libro de Dentitione, pag.53. ver.41. Quibus ἡ κοιλίη aluus multum profluit. Et ver.43. His κοιλίη aluus supprimitur. Et in eodem loco. ἡ κοιλίη aluus amplius subducitur. Secũdo de Dięta pag.96. ver.30. Et pag.98. ver.3. & ver.7. Et tertio de Dięta, pag.103. ver.39. Et pag.105. ver.40. Quarto de Morbis, pag.172. ver.1.3.4. Et pag.173. ver.39. Et pag.175. ver.6.16. & 18. Libro de Affectionibus, pag.180. ver.48. Primo de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu lxv. pag.304. ver.49. Primo Aphorismorũ, textu xv. pag.390. ver.36. αἱ κοιλίαι. Et libro sexto, textu xx. pag.398 ver.23. Si in τὴν κοιλίην ventrem sanguis pręter naturam effunditur. In cuius expositione Galenus ait. Quidã sine articulo κοιλίην ventrem scribunt, volentes omnem significari cauitatem, quibus astipulatur, quod præter naturam adijcitur: per quam adiectionem tale quiddam ostendit Hippocrates; si vnquam sanguis à propria cauitate in aliam quancunq; cauitatem peruenerit, vt sanguis permaneat, est omnino impossibile. Sumitur etiam sine aliqua adiunctione pro ventriculo. & est tertia significatio ab Erotiano hic recitata. Libro de Affectionibus, pag.184. uer.7. Et corpus liquescit, dum simul cibi per multum tempus ἐν τῇ κοιλίῃ in ventre non concoquuntur, & simul à τῆς κοιλίης ventre calido præter naturam calescit. Primo de Dięta, pag.84. ver.14. Plurimus enim humor in ea parte inest, quæ κοιλίη uenter appellatur. Et uer.20. Κοιλίην ventrem quidem maximum, sicco & humido promptuarium, ut det omnibus, & accipiat ab omnibus. Quarto de Morbis, pag.171. ver.41. Quod uidelicet in paribus diebus trahit corpus de τῆς κοιλίης uentriculo, in imparibus uero dimittit. Secũdo de Humoribus, textu xxxvij. pag.116. uer.19. Quemadmodum terra stercorata hyeme calida est, ita etiã ἡ κοιλίη uentriculus. In quo loco Galenus inquit. Apud Hippocratem est superior uenter, & inferior: ac quandoq; ueteres medici, thoracem, superiorem uentrem nominantes, uniuersum uas alimenti, quod post septum transuersum collocatum est, uentrem inferiorem appellant. Quandoq; etiam uentrem superiorem uocant eum, in quem cibos deglutimus: interdum uero ea, quæ post illum sunt omnia. ac uentrem quidem inferiorem nuncupant, interdum sola intestina crassa: sed sunt etiam qui solum colon inferiorem uentrem dici uelint. hoc uero loco non dubium est, quin uentrem inferiorem uocet id uasculum solum, quod alimenta excipit, in quo concoctiones fiunt. Reperio hanc uocem

etiam cum adiectione ἄνω & κάτω vſurpatam. Libro de Affectionibus, pag.184.ver.30. τὴν δὲ κοιλίην Venter autem curetur, τήν τε ἄνω, tum ſuperior, tum τὴν κάτω inferior. Libro de Carnibus, pag.42. uer.5. In maxilla venæ ſunt, & hæ huic oſſi ſoli, inter omnia oſſa, ex κάτω κοιλίη inferno ventre alimentum præbent. Tertio de Diæta, pag.103.ver.15. Libro de Flatibus, pag.119.ver.23. Quarto de Morbis, pag.172.ver.1. Libro de Affectionibus, pag.184.ver.5.18. Pro latitudine thoracis cum adiunctione dictionis ἄνω accipitur. Libro de Affectionibus, pag.184. ver.4. de lienteria. Morbus autem fit, quum ex capite, & τῆς ἄνω κοιλίης ſuperiore ventre, pituitæ defluxus fit in ventrem κάτω inferiorem. Et ver.15. Et oportet ipſos ſic ſanare, ita vt defluxum à capite, & τῆς ἄνω κοιλίης ſuperiore ventre intercipias. Septimo Aphoriſmorum, textu xxxviij.pag. 399.ver.47. Deſtillationes in ἄνω κοιλίην ventrem ſuperiorem, in viginti diebus ſuppurantur. In cuius commento Galenus inquit. Κοιλίην ἄνω ventrem ſuperiorem nunc nominat, qui à thorace præfinitur, quem pulmo obtinet. At vero pro vulnerum concauitatibus hanc vocem ſimplicem non reperi, ſed compoſitam. Libro de vulneribus capitis, pag.448. ver.1. Sed & in circulum ὑπόκοιλα ſubcaua (ſcilicet vlcera) & ſuppurata magis fiunt. Libro de vlceribus, pag.513.ver.30. Ex vlceribus rotunda, ſi ὑπόκοιλα ſubcaua fuerint, excidere oportet vndiquaque in orbem ea, quę diſceſſerunt.

Κράδας. Nonnulli ficus folia, nonnulli vero ramos interpretantur.

ANNOTATIO.

Κράδας. Libro de Superfœtatione, pag.52.ver.11. Potes & κράδης ramulorum fici corticem deraſum, ac tenuiter tritum ammiſcere. Libro de Vlceribus, pag.515.ver.1. Κράδης Fici, dum ſucculenta eſt, corticem viridem, in vino tritum immittito.

Καταστάσιας. Repoſitiones.

ANNOTATIO.

Καταστάσιας. Primo de Fracturis, textu 1. pag.456. ver.23. Oportet medicum, & luxationū, & fracturarum καταστάσιας extenſiones quàm directiſſimas facere. Et libro tertio, textu xxxviij.pag.468.ver.19. Quibus vero oſſa fracta, & extra eminentia, in ſuam ſedem collocari nō poſſunt, his hæc κατάστασις reſtitutio debetur. In cuius expoſitione Galenus ait. Solent Græci, qui Aſiam incolunt, vſurpare verbum καταστῆσαι, vt ſignificent in ſuam ſedem collocare. vnde mihi videtur Hippocrates ducere nomen καταστάσιος, per σ tertiam ſyllabā ſcribens: ſic, vt idem ſignificet,

A ficet, quod καθίδρυσις. quod vocabulum nihil aliud sibi vult, quàm aliquid in suam sedem collocare: quam rem κατάςασιν dixit. Male igitur scribunt nonnulli κατάτασιν absque σ. non enim per intentionem, quam κατάτασιν notat, sed & per impulsum nudata ossa in suũ locum reconduntur. Quarto de Articulis, textu xlvij. pag. 498. ver. 25. Sed enim in κατατάσει extensione deficiunt. Et textu xlviij. ver. 38. & 39. Sic igitur κατάτασιν extensionem ad pedis partem præparatã facere oportet. sed & in alteram partem κατάτασιν extensionem nõ solum ex deligatione circa pectus & alas in contrarium extẽdere oportet. Ex quibus patet aut Erotiani exemplar esse deprauatum, aut eius expositionem cum Galeni sensu non conuenire.

Κεάξαι. Ligare.

B Κυκλέοντα. Circumuoluentem, & circumeuntem.

Κατανύσεις. Contendis.

Κατηπορήθη. Debilitatus est.

Κρέμα. Suspende.

ANNOTATIO.

Κρέμα. Quarto de Articulis, textu xliij. pag. 497. ver. 47. Ex pedibus hominem ad transuersam mediæ domus trabem κρεμάσαι suspendere oportet. Et textu xliiij. pag. 498. ver. 5. Omnia vero hæc supino iacẽti ipsi præparentur, vt quàm breuissimo tempore κρέμηται pendeat. Et textu xlv. pag. eadem, ver. eodem. Postquam vero κρεμασθῇ suspensus fuerit. Et ver. 8. Rectus astans, ad corpus κρεμαμένου suspensi, de repente ἐκκρεμασθέντα se appendens, sublimis, & æquabilissime depẽdeat. Et uer. 10. Nam & ipsum corpus κρεμάμενον suspensum, sua ipsius grauitate extensionem facit. & is, qui ἐκκρεμασθεὶς appendet, vnà cum extensione, femoris caput super acetabulum eleuari cogit. Et textu lxiiij. pag. 500. uer. 48. ἐκκρεμάσαι. Et pag. 501. ver. 4. Primo de Articulis, textu xiiij. pag. 473. ver. 18. 19. κρέμα tamen nusquam reperi.

C

Κομψευόμενος. Dolose agens. Siquidem Attici fraudem Κομψείαν, & fraudolentum Κομψὸν appellant, vt est apud Euripidem.

ANNOTATIO.

Κομψευόμενος. Quarto de Articulis, textu xliij. pag. 497. ver. 47. Si quis talium rerum κομψευόμενος iactatione superbire velit. In cuius commento Galenus ait, Qui cum ostentatione aliquid efficiunt, ab Atticis κομψεύεσθαι dicuntur: quemadmodum nunc ab Hippocrate, qui

ostentationem exprimere volens, vsus est verbo κομψευόμενος. Quę expositio cum Erotiani sensu non conuenit. D

Κατατεῖναι. Hippocrates non vtitur hac voce pro extensione, sed pro collocatione. hoc ex his patet. Hominem vero si susceperit fomentum, multa calida lauare, deinde pronum κατατεταμένον extentum, hoc est collocatum. Et paulo inferius inquit. Deinde principia alligentur ad lignum pistilloforme, congrua longitudine τῷ ὑποτεταμένῳ extenso, hoc est, subiacenti. Et in libro de Fracturis, quum dicit. Cognoscet autem quis ipsius manum κατατείνας extendens, quam molesta sit figura. & nunc hoc κατατείνας pro σχηματίσας posuit, hoc est, cum aliqua figura disponens, & locans ipsam supinam. positionem enim manus apte non facile potest efficere. E

ANNOTATIO.

Κατατεῖναι. Tres loci ab Erotiano adducti, in Hippocratis codice parumper diuerse leguntur; quorum primus est in tertio de Articulis, textu xlix. pag. 486. ver. 42. Secundus, in eodem textu, ver. 47. Tertius in primo de Fracturis, textu xiij. pag. 457. ver. 16. In quibus Germanus interpres vertit, extentum; extensionem; extendatur. Vtitur etiam hac voce Hippocrates in multis alijs locis. Primo de Fracturis, textu xvj. pag. 457. uer. 30. Et textu xxxij. pag. 458. uer. 6. Primo de Articulis, textu xij. pag. 473. uer. 2. 7. 8. 13. Et textu xix. pag. 473. uer. 46. Et textu xlviij. pag. 476. ver. 18. 19. Et libro tertio, textu xlix. pag. 487. ver. 5. 11.

Κατανασιμοῦται. Consumitur.

ANNOTATIO. F

Κατανασιμοῦται. Galenus in Exegesi habet καταναισιμοῦται. Libro de Glandulis, pag. 56. ver. 37. Κατανασιμοῦται Consumitur enim tum multa, tum modica in ipsas glandulas (scilicet humiditas) Et pag. 57. ver. 27. Sed & hęc tota (scilicet humiditas) ἀπανασιμοῦται consumitur, similiter velut superior.

Καταναγκάζεται. Vim facit.

ANNOTATIO.

Καταναγκάζεται. Secundo de Fracturis, textu x. pag. 460. ver. 12. de luxatione ossium pedis. Vnumquodq; in suum locum ἀναγκάζειν cogere oportet. In cuius commento Galenus ait. Compellere autem Hippocrates.

A tes dixit, ἀναγκάζειν, vel vt alia exéplaria hebent, καταναγκάζειν, quod idem sibi vult, ac si dicat, os suo loco motum restituere. Libro de Genitura, pag.29.ver.39. Et fermè omnia nascentia sic habent, quo modo quis ipsa καταναγκάση cogat. Libro de Septimestri partu, pag.44. ver.31. Et quadraginta dierum afflictionem perferre ἀναγκάζονται coguntur. Libro de Octimestri partu pag.46. ver.48. Ἀναγκάζεται Coguntur enim multa in pauco tempore assumentes, ac perferentes, multum ægrotare. Et pag.47.ver.17. Ὥς τε ἀναγκάζεσθαι Vt cogantur præ ingestorum copia. Primo de Articulis, textu xx.pag.474.ver.2. Et postea ad alteram partem manum καταναγκάζειν deorsum cogere vnà cũ ligno. Et textu xxj. pag.eadem, ver.13. Idem facies, si super scalam καταναγκάζειν vim adhibeas. Et textu xxij.pag.eadem, ver.16. Et ad alteram partem corpus καταναγκάζειν deorsum cogere. Et textu lxij. pag.477.ver.13. καταναγκάζειν B cogere deorsum tamen os supereminens oportet. Et textu lxv.pag.eadé, uer.42. Vt supereminentem partem καταναγκάζειν deorsum cogat. Et uer.44. Supereminentia deorsum καταναγκάζεσθαι cogunt. In Mochlico pag.507.uer.31. καταναγκάσαι. Et pag.508. ver.17. καταναγκάζουσι.

Κιγκλισμὸς ἀκρωμίης, id est, Motus acromij. Κίγκλος vero est auis species valde mobilis, & quæ facile perturbatur.

ANNOTATIO.

Κιγκλισμὸς ἀκρωμίης. Galenus in Exegesi habet κιγκλισμὸς motio breuis, continuata, ἀπὸ τοῦ κίγκλου à cinclo animali facta uox. Primo de Articulis, textu lxvij.pag.478.uer.17. Paruus enim est κιγκλισμὸς motus articuli in pectore. In cuius comméto Galenus ait. Exiguum motum uocauit κιγκλισμόν. at siue uocabulum sumatur à motacilla aue, quæ C Græce κίγκλος dicitur, eo quòd assidue caudam moueat, siue à quouis alio, non pertinet ad hunc locum. In commento uero textus lxix. subiungit. Quemadmodum in præcedentibus uerbis κιγκλισμὸν dixit paruum motum, nunc πλοώδης ἐσὶ quod supernatat. Quarto de Articulis, textu xlvj.pag.498.uer.17. Sed ex modica extensione, quantum manibus directio fieri potest, & κιγκλισμὸς ex exigua motione. Qué locum exponés Galenus inquit. Ante κιγκλισμὸν masculino genere dixit, nunc fœminino κίγκλισιν, quod uocabulum διακίνησιν, id est, exiguum motum significat. Quæ omnia cum expositione Erotiani parum quadrant.

Κραίνουσι. Dominantur, regnant.

ANNOTATIO.

Κραίνουσι. Galenus in Exegesi exponit, desinũt. Tertio de Articulis.

textu xxxiij.pag.485.ver.29. Item quibus inuolucris ipsa medulla intecta sit, & vnde profectis, & vbi κραίνουσι desinentibus, & quibus cum communionem habentibus. In cuius cõmento Galenus inquit, Huiusmodi autem ligamenta, non secus atque ipsa medela ad imam spinam finiuntur. finitis Hippocrates dixit κραίνουσι, sicut Poëta quum inquit: D

Εἴπερ δὴ κρανέω γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσαι

Si modo perficiant isthęc, finemq; sequantur:

Ego, vt verum fatear, pro dominari hanc dictionem nusquam apud Hippocratem vsurpatam fuisse reperio.

Κυφοῦται ῥαχις, id est, Curuatur.

ANNOTATIO.

Κυφοῦται ῥάχις. Tertio de Articulis, textu vj.pag.484. ver.3. Et quibus quidem κυφοῦται ῥάχις gibba fit spina, dum pueri sunt. In libro de Articulis, pluries reperitur κῦφον et κύφωσις. E

Κλέπτεται ἡ ῥαφὴ, id est, Decipit, vt ait in quinto de Morbis vulgaribus, ἔκλεψαν, deceperunt mentem meam futuræ continentes in se læsionem iaculi.

ANNOTATIO.

Κλέπτεται ἡ ῥαφή. Locus ab Erotiano adductus, est in quinto de Morbis vulgaribus, pag.338. ver.21. Ἔκλεψαν Deceperũt enim mentem meã futuræ, habentes in seipsis iaculi læsionem. Libro de Vulneribus capitis, pag.448.ver.22. Συγκλέπτουσι Fallunt enim & mentẽ, & visum medici αὗται αἱ ῥαφαὶ hæ suturæ, fissuræ speciem referentes.

Καμπυλεύεσθαι. Flecti. F

ANNOTATIO.

Καμπυλεύεσθαι. Diuerso modo reperio scriptam hanc vocem in codicibus Hippocratis, & propterea suspicor mendose eam scribi. Tertio de Articulis, textu xlvij.pag.486. ver.23. Si enim καμπύλεσθαι inclinare se conatur. Et textu cxiij.pag.494. ver.16. Anterior enim pedis pars, vbi reliquum crus extentum fuerit, non similiter in anteriorem partem καμπυλεῦσθαι inflecti potest. In cuius commento Galenus ait: Pars pedis, quæ ad plantam & digitos est, quam priorem appellat, extento poplite contingere terram non potest. Vocauit autem eiusmodi pedis habitum καμπύλον, id est, curuum: nam commissura, quæ ad talum est, neq; extenta dici solet, neq; flexa, sicut ea, quæ ad poplitẽ, & ea, quæ ad inguen. Et paulo post, subiungit. Vbi posteriores musculi calcem ad se trahunt,

vnà

A vnà cum ea parte, quæ inter talos & digitorum radices eſt, nullum eſt nomen poſitum, quo iſtiuſmodi habitus nominetur: quare Hippocrates eum appellauit καμπύλον: vocem inueniens rei, quam exprimit accommodatam. Ergo quum muſculi poſteriores cruris, calcē & vniuerſum pedem trahunt ad partem poſteriorem, eiuſmodi habitum pedis Græci nonnulli κάμπην flexionem, nonnulli ἔκτασιν extenſionem nuncupant: quemadmodum vbi pes in contrariam partem à prioribus muſculis mouetur, alij ἔκτασιν, alij κάμπην nominant. in quo caſu dici ſolet pedem σιμοῦσθαι, id eſt, ſimum fieri. in contrario nullum eſt nomen, de quo inter omnes conueniat. Reperio etiam καμπυλώταται in tertio de Articulis, textu xxxviij. pag. 485. ver. 35. Καμπυλώταται Curuiſſimę autem ſunt hominis coſtæ.

Κατάπηροι. Mutilati. Πηροὶ enim mutilati dicuntur.

B ANNOTATIO.

Καταπηροι. Hanc vocem compoſitam non reperi, ſed tantum ſimplicem. Libro de Genitura, pag. 29. ver. 40. At vero πηρωθὲν mutilū in vtero puerum ſentio, aut contuſum ex matris vterū gerentis plaga, aut eiuſdem lapſu, aut alio quopiam violento affectu matri accidente πηρωθῆναι mutilatum eſſe. Qua vero parte mater plagas acceperit, ea puer πηροῦται mutilatur. Quin & alia huiuſmodi cauſa pueri πηροῦται mutilantur. Quum in vtero iuxta locum, in quo ἐπηρώθη mutilatus eſt fœtus, anguſtia fuerit, neceſſe eſt corpus, quod in anguſtia mouetur, πηροῦσθαι mutilari iuxta illum locum.

Κόκκαλος. Nux pinea.

ANNOTATIO.

C Κόκκαλος. Galenus in Exegeſi inquit, κόκκαλον cōplures nucleum pineæ nucis intelligunt. Dioſcorides Cnidium granū per diminutiuum. Quarto de Ratione Victus morborum acutorum, textu lxx. pag. 380. ver. 44. Κόκκαλος nux pinea, & myrrha in eclegmate dentur. In cuius commento Galenus ait. Quem ipſe κόκκαλον, id eſt, fructum pini vocat, non ita ab antiquis Græcis, ſed κῶνος potius nominatur, vt à recentioribus medicis ferme omnibus στρόβιλος. Hic notandū eſt, Dioſcoridem, de quo in Exegeſi meminit Galenus, non eſſe Anazarbeum, quum is nuſquam dicat κόκκαλον eſſe granum Cnidium. in qua opinione eſt etiam Hermolaus Barbarus.

Κεκρύφαλος. Velum capitis. eſt autē hoc ſpecies ligamenti capitis, vt Homerus. Vittam κεκρύφαλόν τε velum & reticulum, quo capilli colligantur.

ANNOTATIO. D

Κεκρύφαλος. Locus Homeri est Iliadis libro vigesimosecundo.

Κεκράκται. Clamatores, et vociferatores.

Κάσειον οἶνον. Vinum casium, fortasse Syriacum dicit. mouetur à Casio monte.

Καταιγίζωσι. Subuertant. καταιγίζειν enim subuertere dicitur. Nonne magis ordinanda esset dictio pro ὁρμήσωσι, hoc est, impetum faciant, ab Aegiocho.

ANNOTATIO.

Καταιγίζωσι. Tertio de Morbis, pag.160. ver.8. Et ad ipsos quidem dolores, quum καταιγίζωσι irruunt. Et pag.163. ver.43. Quum vero καταιγίζουσιν impetu fertur morbus. Secundo de Morbis muliebribus, E pag.289. ver.10. Si dolores repentini καταιγίζωσιν irruerint. Septimo de Morbis vulgaribus, pag.357. ver.49. de Geniate ī Delo iaculo percusso. Quarta die etiam ad pubem, & totum ventrem dolor καταιγίζων vehementer irruebat. Notādum est Aegiochum esse Iouis epitheton, ductum ab ὀχῆς, & αἰγὸς, quod scilicet nutritus sit à capra: vel ab ἔχειν αἰγίδα, quod est, tenere scutum: quoniam Aegide vtatur.

Κνείων. Dicuntur κνεῖαι lati lumbrici.

ANNOTATIO.

Κνείων. In aliquibus exemplaribus non sic legitur, sed Κνεῖαι. κυρίως λέγονται αἱ πλατεῖαι ἕλμινθες, hoc est, Κνεῖαι, proprie dicuntur lati lumbrici.

Κατηπέδανος. Iners, vt Homerus ἠπεδανὸς id est, Iners autem seruus, tardi autem equi. F

ANNOTATIO.

Κατηπέδανος. Locus Homeri est Iliadis octauo.

Κυρκανᾶται. Turbatur.

ANNOTATIO.

Κυρκανᾶται. Primo de Morbis muliebribus, pag.247. ver.3. Quandoq; etiam sanguis tenuis, syncerus, pelliculis plenus. Quibusdam etiam κυρκανᾶται conturbatur.

Κραμβίον. Siculi cicutam sic appellant.

A

ANNOTATIO.

Κραμβίου. Galenus in Exegesi habet κραμβίῳ, quam vocem dicit significare decoctũ brassicæ. quæ expositio ab Erotiani sensu longe distat.

Κώφωσις ὀφθαλμῶν. Nunc κώφωσιν pro impedimento posuit. proprie enim auditui accommodatum est.

Κνήστρυ. Κνηστῆρες. Nicander inquit. Laserpitij, quam κνηστῆρι conterent dentes.

ANNOTATIO.

Κνήστρου. Galenus in Exegesi duarũ vocum meminit, nempe κνῆστρον & κνήστρῳ. Κνῆστρον in aliquibus exemplaribus habet primam syllabam per ι. non per η, scriptam, quod significare ait idem quod κνέωρον, quã vocem interpretes vertunt, instrumentum scalptorium; sed potius vertendum esset, planta quædam. Κνήστρῳ vero exponit, cultello quodam. est autem cultellus, quo raditur caseus, in qua significatione nusquam apud Hippocratem hanc vocem reperire potui: Pro planta vero sumi, semel atque iterum legi. Primo de Morbis muliebribus, pag. 260. ver. 37. Aut κνῆστρον cnestrum in aquæ potabilis heminis quinq; coquito. Et libro secundo pag. 282. ver. 1. Κνήστρου Cnestri duas potiones in aquę hemina coquito. Hoc nomine Dioscorides, libro quarto, capite clxvij. vocat Thymelæam, quam κέστρον vel κνέστρον quidam appellant. Plura de ea leges apud Hermolaum Barbarum, & Marcellum Vergilium. Cęterum Nicandri locus admodum obscurus est, & Gręcus illius expositor dicit casum pro casu in eo poni, vt κνηστῆρι κατατρίψειαν ὀδόντες, idem sit, quod κνηστῆρες ὀδόντες, hoc est, molares dentes, qui, vt coniectura assequi possum, à verbo κνημόω, quod est frango, ita appellantur. Nunquid autem κνηστῆρι pro planta quadam, aut potius pro thymelæa sumi debeat, à linguæ Græcæ studiosis sedulo expẽdendum est. Nicandri enim carmina ex libro de Theriaca non longe à principio hæc sunt.

> Αὔτως δ' ἀλθήεν τ' ἐλελίσφακον, ἐν δέ τε ῥίζαν
> Σιλφίου, ἣν κνηστῆρι κατατρίψειαν ὀδόντες.

Quæ ita verti possent.

> Simpliciter autem salubrem saluiam, & radicem
> Laserpitij, quam cum thymelæa conterant dentes.

Est & alter Nicandri locus in Alexipharmacis, circa medium tractationis, in quo etiam huius vocis mentionem facit, ita inquiens.

> Ἢ ὀδελὸν κνηστῆρι κατατρίψαιο χαράκτρῳ
> Σιλφίου, ἄλλοτ' ὀλίζον ἀποτμήξας ὀποῖο.

hoc est, vt illius interpres vertit.

Laſeris aut radix obolum quæ pendeat vnum, D
Secta iuuat, modicusq; liquor, qui fluxit ab illo.

Vbi diuinandum eſt, quid ſibi velit pro voce κυκεῶρι. ſic autē verterem.

Vel obolum cum thymelæa conteres mortario.
Laſeris, interdum parum ſecando exprimes ſucci.

Quam ego coniecturam abijcere non grauabor, quamprimū apud Hippocratem inuenero eam vocem pro inſtrumento ad ſcalpendum, vel incidendum, vel contundendum apto, vſurpari.

Κυρβασίην. quæ dicitur Mitra. Necatæus autem inquit pileum barbaricum à Comicis appellari.

ANNOTATIO.

Κυρϐασίην. Galenus in Exegeſi dicit eſſe pileum acutum, quod etiam tiara dicitur. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 284. ver. 34. Deinde ex linteo, velut κυρϐασίην pileum conſuito, & magnitudine, vt mammam capiat, atque ſic mammam indito. E

Κυησέρης. dicit κυησέρην veſtem craſſam & raram, per quam nonnulla tanquam per colum ſtillant. Meminit etiam huius Ariſtophanes in Atticis vocibus.

ANNOTATIO.

Κυησῆρης. Galenus in Exegeſi habet κρησῆρα, farinæ tritici, quam euolationem vocant: eſt & ſacculus quidam lineus. Antiquus codex habet κυησῆρα.

Κικήθη. Quæ ſunt mali moris, ac maligna.

Κλισίην. Lectum, παρὰ τὸ ἐν αὐτῇ κατακλίνεσθαι, id eſt eo quod in ipſo accubamus. F

Κηρυϐίων. Palearum & furfurum. Attica vox eſt.

ANNOTATIO.

Κηρυβίων. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 278. ver. 22. Hæc trita, vino diluta, cum κυρηβίων furfuribus hordei bis in die dato. Quam ſententiam repetit libro de Natura Muliebri, pag. 226. ver. 34. Aduertendum eſt primam ſyllabam ab Erotiano ſcribi per η, ſecundam per υ, in Hippocratis vero exemplaribus ſcribitur prima per υ ſecunda per η.

Κεάσει. Scindet.

Καρκινοῦσθαι. Indureſcere.

ANNOTATIO.

Καρκινοῦσθαι. Primo de Morbis muliebribus, pag. 244. ver. 34. Ne vl-

A cera καρκινωθῆναι cancerosa fierent. Et libro secundo, pag. 280. ver. 10. de vtero indurato, Et omnia καρκινοῦσθαι cancerari solent.

Κρήμνη. Labra pudendi muliebris.

ANNOTATIO.

Κρήμνη. Galenus in Exegesi habet κρημνοί, & exponit, labia vlcerũ: in libro de Locis hominis: & pudendi muliebris partes & alæ. In eo libro, pag. 74. ver. 9. ita scribitur. Et quum quidẽ vteri osculum suum non demittentes, & κρημνῶν pudendi eminentias non contingentes transmoti fuerint foras, leuissimus morbus est. Et ver. 11. Et osculũ in κρημνὸν pudendi eminentias ac labra immiserint. Et ver. 12. Ex eo quòd κρημνὸν pudendi eminentijs incumbit. Sumitur etiam hæc vox pro labijs vlcerum. Libro de Locis in homine, pag. 70. ver. 42. Postquam caro tumida B & inflammata circuncirca fuerit, & οἱ κρημνοί margines vlceris magni extiterint, & vlcus ipsum humidum.

Κρύωξα. Olus apio simile, quod propè mare oritur.

Κεδρίνῳ ἐλαίῳ. Cedri resina.

ANNOTATIO.

Κεδρίνῳ ἐλαίῳ. Libro de Natura muliebri, pag. 221. ver. 47. Butyrum, κέδρινον ἔλαιον oleum cedrinum modicum cum melle liquefacito, & tepida infundito. sic vertit Germanus interpres. Primo de Morbis muliebribus, pag. 259. ver. 17. Butyrum & κέδρινον ἔλαιον oleum cedrinum in modico melle tepefacito, ac infundito.

Κάτοπτρον, hoc est, ἡ μηλωτὶς, specillum auricularium.

Κρήγυον. Verum. Nonnulli, bonum, vt Homerus. Vates C malorum nunquam mihi τὸ κρήγυον bonum dixisti.

ANNOTATIO.

Κρήγυον. Locus Homeri, ab Erotiano citatus, est in primo Iliadis.

Principium Λ.

Λέγων. Colligens, dinumerans, vt Homerus. Spinosasq; sepes λέγων colligens, & arbores proceras plantans. Et rursus. Nos autem primos λέγε connumeres cetis.

ANNOTATIO.

Λέγων. Homeri primus locus est libro xviij. Odyssea. Secundus autem est in iiij. eiusdem.

Λιμῶ

Λιμῶ δέ τι ἴσχει αὐτὸν. id est, Magna nutrimenti indigentia. D

ANNOTATIO.

Λιμῶ δέ τι ἴσχει αὐτὸν. Hunc locum deprauatū esse, facile est conijcere ex ijs, quæ Hippocrates scribit, primo Prognosticorum, textu viij. pag.401.ver.41. Siquidem igitur, inquit, in principio morbi facies talis fuerit, & nondum ex alijs coniecturam facere licuerit, interrogare oportet, num iam vigilauerit homo, aut aluus resoluta admodum fuerit, ἢ λιμῶδές τι ἔχῃ αὐτὸν aut fames aliqua ipsum teneat. Libro de Veteri medicina, pag.6.ver.46. Τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ μέγα. Fames enim magnam potentiam in naturā hominis habet. sic vertit Germanus interpres. Caluus vero. Pars enim famis & inediæ plurimum in hominis natura potest. Libro de Locis in homine, pag.71.ver.36. Morbi quicunq; vlcera sunt, & super reliquum corpus eminent, eos simul cum medicamentis etiam λιμῷ fame curare oportet. E

Λαπάσσουσαι. Mollientes, euacuantes. rationi vero consentaneum est, ἀπὸ τοῦ λαπάθου hanc vocem esse dictam, quod ventrem mollem reddit.

ANNOTATIO.

Λαπάσσουσαι. Secundo Prognosticorum, textu 11. pag.403.ver.25. de tumore hydropis. Neq; ventrem λαπάσσουσαι molliunt. Libro de Affectionibus, pag.183. uer.10. Splenem tamen λαπάσσει molliunt. Sexto de Morbis vulgaribus commētario quarto, textu j. pag.346.uer.27. Quæ circa aurem aliquibus circa iudicationem exorta non suppurata fuerint, his λαπασσομένων disparentibus, uel inanitis recidiua fit, pro ratione recidiuarum. In cuius expositione Galenus inquit. Iam autem sæpe accepistis, consueuisse Hippocratem verbum λαπάσσεσθαι, hoc est, subduci, usurpare in ijs omnibus, quæ quoquo modo retrahuntur, quòd ea fiant inaniora. F

Λαπάρην. Latus.

ANNOTATIO.

Λαπάρην. Libro de Locis in homine, pag.64.ver.36. de distributione uenarum. Fertur autem sub splenem ad sinistrum λαπάρην latus, unde splenis propagatur. Et pag.67. uer.46. Dolor occupat λαπάρην lateris mollitudinem, & clauiculam πρὸς τὴν ἐς τὴν λαπάρην eiusdem lateris. Et pag.68. uer.6. de peripneumonia. Et dolores multo fortiores sunt, qui ad λαπάρας laterum mollitudines, & clauiculas tendunt. Libro de Flatibus, pag.120. ver.8. de spiritus penetratione. Aliquando præcordia petens,

A tens, aliquando λαπάρας ilia. Libro de Internis affectionibus, pag. 196. uer. 48. Dolores præmunt ipsum in τὴν λαπάρην καὶ ἐς τὸν κενεῶνα latus, & in lateris mollitudinem, & in lumbos. Et pag. 203. uer. 11. Et dolor aliàs atq; aliàs incidit acutus, & in λαπάρην lateris mollitudinem, & in uentrem. Primo de Morbis muliebribus, pag. 233. uer. 7. de mensibus suppuratis. Supra inguen, iuxta λαπάρην lateris mollitudinem erumpent citra tuberculum. Et uer. 11. Et ad λαπάρην lateris mollitudinem allapsi fuerint. Et uer. 15. Fruitur sanguine caro ipsa, ut pote osculo uterorum λαπάρῃ lateris mollitudini adiacente. Et uer. 18. Et menses processerint per pudendum, id, quod circa λαπάρην lateris mollitudinem eminuit, sedatur.

Λιβύη, Δήλῳ, Σκυθίῃ. nunc Hippocrates voluit tria climata orbis habitabilia declarare. Λιβύην quidem aperte dicens,
B Asiam vero per Delum, Europam autem per Scythiam.

ANNOTATIO.

Λιβύῃ, Δήλῳ, Σκυθίῃ. Tertio Prognosticorum, textu xl. pag. 408. uer. 42. Nam καὶ ἐν λιβύῃ, καὶ ἐν Δήλῳ, καὶ ἐν Σκυθίῃ, & in Libya, seu Africa, & in Delo, & in Scythia præscripta signa vera comperiuntur. In cuius commento Galenus ait, Nihil aliud docere, quàm vtrunq; genus signorum, quæ bona, quæque mala sunt, sibi ipsis idem significare in omni regione, siue ea calida, siue frigida, siue temperata sit. nam Africam pro calida, Scythiam pro frigida, Delum pro temperata, & inter vtranq; media regione exempli causa commemorauit. Ex quibus clare patet, Hippocratem non tres orbis partes voluisse designare, sed tres regiones pro exemplo adducere, nimirũ ualde calidam, temperatam, & valde frigidã.
C Reperio λιβύῃ, Secundo de Diæta, pag. 91. ver. 25. Libro de Morbo sacro, pag. 122. ver. 40. Quarto de Morbis, pag. 166. ver. 48. Et pag. 177. ver. 48. Σκυθέων frequenter meminit in libro de Aëre, aquis & locis. Δήλῳ vero per quam raro.

Λύγγος Singultus.

ANNOTATIO.

Λύγγος. Quarto de Ratione victus morborum acutorum, textu lxix. pag. 380. ver. 41. Febri λυγγώδει singultuosæ, silphij succum, acetum mulsum, daucum tritum, bibenda dato. In cuius commẽto Galenus ait, Singultus, & λύγγας, & λύγγους appellare consueuerunt. Sunt autem stomachi motiones quædam, conuulsionis speciem facientes. Primo Prorrheticorum, commentario secundo, textu lx. pag. 411. ver. 3. Num his turbidus spiritus, & genituræ simile quid superueniens λύγγα singultum significat?

significat? Quam sententiam repetit in Coacis prænotionibus, pag. 429. ver. 17. D

Λαπῶδες. Bacchius in secundo libro interpretatur splendidum, & purum, per μ, primam syllabam scribens, vt sit λαμπῶδες. non recte perpendẽs. λάμπη enim dicitur crassior illa superficies, quæ apparet in aceto ex vino adulterato. prætereа quasi pinguedo glutinosa, quæ in oliuis apparet, aqua cõditis. Quare hinc λαμπώδη dicenda sunt omnia, quæ habẽt quædam innatantia similia λάμπῃ.

ANNOTATIO.

Λαπῶδες. Primo Prorrheticorum, commentario secundo, textu lx. pag. 411. ver. 3. Emictum in his λαμπῶδες splendidum iuuat. Quam sententiam repetit in Coacis prænotionibus, pag. 429. ver. 17. Galenus in expositione eius loci inquit. Duplex autem in hoc sermone est obscuritas. Vna quidem est, quid nam λαμπῶδες, id est, splendidum significet, scriptum quidem ab aliquibus per duplex ππ, ab alijs vero per μ, & π. Et paulo post subiungit, Prætermissa à nobis inuestigatione, si non λαππῶδες scriptum per duplex ππ significat λαμπῶδες, quod per μ & π, quidam scribunt. vt enim per eos scriptum ἀπὸ τῆς λάμπης, ita λαππῶδες ἀπὸ τοῦ λάππειν appelletur. E

Λαιλαπώδης. Λαῖλαψ dicitur imber, qui cum vehementi vento fit.

ANNOTATIO.

Λαιλαπώδης. Primo de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu iiij. pag. 302. ver. 45. Niues & aquæ assiduæ multę. & cœlum λαιλαπώδης procellosum, ac nubilum. In cuius commento Galenus ait. Procellas autem (græce λέλαπας) ventos repentinos & vehementes vocamus, præcipue quum coniuncti sunt cum pluuia larga. In quo loco aduertendum est primam syllabam per ε non per αι scribi. Et libro sexto, commentario quarto, textu xix. pag. 347. ver. 4. Aquarum arte non præparatarum, quæ quidem ab æthere excreta est, aut cum tonitruo, tempestiua, λαιλαπῶδες procellosa vero mala. F

Λόποι. Cortices. παρὰ τὸ λέπεσθαι, id est, à decorticare dicti.

ANNOTATIO.

Λόποι. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 279. ver. 29. de vtero indurato.

A durato. Decedit autem velut λοπὸς cortex & pellicula crassa. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione prima, pag.312.ver.7. Sed & quæ sub cutem abscedunt foras tubercula velut putrescentia, & quæ suppurantur, aut vlcus, aut eiusmodi pustulæ, aut λοποὶ squamæ, aut defluuium capillorum. Λοπὸς folium tenue, aut exilem corticem significat, qualis est cepæ tunica, & arborum libri. hic desquamationem indicat, quæ in impetigine, aut porrigine affrictu decidit. Significat etiam cutis superficiem, vt in annotatione dictionis λόπω dicetur.

Λίως. Perfecte.

Λάπαρα. Tenera.

ANNOTATIO.

Λάπαρα. Sexto de Morbis vulgaribus, cõmentario tertio, textu xxxij. pag.346.uer.12. Ipsis venarum rubor, liuor, pallor, laterum dolores λαπάραι
B molles. Quem locum exponens Galenus, inquit. Quod autem in fine ait, Costarum dolores molles. quidam in hoc probabiliter commutarunt λαπάρας, hoc est, ventris dolores, quos excitari volunt in ijs, qui importune exercentur. Omnes tamen intelligunt costarũ dolores molles. ac molles eos intelligunt, qui sine inflammatione distentioneq; affligunt. Secundo de Morbis, pag.145.ver.42. de angina. Et si apprehensa lingua inspexeris, gurgulio non magnus est, sed λαπαρὸς mollis. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione sexta, pag.318.ver.11. Et præcordia non fuerint λαπαρὰ mollia, diuturnus fit morbus. Et ver.35. In voluulo λαπαροῦ molli, frigidum vinum multum meracum pro ratione dato. Vtitur etiam hac voce Hippocrates. Secundo Prognosticorum, textu xix. pag. 404.ver.3. In Coacis prænotionibus, pag.432.ver.40. Tertio de Articulis, textu lix. pag.488.ver.39. In Mochlico, pag.508.ver.45.

C

Λοχεῖη. Purgatio, quæ fit post partum.

ANNOTATIO.

Λοχεῖη. Libro de Natura pueri, pag.39. ver.15. de muco sanguineo. Atque hic viam struit λοχίων purgationi à partu cõsequenti. Primo de Morbis muliebribus, pag.234.ver.17. Verum signa eadem, & ijdem fines, tum ei, quæ primo peperit; tum ei, quæ λοχίων puerperia experta est, contingunt, si non curetur. Et pag.242. ver.17. Nunc vero dicam de λοχείων puerperij purgamentis. Quum mulieri aut λοχεῖα partus purgamenta non fuerint purgata. Et ver.30. Si vero à capite delatus fluxus, ad λοχείην puerperij purgationem vertatur. Et uer.45. Et τὰ λοχεῖα puerperij purgamenta ipsi occultabuntur. Et pag.243.ver.7. Fiunt autem & vlcera in vteris, vt pote λοχείων puerperij purgamentis putrefactis. Et

ver.13.

ver.13. Et aliàs atq; aliàs λοχεῖα puerperij purgamenta procedunt maligna. Et uer.15. Si vero κάθαρσις ἡ λοχείη purgatio puerperij, primis tribus, aut quatuor diebus processerit. Et ver.48. Si vero paulo pauciora quàm oportet, prodierint mulieri τὰ λοχεῖα puerperij purgamenta. Et pag.244.ver.7. Et τὰ λοχεῖα puerperij purgamenta non prodierint, velut oportet. Et pag.256.ver.32. Λοχεῖα puerperij purgamenta purgat. Et libro secundo pluries. Secundo Prorrheticorum, pag.421.ver.34. Si vero & λοχεῖα puerperij purgamenta simul fuerint intercepta. D

Λιμακέστεροι. Λιμακώδεις dicuntur palustria, & arboribus consita, & plana loca.

ANNOTATIO.

Λιμακέστεροι. Galenus in Exegesi habet λιμακώδης humidi & herbacei. Libro de Aëre, aquis, & locis, pag.76.ver.40. Atq; alij sunt quorum λιμακεστέροις planitiebus nudisq; ac siccis terris constitutio similis existit. Et pag. 80. ver.37. Qui vero loca concaua, καὶ λιμακώδεα & pratensia, & æstuosa habitant, &c. E

Λιβρῷ. Tenebroso & nigro.

Λείβονται. Libant.

Λάπτει. Bacchius scribit, λάζεται, significat autem capit.

ANNOTATIO.

Λάπτει. Inuenio λάπτουσα in libro de Corde pag.55.uer.1. Ceterum hunc humorem cor emingit, bibendo ipsum assumens ac cõsumens, pulmonis nimirum potum λάπτουσα lambens. ita vertit Germanus interpres. Caluus autem. quodq; cum de pulmone λάπτουσα sumpsit, potauit, sorpsit, sicuti lotium emittit. F

Λέμμα, quæ summa cuticula appellatur.

Λόπω. Libro, cortici.

ANNOTATIO.

Λόπω. Secundo de Articulis, textu xxvij. pag.481. ver.9. Postea corio opus est Carthaginensi, & siquidem iunior sit vulneratus, satis est λοπῷ squama inde detracta vti. In cuius commento Galenus ait. Constat autem in eo corio, partis, quæ maxime summa est, id, quod durius est, ac magis densum, nunc λοπὸν ab ipso nuncupari. Et textu xlvj.pag.483.ver.7. Postea Carthaginensis corij λοπὸν squamam magni digiti latitudine, aut prout contulerit resectam extrinsecus ad nasum, agglutinare oportet. In Mochlico, pag.506.uer.10. λοπῷ semel atque iterum.

Λελυγισμένα.

A Λελυγισμένα. Contorta: Epicles vero, complicata: sunt autem magis, vt inquit Bacchius, inflexa. Ducta est autem vox ἀπὸ τῶν λυγῶν, à viminibus, quæ sunt plantæ facile flexibiles.

Λώτου ἰχθυήματα, id est, ramenta, vel scobes.

ANNOTATIO.

Λωτου ἰχθυήματα. Libro de Vlceribus, pag.515.ver.5. Et *λώτου τὰ ἰχθυήματα* loti ramenta inspergito. Et uer.7.8.9. Et pag.516, ver.23. 24. & 28. & 34.

Λορδότατον, hoc est, τὸ ἀποσεσιμωμένον, id est, quod simũ effectum est, & curuo contrarium, λορδὸν appellatur, quod etiam & plantam vocat.

B ANNOTATIO.

Λορδότατον siue *λορδωτόν.* Has voces non reperi, sed tantum *λορδόν.* Tertio de Articulis, textu viij.pag.484.ver.9. Sed & iuxta magnum verticulum, ceruicem *λορδὸν* repandam habere coguntur. Et textu xl v. pag.485.ver.45. Ipse vero ceruicis articulus *λορδὸν* repandus est. In cuius commento Galenus inquit. Spectat in priorem partem, seu repandus est, dixit *λορδόν.* Et textu li.pag.488.ver.17. Quòd ea quidem, quæ in λορδὸν repandum emota sunt, lethalia sunt ac noxia. In Mochlico, pag. [illegible] uer.39.

Λάσιον. Linteum. sicut Theopompus in Odyssea, & Artemidorus grammaticus in libro de Vocibus dicit esse texturam lineam densam.

C ANNOTATIO.

Λάσιον. Galenus in Exegesi exponit *σινδόνην* linteum. Erotianus vero *ὀθόνιον,* quod idem est.

Λεσχηνευομένε. Versantis.

ANNOTATIO.

Λεσχηνευομένου. Libro de Probitate, pag.15.uer.49. Neq; cum imperitis multa *λεσχηνευόμενον* fabuletur, sed necessaria. Primo de Morbis, pag.134.uer.28. Perimitur autem à uentre fluente, ab ijs, quæ antea relata sunt, & *λεσχηνευομένου* loquente ipso, ac intelligente omnes res, æque vt in priori tempore.

Λύματα. Ablutionis sordes.

Λεβηρίδος. Ὑμενώδεις ἀποσύρματα, quod est serpentum vocata.

cata senecta, vt Aristophanes in Amphiarao, & Strates in Phœnissis. Polemarchus vero grammaticus imperitius δυσταναγωνίσυ & λιμοποιῦ ζώυ parui animalis intractabilis, & famelici nomen esse τὴν λεβηρίδα inquit, paruo lepori similis, quem Romani cuniculum appellant. Massilienses vero λεβηρίδα. D

ANNOTATIO.

Λεβηρίδες. Galenus in Exegesi λεβηρίδα vocat serpentis exuuium: quidam tamen vacuã concham intelligunt. Secundo de Morbis mulie-bribus, pag. 285. ver. 6. de medicamento ad ornandam faciem. Viperæ λεβηρίδος exuuium.

Λάπτυρον. Humidum.

Λείριον. Herbæ species, quam lilium appellamus. Nigrus in libro de Materia, narcissum etiam à nonnullis λείριον inquit appellari. E

Principium M.

Μαρμαρυγαὶ. Splendores crebri, quasi coruscationes crebræ, repentinæ, igneæ, vt inquit Homerus. Μαρμαρυγὰς crebros pedum motus admirabatur.

ANNOTATIO.

Μαρμαρυγαί. Libro de Locis in homine, pag. 67. ver. 36. Semper ab incumbente oculi magis μαρμαρυγώδης splendescentes fiunt. Septimo de Morbis vulgaribus pag. 359. ver. 36. de Mnesianacte. Deambulante vero ipso in foro, μαρμαρυγαὶ splendores præ oculis obuersabantur. Et ver. 42. de eodem. Et oculorum μαρμαρυγὰς splendores comitari (scilicet dixit) Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu xliiij. pag. 373. ver. 10. Et μαρμαρυγώδεα splẽdores ipsis ab oculos obuersant. F
Tertio Prognosticorum, textu xxxiij. pag. 408. ver. 23. Aut μαρμαρυγαὶ splendores ab oculos obuersantur. Secundo Prorrheticorum, pag. 423. ver. 13. Et μαρμαρυγῶδες splendicans quiddam ipsis ab oculos obuersatur. In epistola secunda ad Philopœmenem, pag. 527. ver. 30 de muliere ab Hippocrate visa. Cuius oculorum circuli, puro lumine micabant, vt stellarum μαρμαρυγὰς fulgorem putares. Locus, quem Erotianus ex Homero adducit, est in octauo Odysseæ.

Μηριοχάνη. Mulieris nomen.

A

ANNOTATIO.

Μηριοχάνη. Galenus in Exegesi habet μυοχάνη vel μυιιοχάνη. epitheton hiantis. Si autem μυριοκάνη scribatur, in millibus fuerit hians. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione prima, pag. 312. ver. 38. Crudos ac liquidos secessus, milium solidum in oleo coctum sistit, exemplo est Nautæ puer, & Μυριοχάυνη Myriochaune. Ex quibus verbis elicio μυριοχαύνη esse nomen mulieris, proprium quidem secũdum Erotianum, ab epitheto vero sumptum secundum Galenum: quod tamen ita esset ei familiare, & ab omnibus receptum, vt pro nomine proprio ab illis vsurparetur. hanc nostram coniecturam idem Galenus confirmat, quum in dictione στρυμάργου in hunc modum scribit. Dioscorides autem στρυμάργου, non vt proprium viri nomen explicat, sed furiose affectum circa rem veneream significare ait. dicta enim esse apud Hippocratẽ & alia eodem B modo epitheta, vt μυοχάνη, σάρατος seu σώρατος, ῥυπαλώπηξ vel γρυπαλώπηξ. Sed & apud Erasistratum ait ῥινοκολοῦρος, hoc est, qui mutilatis naribus est. Vnde etiam patet μυοχάνη potius legendum esse, quàm μηριωχάνη, aut μυιοχάνη, aut μυριοχαύνη.

Μειοῦσιν. Diminuunt.

Μυττωτὸν. Attici quidem dicũt esse quid contritum cum allio. Eupolis vero in Laconibus ἄμυλον dicens, inquit vascula fecerunt multum μυττωτὸν, hoc est, amylum. Nonnulli autem placentam ex olere factam, nonnulli zitum. Nos vero ijs assentimur, qui dicunt μυττωτὸν esse, quod cum allio contritum est. Dictum est autem παρὰ τὸ μυσάττεσθαι, quod est abominari malum odorem, vt sit μυσωτὸν, id est, odio dignum.

C

ANNOTATIO.

Μυττωτόν. Galenus in Exegesi exponit Moretum. aitq; Dioscoridem ex allio ac cepis esse intritum, scripsisse. Dioscorides libro secundo, capite cxlj. sic scribit. Quod ex allijs, & nigris oliuis intritum fit, à Grecis μυττωτὸν appellari. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione sexta, pag. 318. ver. 38. Si vero vomat, & nõ bibat, μυττωτὸν allij aut ceparum intritum dato. Reperiri hanc vocem apud Theophrastum Plinius testatur. Dicitur autem quasi μυσωτὸν, παρὰ τὸ μυσάττεσθαι contemptum videlicet esculentum, vt annotat Aristophanis interpres in ἱππεῦσι. & Cælius Rodiginus libro tertio, capite xxx.

Μεγαλόσπλαγχνον. Habentem viscera tumida ob inflammationem.

ANNOTATIO.

D

Μεγαλόσπλαγχνον. Tertio de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu lxxxiiij. pag. 327. ver. 4. de Apollonio in Abderis. Erat autem μεγαλόσπλαγχνος magnis visceribus preditus. Tertio de Ratione victus morborum acutorum, textu ix. pag. 374. ver. 30. de aqua mulsa. In totum quidem his, qui amara bile abundant, ac μεγαλοσπλάγχνοισιν magna viscera habentibus minus commoda est, quàm his, qui tales non sunt. In cuius commento Galenus inquit, μεγαλοσπλάγχνους nunc dixisse non eos, quibus magna viscera suapte natura sunt, sed quibus ex aliquo affectu intumuerunt, siue scirrhum, siue inflammationem siue œdema contraxerint. Et textu xij. pag. eadem, ver. 36. Atque hoc biliosis, & μεγαλοσπλάγχνοισιν magna viscera habentibus magis contingit. Quem locum Galenus exponens ait. Quum in acutis morbis, de quibus nunc Hippocrates agit, in visceribus tumor oriatur, id esse inflammationis, non scirrhi, aut œdematis symptoma. tales autem nunc μεγαλοσπλάγχνους, id est, viscera magna, hoc est, in tumorem elata, habere dixit. Aduertendum tamen est, in eodem libro tertio, textu 11. pag. 374. ver. 13. vino hanc vocem accommodari. Dulce uinum, inquit, non adeo, vt uinosum, capiti grauitatem affert, & minus tentat mentem, & quouis alio facilius per intestina descendit: μεγαλόσπλαγχνος δὲ σπληνός, καὶ ἥπατος, in tumorem autẽ attollit splenem & hepar. In cuius expositione Galenus ait. Vinum dulce uiscera in tumores attollere, hoc est viscerum tumores adaugere. E

Μοδοσαέως. Loci nomen.

Μεθίησιν. Epicles quidem inquit, irruit, est vero magis, dimittit.

Μεμιασμένον. Pestilens factum. F

ANNOTATIO.

Μεμιασμένον. Galenus in Exegesi exponit, fœdatum, vt apud Poëtam legitur. Libro de Flatibus, pag. 118. ver. 46. Ἢ μεμιασμένον νοσεροῖσι μιάσμασι, ἐς τὸ σῶμα ἐσέλθῃ. vel morbosis infectionibus infectus (aër) corpus ingreditur. Sic vertit Lasceris.

Μᾶσσον. Bacchius quidem interpretatur, minus. Heraclides vero Tarantinus, plus.

ANNOTATIO.

Μᾶσσον. Galenus in Exegesi exponit, plus, vt in maiori de Predictione.

Μεῖον. Minus.

Μιζας.

A Μάζα. Massa quædam ex farina facta, aliquando cum oxymelite, aliquando vero cum posca, vel aqua mulsa, vel aqua: habet vero nutriendi vim.

ANNOTATIO.

Μάζα. Libro de Veteri medicina, pag. 6. uer. 20. Quicunq; uero homines, in hac affectione existentes, siccũ cibum assumunt, aut μάζαν mazã, aut panem. Et uer. 41. Qui panem aut μάζαν mazã intempestiue ingessit. Secundo de Diæta, pag. 92. uer. 8. Vtimur sic μάζη maza omnis generis. facultatem autem habet μάζα hæc talem. Et uer. 10. Μάζα prius subacta. Et uer. 15. Si uero uelis μάζαν statim, vt subacta est, exhibere. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione quinta, pag. 317. uer. 46. Et allia cum μάζη maza edenda dato. Et libro quinto, pag. 337. uer. 45. de Eumelo Larissæo.
B Neque edebat nisi μάζαν.

Μανδραγόρε ῥίζαν. per circunscriptionem mandragoram.

ANNOTATIO.

Μανδραγόρου ῥίζαν. Libro de Locis in homine, pag. 71. uer. 44. Μανδραγόρου ῥίζαν Mandragoræ radice mane in potu data. Et uer. 46. de conuulsione. Et μανδραγόρου ῥίζαν mandragoræ radix in potu præbeatur. Primo de Morbis muliebribus, pag. 254. uer. 28. de subdititijs. Et μανδραγόρου ῥίζα mandragoræ radix, &c.

Ματεῖσθαι. Quærere, & Μάτος inquisitio appellatur.

ANNOTATIO.

Ματεῖσθαι. Galenus in Exegesi habet μάτος, inquisitio, seu quęstio.
C & inquirere ματεῖσαι, vel μᾶσθαι, vel ματᾶσθαι, vt in aliquibus exemplaribus legitur. Secũdo de Articulis, textu xxvj. pag. 481. uer. 3. Frequenter autem circa linguam ἐσμάττεσθαι alte inquirere oportet. In cuius commento Galenus ait Μάττεσθαι significat inquirere: sed ἐσμάττεσθαι alte inquirere: sicut nunc vbi alte inquirere ἐσμάττεσθαι dixit. Et libro tertio, textu xlvij. pag. 486. uer. 10. Nisi hominem seces, & ἔπειτα ἐσμασσάμενος ἐς τὴν κοιλίην manu in uentrem iniecta inquisitionem faciat. In quo loco Galenus repetit. Manum alte indere in uentrem causa inquirendi, quæ ibi sunt, dixit ἐσμάσσεσθαι.

Μωμητέον. Reprehendendũ, & Μῶμος reprehẽsio dicitur.

ANNOTATIO.

Μωμητέον. Libro de Arte, pag. 1. uer. 10. de calumniatoribus artis. Nequaquam vero possunt malitiei sufficere, ad hoc ut aliorum opera quæ

quidem recta sunt calumnientur, quæ vero non recta sunt, μωμεῖσθαι reprehendant. D

Μεμινυθήκασι. Extenuati sunt.

ANNOTATIO.

Μεμινυθήκασι. Tertio de Officina medici, textu xxxij. pag.505.ver.7. In his, quæ μινυθήματα extenuata sunt. Et ver.8. Vt ex transfusione, quę exhausta sunt, magis quàm suapte natura ἐμινύθη emacrescerent.

Μεμαθήκασι, hoc est, εἰώθασι, id est, Consueuere, quia ἡ μάθησις, id est, disciplina est exercitatio consuetudinis.

ANNOTATIO.

Μεμαθήκασι. Quarto de Ratione victus morborum acutorum, textu lxxxviij. pag.382. ver.27. Hos autem minus bibere oportet, quàm μεμαθήκασι consueuerunt. E

Μέσσεγγυ. In medio.

ANNOTATIO.

Μέσσεγγυ. Reperio μεσηγύ. Primo de Articulis textu lxxiij.pag.478. uer.45. Κατὰ δὲ τὸ μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων. iuxta medias autem scapulas, aliquid altius suppositum fuerit.

Μετεξέτεροι. Bacchius in tertio interpretatur ἕτεροι alij. Sed rectius quidem est ἔνιοι, hoc est nonnulli, sicut & Herodotus in secundo libro inquit, τὰς ζειὰς μετεξὴ ἕτεροι, id est, quas nonnulli ζειὰς, hoc est, zeam appellant.

ANNOTATIO.

Μετεξέτεροι. Secundo de Fracturis, textu xviij. pag.460. ver.39. de cute calcanei. Si vero crassa, & dura, veluti μετεξέτεροι quidam habent, incidere oportet. Tertio de Articulis, textu lix. pag.488. ver.44. Proinde μετεξέτεροι aliqui tales noxas magis contemnunt. In quo loco hæc dictio scribitur per θ. Et textu lxxxij. pag.490. ver.19. Vsus enim μετεξέτεροι aliquis liberat ab effœminatione. In cuius commento Galenus inquit. Verbum aliquis μετεξέτερος dixit, quod apud Iones nihil amplius sibi velle, quàm quod nobis dicitur ἕτερος, id est, alter, licet ex Herodoto colligere. vtitur enim eo frequenter, sicut & verbo μετεξέτεροι, quo significat id, quod nos vocabulo τινὲς, id est, aliqui. Sed nunc quoq; μετεξέτερος tale quidpiam sonat. Quarto de Articulis, textu xxvj. pag.495. ver.46. Accommodata autem sunt ad talia, & ex emplastris μετεξέτερα aliqua, quæ cruentis vulneribus destinata sunt. F

Μελέτη.

A Μελέτη. Actio.

ANNOTATIO.

Μελέτη. Primo de Morbis vulgaribus, commentario ſecundo, textu xlix.pag.304.ver.22. Μελετᾷν ταῦτα Hæc meditator. In cuius commento Galenus ait. Hoc loco μελετᾷν, id eſt, meditari, pro ἀσκεῖν, quod eſt, exercere, dixit. alibi ſæpius τὴν ἐπιμέλειαν, id eſt, curam, vocat μελέτην, hoc, eſt, meditationem. Primo de Fracturis, textu 1.pag.459.ver.21. Quæ non ita valde ἐπιμελέονται curare ſolent medici. Et libro ſecundo, textu xxiiij.pag.461.ver.5. Neq; ita magnum ſtudium & μελέτης diligentiam exigunt. Quem locum exponens Galenus ait. Diligentiam expreſſit vocabulo μελέτης. Sic enim ab Ionibus appellari ſolet, & ab ipſo ſæpius nominatur. Et libro tertio, textu xlvij. pag.469.ver.28. Μελέται γὰρ μελετέων. Nam & curationes à curationibus multum differunt. Tertio
B de Articulis, textu lxiiij.pag.489.ver.10. Si vero ſanguinem non ſpuat, ſufficit viginti diebus vt plurimum μελέτη curatio.

Μελεδῶνας. Curas.

ANNOTATIO.

Μελεδῶνας. Galenus in Exegeſi habet μελεδαίνοντι curam gerenti, curanti. & μελεδῶν cura: non autem, vt apud Homerum, triſtitia, ſeu mœror. Aliqui codices habent μελεδῶν. Aduertendum tamen eſt, Galenum interdum Homeri ſenſum probare. nam primo de Articulis, textu xxx.pag.475.ver.5. explicans hæc verba Hippocratis. Hi putant quidem nihil opus eſſe, vt ſui ipſorum ἐπιμελέεσθαι curam gerant, in hunc modum ſcribit. Magis adhuc tabeſcunt, qui in mœrore ſunt, quem Græci Poëtæ μελεδῶνα iccirco dicunt, quaſi membra edat, deuoretq;. Reperio
C & μελεδαίνηται in priori ſignificatione. Primo de Morbis muliebribus, pag.235.ver.48. Poſtquam autem amplius tempus progreſſum fuerit, & non μελεδαίνηται curetur, magis dolebit. Et pag.236.ver.1. Poſtea in idem relabitur: & ſi non μελεδαίνηται curetur, ſed tempus procedat. Plura vide infra in annotatione dictionis μελεδανθέων.

Μετάρσιον. Sublime.

ANNOTATIO.

Μετάρσιον. Primo de Morbis muliebribus, pag.251.ver.46. Vbi vero hæc facta fuerint, & lectus μετάρσιος ſublimis fuerit. Et libro ſecundo, pag.264.ver.39. Et facies μετάρσιον eleuata, & ſub oculis tumores laxi. Et pag.271.ver.2. Et ſpiritus μετάρσιον ſublimis fuerit, & ſuffocatio habeat, & anhelatio denſa ipſam corripiat.

Μῦρον αἰγύπτιον. Nonnulli approbarunt esse id, quod dicitur ἀπὸ σκάφης. est enim calefactiuum. Nonnulli vero μαλαβάθρινον. Alij τὸ μενδήσιον. etenim in secundo de Morbis muliebribus idem dicit oleum Aegyptium. D

ANNOTATIO.

Μῦρον αἰγύπτιον. Galenus in Exegesi. Αἰγύπτιον μύρον Ægyptium vnguentum, quod ex flore ægyptiæ spinæ, quod metopium quoque vocatum est, conficitur. Est & Αἰγύπτιον μύρον λευκὸν Ægyptium vnguentum album, quod etiam Mendesium dicitur: fitq; ex lilijs & aromatibus, proinde vnguentum, non oleum appellatur. idem quoq; liliaceum, & susinum vnguentum nuncupatur. Reperitur hæc vox libro de Natura muliebri pag.215.ver.17.& pag.220.ver.42. & pag.222. ver.32. Primo de Morbis muliebrib⁹, pag.254.ver.17.& pag.256.ver.49.& pag.259.ver.14.& 34. Et libro secundo, pag.273.ver.32.& pag.289.ver.15.& 17. E

Μῶλυξ. Allij caput glebæ instar, neq; in spicas distinctum.

ANNOTATIO.

Μῶλυξ. Galenus in Exegesi habet μώλυζα, & quidē rectius. allium, quod simplex caput habet, & non est in spicas distributum, quidam autem μῶλυ herbam. Libro de Natura muliebri, pag.227.ver.46. Si vteros doleat σκορόδου μόλυζαν allij caput integrum, & nitrum tostum, & cuminum terito. In quo loco scribendum esse puto, μώλυζαν. Primo de Morbis muliebribus, pag.257.ver.14. Μώλυζαν σκορόδου caput allij integrum derasum appone. Et pag.261.ver.2. Et libro secūdo, pag.288.ver.38. & pag.289.ver.44. Libro de Sterilibus, pag.291.ver.47.& pag.298.ver.17.

Μαριλλίνοι, appellantur à nonnullis carbones φρυγανώδεις surculosi & minuti. Potius vero calidus cinis μαρίλη dicitur, vt Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσι inquit. Præ timore autē τῆς μαρίλης cinerem mihi densum Larcus effundit, vt sepia. Et Hipponax ait, πολλὴν μαρίλην, hoc est, multum cinerē carbonum. F

ANNOTATIO.

Μαριλλίνοι. Galenus in Exegesi habet μαρίλη. hanc multi cinerem calidum appellant. Secūdo de Morbis muliebribus, pag.272. ver.6. Quod vbi factum fuerit, ligna ac prunas, quæ crassissimæ ac ignitæ fuerint, eximito; τὴν δὲ σποδιὴν καὶ τὴν μαρίλην cinerem vero ac fauillam in fossa relinquito. Sic vertit Germanus interpres.

Μαράσσει. Strepit.

Μήλην

A Μήλω. Specillum ſic appellat. quod enim nos μήλω appellamus, ipſe ὑπάλιπτον vocat.

ANNOTATIO.

Μήλην. Galenus in Exegeſi habet μήλην διασομωτρίδα. Specillum ad diducendum adaperiendumq; idoneum. Μήλην ἐξωτίδα. Specillum auricularium. Μήλην ἰσχυρήν. Specillum vulnerarium. Μήλη πλατεῖη. Specillo lato in modum rudiculæ. Μήλης τῷ πλάτει. Cyathulo ocularis ſpecilli. Secundo de Morbis, pag.147. ver.26. Siccum linamentum circa τὴν μήλην ſpecillum obuolutum indito. Et ver.38. Et μήλη ſpecillo inſecto ipſa circum polypum obducito. Primo de Morbis muliebribus, pag. 248. ver.6. Et μήλην ſpecillum ſtanneum paratum immittito. Et libro ſecundo, pag.279. ver.17. Libro de Sterilib⁹, pag.292. ver.29.31.32.40.& 48. B Et pag.294. ver.14. Et pag.295. ver.28. Et pag.298. ver.8.10. & pluries in eo libro. Septimo de Morbis vulgaribus, pag.514. ver.19. Libro de Vlceribus, pag.518. ver.3.& pluries ibidem. Libro de Hęmorrhoidibus, pag.520. ver. 12.

Μελεδανθέων. Curarum & medelarum. Μελεδαίνειν enim dicitur curare & mederi.

ANNOTATIO.

Μελεδανθέων. Galenus in Exegeſi habet μελεδαίνοντι curam gerenti, curãti. Libro de Sterilibus, pag.291. ver.6. Μελεδανθεῖσα curata vero fœcũda fit. Et ver.19. Μελεδανθεῖσα curata fœcũda fit. Et ver.26.31.& 37.

Μνῶται. Mouetur, vel interficitur. etenim ſic vocem hanc ſcriptam reperimus.

C

Principium N.

Νείαιρα. Venter. Bacchius colon dicit. quod inferiorem ventrem nonnulli appellant.

ANNOTATIO.

Νείαιρα. Reperio hanc vocem ſolam ſine aliqua adiunctione, & cum dictione γαστήρ. & præterea, tum in exemplaribus impreſſis, tum manuſcriptis, in aliquibus locis νείαιραν vel νείραν, legitur, & in aliquibus νειαίρην vel νείρην. Libro de Natura muliebri, pag.214. ver.28. Et νειαίραν imum ventrẽ cum eo decocto perfundito. Germanus interpres vertit, pudenda. In Coacis prænotionibus, pag.443. ver.8. Vrinę ſuppreſſio,

 & grauitas

& grauitas in νειαίρῃ imo ventre. Ruffus Ephesius, libro primo de Partium humani corporis appellationibus, capite xxvij. in hunc modum scribit. Vocatur autem altera eius pars, cœcum intestinum, quoniam re vera cœcum est: altera colon græce, & venter inferior, & laxum intestinum à latinis. Id Homerus & νειαίρην appellat. Hac etiã voce vtitur Aretæus secundo de Causis & signis morborum acutorum, capite j. & x. Cum adiunctione pluribus in locis hæc vox inuenitur, & est adiectiuum Significans quod imum est. Secundo de Morbis, pag.148.ver.25. At si os non afficiatur, verum ad νειαίρην γαστέρα imum ventrem tormen irruat. Et pag.157.ver.1. Et dolor corripit à visceribus ad νειαίρην γαστέρα imum ventrem. Libro de Natura muliebri, pag.215.ver.24. Et dolor ad νείαιραν γαστέρα imum ventrem accedit. Et ver.38. Et rigor ac dolor νείαιραν γαστέρα imum ventrem ac lumbos tenet. Et pag.216.uer.8. Et dolor νείαιραν γαστέρα imum ventrem ac lumbos habet. Et ver.21. Dolor autem ex νειαίρης γαστρὸς imo ventre ascendit ad lumbos. Et ver.43. Dolor νείαιραν γαστέρα imum ventrẽ habet. Et pag.223. ver.47. Et pag.225. ver.3. Primo de Morbis muliebribus, pag.242. ver.24. Fomentis autem & tepefactorijs νείαιραν γαστέρα imum ventrem, & lumbos curare. Et pag.249. ver.3. Et dolor acutus corripit lumbos, & inguina, & νειαίρην γαστέρα imum ventrem. Et libro secundo, pag.265. ver.8. & 13. Et νείαιραν γαστέρα imum ventrem (occupat dolor) Et ver.22. Et pag.268. ver.25. Et pag. 269. ver.10. Et pag.271. ver.5. & 25. Et pag.274. ver.41. Et pag.275. ver.17. Et pag.276. ver.3. Et pag.277. ver.1. & 42. Libro de Sterilibus, pag.295. ver.26. Et pag. 299. ver.16. E

Νεφέλαι. Subpinguia quædam excrementis supernatantia, aliquando viridia, aliquando vero flaua, vel quouis alio modo colorata. Ducta est autem vox metaphorice à nubibus, quæ in cœlo mouentur. F

ANNOTATIO.

Νεφέλαι. Secundo Prognosticorum, textu xxix. pag.404. ver.22. Νεφέλαι nubeculæ, quæ suspenduntur in vrinis, albæ quidem bonæ sunt, nigræ vero malæ. Quem locum exponens Galenus inquit. Quum de differentijs eorum, quæ in vrinis resident, dixerit, ad nubeculas transit, quo nomine suspensiones in vrinis intelligere se declarat verbo, efferuntur, seu suspenduntur, quod vsurpauit. Et textu xxxvj. pag. eadem, ver.30. Considerare vero conuenit in vrinis, in quibus αἱ νεφέλαι nubeculæ sunt, an superne, an inferne sint. Vbi rursus Galenus ait. Vt quæ à me sæpenumero in libris de Crisibus ἐναιωρήματα appellatæ sunt, ipse vocare

νεφέλας.

A νεφέλας nebulas consueuerit, hac etiam oratione nõ obscure declarauit: ipse tamen alio in loco dixit ἐναιώρημα γονοειδές, hoc est; pendentia geniturae similia: vt duorum alterum dicendum sit, aut ἐναιώρημα esse cuiusdam generalioris rei nomen; quę res in nubeculas, & alia geniturae similia diuidatur: aut ne nubeculas quidẽ ab ipso ἐναιωρήματα appellari. Hoc idem ferè dicit in commento textus xxvj. In Coacis praenotionibus, pag. 442. ver. 12. Νεφέλαι Nubeculae in vrinis, albae quidem & inferne, commodae sunt: rubicundae vero, & nigrae, ac liuidae, difficiles sunt. Et ver. 43. In tertianis cum horrore velut νεφέλια nubeculae nigrae, horroris inconstantis indicio sunt. Reperitur & vox ἐπινέφελον. Tertio de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu iiij. pag. 319. ver. 9. de Pythione. Vrinae ab initio quidem, & vsque ad octauam tenues, decolores, in medio pendens ἐπινέφελον nubilosum quiddam habebant. In cuius

B commento Galenus ait. Solent medici nomen nubis ab aëre ad vrinam transferre, siue Hippocrates hoc nomen pro aliqua specie suspensionum aut vrinarum primus vsurpauerit, siue alius hoc ei nomen imposuerit. Vt igitur in aëre quandoq; fit caliginosa constitutio, vbi ipse sit nubibus atris condensatus; quandoq; autem purus & nubibus vacãs: videnturq; nubes per eum quaedam disiectae, ac tum aër nubilosus dicitur: quo sanè tempore videmus nubium colorem, neq; nigrum exquisite, neq; splendidum, sed inter hos medium: Sic vrinas & suspensiones nubilosas appellare mihi Hippocrates videtur, quae colore sunt, nec albo, nec nigro plane, sed horum ĩtermedio.

Ναρκώδεις. Indurati & stupidi: dicuntur autem ab affectu Νάρκης, id est, torpedinis.

ANNOTATIO.

C Ναρκώδης. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 276. ver. 7. Dolores fiunt fortes, & νάρκη torpor in cruribus. Et ver. 15. Nam quaecunq; perfrigerationes crurum, aut ναρκώσιες stupefactiones ex frigore fiunt, &c. Et pag. 277. ver. 34. Si vero multo tempore vteri promineãt, & ναρκωδέως stupide perfrigerentur, &c. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu vj. pag. 343. ver. 22. Νάρκη Torpor femoris è directo.

Νίαπον. Ex amarulentis nucibus oleum, quemadmodum & Petronius in Materialibus. & Diodotus in secundo libro Ratiocinationum fabularum inquit. Nonnulli quidem igitur νίωπον summa cum diligentia sic faciunt. Nucum amarulentarum choenices Atticas quatuor capientes frangũt, & quod in medio est, bene exiccant, atq; in mortarium mittunt, & contundunt.

tundunt. facultatem vero hanc τὸ νίωπτον habet. nomen autem amygdalarum amararum oleum. D

Ναρκῶσαι. Mitigare, & velut doloris sensum auferre.

ANNOTATIO.

Ναρκῶσαι. Sexto de Morbis vulgaribus sectione secunda, textu quinto, pag. 344. ver. 8. Excitate, ναρκῶσαι stupefacere, vel (vt Germanus interpres vertit) torpefacere. Libro de Humidorum vsu, pag. 113. ver. 47. Et dolorem ναρκοῖ stupefacit.

Νυκτοειδὲς, id est, Nigrum.

Νεῦρα ἐναίμα, id est, Venæ.

ANNOTATIO.

Νεῦρον ἐναίμον. Libro de Vsu humidorum, pag. 112. ver. 49. Cogitandum autem, quòd vtraq; in vnoquoq; corpore potior est externa cute, quæ & sibi ipsi, & νεύρῳ ἐναίμῳ neruo sanguineo continua ac cohęrens, ab vtrisque frequenter superatur. E

Νόμον. Rationem, vel indignationem, vel morem.

ANNOTATIO.

Νόμον. Libro de Genitura, pag. 27. ver. 29. Νόμος Lex quidem omnia corroborat. Primo de Fracturis, textu xlviij. pag. 459. ver. 18. Hic sermo, velut νόμος lex iusta posita est, de fracturarum curatione. Secundo de Officina medici, textu v. pag. 503. ver. 16. Ad hæc igitur νόμος lex hæc est. In cuius commento Galenus inquit, Lex in ciuitate ratio est, quæ iubet ea, quæ facienda sunt, prohibetq; contraria.

Νηδὺν. Hoc nomine appellat omnem cauitatem dicens, Quæcunque enim membra habent carnem rotundam, quam musculum appellant, omnia νηδὺν, hoc est, cauitatem habēt, omne enim consitum siue pelle, siue carne tectum sit, concauum est. F

ANNOTATIO.

Νηδὺν. Locus ab Erotiano adductus, est in libello de Arte, pag. 5. ver. 24. Et paulo ante, ver. 22. Sunt autem morbi minus aperti, quique ad os, quique ad νηδὺν cauitatem, seu ventriculum (vt vertit Germanus interpres) sunt conuersi. Quarto de Ratione victus morborum acutorum, textu iiij. pag. 377. ver. 1. pro ventre ponitur. Fit autē, inquit, lingua aspera ac sicca, & valde nigra, & dum circa νηδὺν ventrem mordetur, dolet. Libro de Capitis vulneribus, pag. 454. ver. 49. quæ libri pars non est in latinum conuersa. Ὁκόσων δὲ μαλθακαὶ αἱ νηδύες καὶ ὑγραί εἰσι καὶ

φλεγ-

A φλεγματώδεες, ταῦτοισι &c. hoc est, Quorum vero molles αἱ κνήδυες concauitates, & humidæ sunt, & pituitosæ, his &c.

Νόμος δίκαιος. Ratio vtilis.

ANNOTATIO.

Νόμος δίκαιος. Primo de Fracturis, textu xlviij. pag.459.ver.18. Hic sermo velut νόμος κεῖται δίκαιος lex iusta posita est. quē locum quoq; adduximus in annotatione dictionis νόμος.

Νεοχμόν. Recentissimum, vt ait Alcman in primo Modulationum.

ANNOTATIO.

Νεοχμόν. Primo de Morbis muliebribus, pag.238.ver.22. de humidiori vtero. Sed vice versa, neque contrectare, neque lauare νεοχμῶς recenti B motu facto, oportet. Et libro secundo, pag.273.ver.49. Oportet autē hoc pharmacum νεοχμόν renouare in singulis adhibitionibus.

Principium Ξ.

Ξυντεκμαίρεσθαι. Certo signo conijcere. Τέκμαρ enim & τεκμήριον proprie certum signum dicitur.

ANNOTATIO.

Ξυντεκμαίρεσθαι. Primo Prognosticorum, textu viij. pag.401.ver.40. Siquidem igitur in principio morbi facies talis fuerit, & nondū ex alijs signis ξυντεκμαίρεσθαι coniecturam facere licuerit, interrogare oportet num vigilauerit homo, &c. Libro de Vsu humidorum, pag.115. ver.27. de Aceto. Calido autem hæc fiunt, sed & ex tempore συντεκμαίρεσθαι C coniecturam facere oportet. Reperio etiam τεκμαίρεσθαι Primo Aphorismorum, textu xxiij. pag.390. ver.47. Tertio Prognosticorum, textu xxxv. pag.408. vex.33. Tertio de Officina medici, textu xx. pag.504. ver. 24. Meminit etiā Erotianus dictionum τέκμαρ, & τεκμήριον, priorem quarum non reperi, posteriorem vero frequenter. Libro de Veteri medicina, pag.6. ver.41. & pag.9. ver.41. Libro de Præceptis, pag.18.ver.27. Libro de Carnibus, pag.40. ver.34. & pag.41. ver.21. Libro de Corde, pag.55. ver.38. Secundo de Diæta, pag.92. ver.5. Et libro tertio, pag 100. ver.40. & pag.102. ver.16. & 30. Libro de Alimēto, pag.111. ver.5. Libro de Diebus iudicatorijs, pag.389. ver.9. Tertio Prognosticorum, textu xxxix. pag.408. ver.40. In Epistola ad Abderitas, pag.525. ver.18.

Ξυσμῷ. Pruritu, sic enim inquit Hippocrates. Descēdens in Melum ad calida lauacra τοῦ μὲν κνησμοῦ, hoc est, à pruritu quidem

quidem cessauit,& à cutis crassitie. Inuenitur etiam hæc vox in Aphorismis. D

ANNOTATIO.

Ξυσμῶ. Quinto de Morbis vulgaribus, pag.335. ver.37. Homo quidam Athenis ξυσμῶ prurigine toto corpore vexabatur. Et ver.40. subiungit verba, quæ ab Erotiano adducuntur. Διελθὼν δὲ εἰς μῆλον ἢ τὰ θερμὰ λουτρὰ, τοῦ μὲν κνησμοῦ ἐπαύσατο, καὶ τῆς παχυδερμίης. hoc est, Transgressus autem ad Melum, vbi sunt calidæ balneæ, à κνησμοῦ pruritu quidem, & cutis crassitudine liberatus est. Quæ verba ideo à me fuerunt adducta, quòd in Erotiani codice ea nonnihil diuersa legantur.
Aduertendum est etiam in exemplaribus Hippocratis, & Erotiani legi κνησμοῦ, pro qua voce reponi debet ξυσμοῦ. Secundus locus ab eo adductus, est in tertio Aphorismorum, textu xxxj. pag.393. ver.37. Senibus autem &c. mali habitus, ξυσμοὶ pruritus totius corporis. Qua voce etiã vsus fuerat, textu xxv. pag. eadem, ver.23. in hunc modũ scribens. Ad dentitionem vero accedentibus, gingiuarum ὀδαξυσμοὶ pruritus, febres. E

Ξυνίεναι. Intelligere. Inuenitur etiam in libro de Ptisana.

ANNOTATIO.

Ξυνιέναι. In libro, quem inscribit de Ptisana, hanc vocem simplicem non inuenio, sed προξυνιέναι. in tertio de Ratione victus morborum acutorum, textu viij. pag.374. ver.27. προξυνιέναι. Hoc vero insuper intelligere oportet, quòd si aquosum fuerit vinum, &c. Primo de Fracturis, textu vj. pag.456. ver.33. Quod enim peregrinum est, quum nondum ξυνιέντες intellexerint, an bonum sit, magis laudant, quàm familiare.
Tertio de Articulis, textu ij. pag.488. ver.16. In summa igitur, de his, quę relata sunt, aceruatim ξυνιέναι intelligere, seu constituere oportet. Et textu ciij. pag.493. ver.27. Oportet autem & incurabilia ξυνιέναι cognoscere, vt ne maxime lędant. F

Ξενοπρεπές. Mutatum est. In libro de Fracturis.

ANNOTATIO.

Ξενοπρεπὲς. Primo de Fracturis, textu vj. pag.456. ver.32. Quod enim ξενοπρεπὲς peregrinum est, quum nondum intellexerint an bonum sit, magis laudant, quàm familiare. Sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, nouum enim quid, & externũ. Libro de Præceptionibus, pag.17. ver.40. Quanquam aliqui ægroti id expetunt, ξενοπρεπὲς hospitij ius, & facilem mali depulsionem producentes. Sic vertit Germanus interpres. At Caluus, vel amicitia, vel hospitio: Significatione vsi ab Erotiani sensu longe diuersa. Proprie enim hęc vox significare videtur quod apud aduenas in vsu est.

A Ξύντασις ὑπολάπαρος. hoc est, Submollis, & sine violentia.

ANNOTATIO.

Ξύντασις ὑπολάπαρος. Primo de Morbis vulgaribus, commẽtario tertio, textu xix. pag. 308. ver. 1. de Sileno. Tertia omnia exacerbata sunt, præcordij ξύντασις distentio vtrinque oblonga, ad vmbilicum, ὑπολάπαρος submollis. Et libro tertio, commẽtario primo, textu xix. pag. 319. ver. 37. Præcordij dextri ξύντασις ὑπολάπαρος distentio submollis, nocte nõ dormiuit. Et textu v. pag. 319. ver. 14. de Hermocrate. Ἔντασις ὑπολάπαρος distentio submollis. Impressi codices habent λαπαρῶς molliter. Et commentario secundo, textu v. pag. 321. ver. 9. Præcordij ἔντασις ὑπολάπαρος intentio submollis vtrinque. In cuius commẽto Galenus inquit. De contentione vero submolli hypochondriorum, iam diximus ab Hippocrate tensionẽ sine tumore ita nominari. Et commentario tertio,

B textu lxxxvij. pag. 327. ver. 44. Præcordij ἔντασις ὑπολάπαρος intentio submollis oblonga ex vtrisque. Quem locum exponens Galenuis ait, De submolli hypochondriorum contentione, diximus ab Hippocrate talem vocari, quæ tumore vacet. Et libro quarto, pag. 333. ver. 33. Quibus in dextris ὑπολάπαρος ἔντασις distentio submollis, phrenitici sunt. Dictio autem ξύντασις, pro distentione sumpta, pluries reperitur. Primo de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu lv. pag. 304. ver. 27. Et commentario tertio, textu xx. pag. 308. ver. 18. Et textu xxv. pag. 309. ver. 43. Et textu xxvj. pag. 309. ver. 49. Est & dictio σύντασις in eadem significatione sumpta. Inuenitur in eodem libro, & commentario, textu xxvij. pag. 310. uer. 6. Et uerbũ συνετάθη. Tertio de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu j. pag. 320. uer. 14. At uerbum ξυντείνεται. Tertio Prognosticorum, textu xxxiij. pag. 408. ver. 24.

C

Principium o.

Ὀρφνώδης. Tenebrosum. Ὄρφνη enim tenebræ dicuntur.

ANNOTATIO.

Ὀρφνώδης. Tertio Prognosticorum, textu xxx. pag. 408. uer. 11. Eique ante oculos ὀρφνώδης tenebricosa quædã obuersentur. In cuius expositione Galenus inquit. Æger capitis dolore conflictatus, nigra quædã, quę tenebricosa, hoc est, ὀρφνώδης ipse vocat, obuersari ante oculos putat.

Ὀλκυλωμένη. Attici quidem ὀλκύλεσθαι interpretantur, valde & elate sapere. Hippocrates vero ὀλκυλωμένην ventriculum inquit esse, qui cito intumescit.

Annotatio

ANNOTATIO. D

Ὀγκυλωμένη. Hanc vocem non reperio, sed ὀγκουμένη Primo Prorrheticorum, commentario tertio, textu vij. pag. 411. ver. 13. Alui circuntensio, ad necessitatem liquida demittens, cito ὀγκουμένη intumescens, habet quid conuulsorium. Vtraque harum dictionum idem significat, sed elegantior & antiquior est, quæ ab Erotiano adducitur, qui, vt coniicio, citatum à me Hippocratis locum innuit.

Ὀξυρεγμίην. Acidum ructum, qui eos, qui non concoquunt, subsequitur.

ANNOTATIO.

Ὀξυρεγμίην. Secundo de Diæta, pag. 95. uer. 3. de Porro. Humectat autem, & ὀξυρεγμίην ructum acidum sedat. Et uer. 8. de Coriandro idem dicit. Et libro tertio, pag. 103. uer. 39. Postridie cibum eructat crudum, citra ὀξυρεγμίην ructum acidum. Et pag. 104. ver 18. Sunt autem quidam, quibus postridie ὀξυρεγμίαι ructus acidi fiunt. Libro de Affectionibus, de diuersitate ciborum, pag. 187. uer. 18. de obsonijs. A quibus neque flatus fit, neque ὀξυρευγμίη ructus acidus. Et uer. 33. Et ex sesamo parata ὀξυρευμίην ructum acidum maxime faciunt. Et ver. 38. de obsonijs. Ab his maxime neque tormen fit, neque flatus, neque ὀξυρευγμίη ructus acidus. In quibus tribus exemplis, tertia syllaba per ευ, scribitur, non per simplex ε. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione secunda, pag. 313. uer. 33. de lienteria. Ὀξυρεγμίη ructus acidus fiens. Et uer. 35. Ὀξυρεγμίαι ructus acidi intestinorum leuitatem soluunt. Et sectione tertia, pag. 316. uer. 7. Sanguineum & subbiliosum ὀξυρεγμιώδες ructum acidum facit. Sexto Aphorismorum, textu j. pag. 398. uer. 5. de lienteria. Ὀξυρευγμίη ructus acidus accedens, &c. In cuius commēto Galenus inquit, Acidos ructus ὀξυρεγμίας nominare, qui & sine aliqua pituita, quandoq; in ventriculo frigidiore fiunt: & in quibusdam leuitatibus intestinorum, quæ ex frigiditate ortum habent, vnà fiunt, sed progressu temporis cessant. E F

Ὁμαλῶς. Similiter. Vtitur vero hac voce in libro quarto de Morbis vulgaribus.

ANNOTATIO.

Ὁμαλῶς. Non reperio hanc uocem in quarto de Morbis vulgaribus, sed in multis alijs locis. Libro de Medico, pag. 14. uer. 9. & 12. Primo de Morbis pag. 133. uer. 33. Et pag. 134. uer. 29. Et pag. 136. uer. 31. Et pag. 138. uer. 33. Et libro secundo, pag. 140. uer. 38. Et pag. 141. uer. 26. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 270. uer. 47. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione

A ctione tertia, pag. 315. uer. 38. Et libro sexto, commētario primo, textu xiij. pag. 343. uer. 31. ὁμαλῶς æqualiter. Et commentario octauo, textu ix. pag. 350. uer. 27. ὁμαλῶς ἢ ἀνωμάλως æqualiter, aut inæqualiter. Et libro septimo, pag. 355. uer. 23. Primo de Fracturis, textu liij. pag. 459. uer. 28. Et libro tertio, textu xxxi. pag. 467. uer. 35. Hæc itaque si bene machinatus fueris, & extensionem iustam exhibuerint; & secundum rectitudinem ὁμαλὴν æqualem, & uulneri nullus dolor accesserit. In cuius commento Galenus ait. Δικαίως iuste, dixi ab Hippocrate poni pro ἴσως, id est, æqualiter: sed idē significare uidetur ὁμαλῶς, hoc est, æqualiter, & ἴσως id est, pariter, quod proxime subijcitur. uerum ἴσως in partibus unius rei accipitur, sed ὁμαλῶς minimum in duabus rebus.

Οὖρα αἱμαλώδεα. In nonnullis exemplaribus scriptum in-
B uenimus οὖρα αἱματώδη, in pluribus vero αἱμαλώδη, quæ vox idem significat, quod αἱματώδη. Dicta est autem vox παρὰ τὸν αἱμάλωπα, hoc est, à vibice, qui est circūscriptio sanguinea, quæ vt plurimum ex percussione fit circa corneam oculi tunicam.

ANNOTATIO.

Οὖρα αἱμαλώδεα. Non inuenio αἱμαλώδεα, sed αἱματώδεα. Secundo de Morbis, pag. 149. uer. 20. Et per inguina dolor est, & οὐρέει αἱματῶδες urinam cruentam mingit. Et pag. 154. uer. 5. Et pag. 159. uer. 34. Et οὖρα urinæ biliosæ, aut αἱματώδεα cruentæ. Quarto de Morbis vulgaribus, pag. 331. uer. 48. & 49. προσούρει αἱματῶδες urinam cruentam mingebat. In Coacis prænotionib⁹, pag. 425. uer. 6. Et pag. 442. uer. 29. οὖρον
C αἱματῶδες urina cruenta. Reperio etiam ὑποχωρήματα αἱματώδεα. Secundo de Natura hominis, textu x. pag. 24 uer. 12. Et quibuscunque ὑποχωρήματα αἱματώδεα alui recremēta cruenta, uelut in dysenterijs.

Οἰνιάδα. Ciuitas Aetoliæ, quæ posita est ad fontes fluminis Acheloi.

ANNOTATIO.

Οἰνιάδα. Quinto de Morbis vulgaribus, pag. 335. ver. 6. Scomptus in Οἰνιάδῃσι Oeniadis pleuritide correptus. Et ver. 8. Phœnici in Οἰνιάδῃσι Oeniadis, & Andreæ fratribus, maxilla altera intumuit. Et ver. 13. Pyridamus in Οἰνιάδῃσι Oeniadis. Et ver. 16. In Οἰνιάδῃσιν Oeniadis vir quidam morbo tenebatur. Et ver. 23. Eupolemus in Οἰνιάδῃσιν Oeniadis. Et uer. 34. Lycon in Οἰνιάδῃσι Oeniadis.

Οὐρεῦς. Mulus,ſicut inquit Homerus. Οὐρῆας hoc eſt,Mu D
los quidem primum inuaſit.

ANNOTATIO.

Οὐρεὺς. Locus Homeri eſt in primo Iliadis iuxta principium.

Ὄμματα ἐπιδεδινημένα. Epicles τὸ ἐπιδεδινημένον ad obtenebratum,& caput dolentem refert, quum non recte intellexerit. Hippocrates enim non omnino ad hominem hanc vocem accommodauit. nam in ſexto de Morbis vulgaribus id aperte declarat,hanc ipſam vocem proprie ad oculorum partem referens. Quomodo igitur quis recte τὰ ἐνδεδινημένα inuerſa interpretabitur? ducitur enim παρὰ τὴν δίνησιν, quæ quidem eſt circularis conuerſio. E

ANNOTATIO.

Ὄμματα ἐπιδεδινημένα vel ἐνδεδινημένα. Has duas voces non reperio in ſexto de Morbis vulgaribus, ſed alteram tantum, commentario primo,textu xxvij. pag.343.uer.45. Et rigentes,& qui vix conuertuntur, & qui ἐνδεδινημένοι intus conuerſi ſunt. Quæ verba ad oculos referuntur,vt teſtatur Galenus in commento. Hęc quoque,inquit,de oculis diſſeruit,qui contorquentur,aut delirium,aut muſculorum oculos mouentium tremorem declarant. At libro quinto, pag.342. ver.45. de vulnere Neopolis,vtraq; habetur. Ὄμματα Oculi ſicci,ſtupore rigidi, ἐνδεδινημένα intus conuerſi, intuentes in corde. Et libro ſeptimo, pag.357. uer.39.de eodem Neapoli,hanc ſententiam repetit.

Ὀργήσασθαι. Ad aliquid agendum impelli.& terrã Ὀργᾶν turgere ad fructus emittendos. Ὀργήσασθαι igitur dixit,ad aſ F
ſiſtentiam congregare humida,& ad emiſſionem præparare.

ANNOTATIO.

Ὀργήσασθαι, & vt aliqui putant, Ὀργίσασθαι. Galenus in Exegeſi habet ὀργάσασθαι, quod eſt ſimul miſcere, & ſimul temperare. Sed idem non eſt. ὀργίζομαι enim iraſci ſignificat, ὀργάζω autem commiſceo. Reperio etiam ἐργάσασθαι: nuſquã uero lego ὀργησασθαι. Sexto de Morbis vulgaribus,commentario ſecundo, textu ix. pag.344. uer.10. Alium humorem nõ procedentem ducere, procedentem vero ſimul effundere, ἐργάσασθαι operari ſimile, ueluti dolor dolorem ſedat. In cuius commento Galenus inquit, nonnullos legere ὀργίσασθαι iraſci: nonnullos ἐργάσασθαι efficere ſimile: qui aiunt, id, quod ſequitur, exempli loco dictum

A ctum esse, vt dolor dolorem sedat, quo modo in multis libris scriptum reperitur. sed nec etiam recte scriptum in exemplaribus Dioscoridis est: Qui vero ὀργίσασθαι legunt, nimis affectatum est, & ab Hippocratis loquendi consuetudine remotum, idq; siue ad nos, siue ad particulas, quibus adhibetur curatio, siue ad humores referatur: quum illi hoc verbo putent significari, eos veluti ad iracundiam impelli, & ad excretionem excitari: Prima syllaba per ε, & ρ, in uetustis libris scripta est. Ὀργᾷν in multis locis inuenitur. Primo de Morbis muliebribus, pag.243. uer.23. de his, quæ à partu non purgantur. Quum sic habuerit, leues cibos exhibeto: & si ὀργᾷ turget, pharmacum infra purgans dato. Secundo de Humoribus, textu xv. pag.115. uer.29. Concocta medicari. & mouere non cruda, nisi ὀργᾷ turgeant: plurima autem non ὀργᾷ turgent. Quam sen tentiam repetit primo Aphorismorum, textu xxij. pag.390. ver.47. In cuius loci expositione Galenus in hunc modum scribit. Verbũ ὀργᾷν, hoc est, turgere, translatum est ab animalibus concubitum appetentibus ad humores. nam sicut illa stare loco non possunt quadam titillatione impulsa, eoq; affectu concitata; sic & humores plerunque in motu vehementiore, atque transfluxu à partibus ad partes, in morbi principio hominem infestant, mouentes, titillantes, & quiescere non permittentes. quum & ipsi pariter moueantur & transfluant, & tanta latione ægrum molestent. In expositione vero textus xv. secundi de Humoribus, ait, Verbum turgendi proprie dici de animalibus solet, quæ ad rerum uenerearum usum impellun tur. nunc uero est ad eos translatum morbos, qui properant, celeriterq; mouentur. nisi turgeant, id est, nisi motus ad excretionem ipsa concitet. Hunc Aphorismum citat Galenus in octauo de Compositione medicamentorum per loca, capite III. Ἢν μὴ ὀργᾷ, nisi sua sponte concitata, id expetant: hoc est, inquit ipse, nisi motus ad excretionem nos adducat, vel incitet, qui nondum firmam aliquam inclinationem, ac stationem ad unam partem habeat. Et libro quarto Aphorismorum, textu j. pag.393. uer.40. Prægnantes medicamẽtis purgare oportet, si ὀργᾷ turget humor, quarto mense, & usque ad septimum. In cuius commento Galenus ita scribit. Si materia turget, hoc est, cogat accelerare, vel suo motu quasi ad euacuationem inuitet, atq; sollicitet. tractum enim uocabulum est ab animalibus ad coitum concitatis. Et textu x. pag. 393. uer.48. Purgare uero oportet in ualde acutis, si humor ὀργᾷ turget, etiam eadem die. Vbi rursus Galenus inquit. Dictũ est à me prius, quòd uerbum ὀργᾷν turgere, Hippocrates transtulit ab animalibus, quæ ad coitum properant, quum naturali concupiscentia moueantur ad seminis excretionem. Ostẽsum est enim in libris de Semine, quòd fœmina etiam in coitu semen excernit. quando ergo in toto corpore similis huic fuerit

naturæ impetus ad excretionem superfluitatum, vel si non in toto corpore, saltem in partibus principalioribus, tale quid consueuit Hippocrates per uerbum ὀργᾷν turgere, significare, & statim per medicamentum euacuationem faciendam indicat. De materia autem in parte turgente, meminit Galenus in expositione textus xxix. cõmentarij secundi, libri sexti, de Morbis uulgaribus, in hunc modum scribens. Iam uero de tuberculis audiuisti, quæ in acutum attolluntur, & quasi turgent, à calidis humoribus exoriri, contraria uero ex frigidioribus. ea autem turgere, pruritus dolorq; declarant. Tertio de Fracturis, textu xviij. pag. 466. uer. 38. Pus enim multum fluit ex ulcere, & ὀργᾷν gliscere uel turgere affecta pars uidetur. In cuius expositione Galenus ait. Ad exitum festinare ὀργᾷν dixit, hoc est, festinãter à uitiata parte expelli. Quem locum adducit Galenus, paucis mutatis, libro nono de Placitis Hippocratis & Platonis, capite vj. ibi enim sic scribit. Postremo, quum magis turget, crudescitq; ulcus, ligamenta illa resoluunt. Reperitur & uox ὀργασμός. Primo de Humoribus, textu xx. pag. 114. uer. 47. Maturatio, descensus eorũ, quæ infra sunt, redundantia, & fluctuatio eorum, quæ supra; & quæ ex utero, & in auribus sordes, ὀργασμὸς irritatio, siue concitatio, ac permixtio. Quem locum exponens Galenus, inquit. Irritationem quoque ait esse attendendam, in plerisque enim aphorismis, uerbo ὀργᾷν, hoc est, turgere, & irritare, quum de his agit humoribus, qui sunt ad excretionem paratissimi, & ad euacuationem properant, uti uidetur: idq; per translationem ab animalibus ad uenerem concitatis, ut in sequenti commentario ostendemus, quum ea verba, quorum initium est, Concocta medicari, interpretabimur.

Οἰκέης. Famulæ, nonnulli vero βίας, hoc est, violentias. Posita est hæc vox in libro de Natura pueri.

ANNOTATIO.

Οἰκέης. Locus ab Erotiano adductus, est in libro de Natura pueri, pag. 30. uer. 43. Mulieris nobis familiaris οἰκέης famula, cantrix magnæ existimationis.

Ὁμιλίη. tria significat; hoc quidem in loco hominum consuetudinem, eo quòd vnà versentur. In libro vero de Articulis, simpliciter appositionem & vicinitatem, quum inquit, ὁμιλέει, id est, adhærescit autem brachium cotylæ scapulæ. Exercitationem autem, quum ait. Hanc artem non solum sermone exercere oportet, verum etiam τῇ ὁμιλίῃ, id est exercitatione. Est vero in libro de Anni temporibus & loco.

Annotatio

ANNOTATIO.

A 'Ομιλίη. Libro de Medico, pag.12.uer.37. de medici dotibus. Iustum autem ad omnem ὁμιλίην conuersationem esse conuenit. Et hic est primus locus ab Erotiano adductus. Secundus autem est in primo de Articulis, textu v. pag.472.uer.29. In cuius expositione Galenus inquit. Versari inquit ὁμιλεῖν, quod uocabulum ferè mutuántur antiqui, non ad significandum colloqui, quemadmodum nunc plerique, sed hac uoce intelligunt, inter se conuenire, & quasi vnà uersari, quod ὁμοῦ εἰλεῖσθαι dicebant. Quin & Homerus eodem modo id vsurpauit in his, quæ scribit in clypeo appicta fuisse à Vulcano, quum inquit. ὁμίλεον δ' ὥστε ζωοὶ βροτοί, hoc est, Versabantur autem tanquã uiui homines. Humerum itaq; à latere ait uersari in cauo lati scapularum ossis, ubi brachium iuxta latus extenditur; ὁμιλεῖν dicens versari, vt eo uerbo significaret simul esse, & ipsum contingere. Locus Homeri hic a Galeno citatus, est Iliadis xviij. B Quem uero Erotianus affert ex libro de Anni temporibus & loco, nusquam reperi. similem tamen sententiam iuuenio primo de Articulis, textu 36. pag. 475. ver. 27. Et non satis est solum ratione artem hanc nosse, sed καὶ ὁμιλίῃ ὁμιλέειν conuersatione etiam uersare oportet.

'Ολκάδες. Oneraria nauigia.

ANNOTATIO.

ὁλκάδες. Libro de Flatibus, pag. 118. ver. 25. de ui uentorum. Spirituum potentia ita cogente, & ὁλκάδες naues onerarias etiam & ingentes in altum disijciente.

'Οδύνας ναρκοῖ, id est, Minuit. quandoquidem νάρκη est sensus compressio.

ANNOTATIO.

C 'Οδύνας ναρκοῖ. Libro de Vsu humidorum, pag.113. ver.47. & 'οδύνην ναρκοῖ dolorem stupefacit, stupor enim moderatus dolorem soluit. Vide etiam quæ superius in dictione ναρκῶσαι annotata sunt.

'Οτίδος. Auis species, quam nonnulli ὠτίδα appellant.

ANNOTATIO.

'Οτίδος. Galenus in Exegesi inquit ὀτίδος. Auis. Aristoteles ὠτίδα per ω, uocat, Xenophon autem in primo Cyri expeditionis ὀτίδα per ο, scribit. De hac aue Erotianus rursus scribit, vbi tractat de dictionibus ab ω incipientibus. Libro de Morbo sacro, pag.122. uer.32. Ex uolucribus autem à gallo, & turture, ac ὀτίδος otide (scilicet abstineat.)

'Οΐος στόμαχον. Gulam προβάτου pecoris. nam ὄϊς ouis, τὸ πρόβατον est. communiter autem hominis.

Ὅριον. Confinium. D

ANNOTATIO.

Ὅριον. Sexto de Morbis vulgaribus, commētario ſexto, textu xv. pag. 348. uer. 21. Quæ irritātur, ex qualibus ſtridulæ faucium aſperitates ὅριον terminū præſcribunt. Quarto de Articulis, textu xxxv. pag. 497. ver. 16. Oſſa vero tarde abſcedūt, qua parte τὰ ὅρια termini ſunt denigrationis. Et textu xxxvj. ver. 17. Oportet autem partes corporis quæcunq; infra τῶν ὁρίων terminos denigrationis ſunt, &c.

Ὄγχειν καὶ Ὀγχεύειν, ſcriptum reperimus, eſt autem ferre, vt inquit Bacchius.

Ὄκλασις. Dicitur Ὀκλάσαι in tibias & calcanea flectētem genua ſedere.

Ὀκνέειν. Non poſſe. inquit enim ἤτοι κατοκνέουσιν ὀρθοῦσθαι, id eſt, non poſſunt erigi. E

Ὄνος. Axis, fortaſſe ob conuerſionem motus in orbem.

ANNOTATIO.

Ὄνος. Secundo de Fracturis, textu xlviij. pag. 461. ver. 46. Si vero & hoc velis, ὀνίσκους aſellis hinc atque illinc conſtitutis, in ipſis extenſionem facies. In cuius commento Galenus ait. Axes ſolitus eſt appellare ὄνους, quemadmodum vbi ſcribit. Axis verſatio, nunc vero axiculos nominauit ὀνίσκους, vſus nomine diminutiuo. Et libro tertio, textu xl. pag. 468. ver. 26. de machinis. Ὄνου. Axis verſatio, per vectes commotio, & cuneorum vſus. Quem locum exponens Galenus, ait, Axes nuncupantur vocabulo ὄνου, & ὀνίσκου. Tertio de Articulis, textu xxv. pag. 485. ver. 10. Commodius adhuc rem parabis, ſi à trochlea vel ab ὄνου aſello, aut axe funes demittas. In quo loco rurſus Galenus dicit, axiculos appellare ὀνίσκους. Et libro quarto, textu lj. pag. 498. ver. 42. Poſtes itaque ab vtraque parte adiiciantur, breues, robuſti, qui ὀνίσκον aſellum contineant. Vbi iterum Galenus ait. Hippocratem nominare axes ὀνίσκους. F

Ὀῤῥὸν πίσσης. Quod eſt picis maxime humidum. In primo vero de Morbis muliebribus, & in libro de Ptiſana, lactis ſerum intelligendum eſſe ſcribit, quod ineſt iis, quæ in caſeum coguntur.

ANNOTATIO.

Ὀῤῥὸν πίσσης. Libro de Vlceribus, pag. 515. ver. 3. Et ὀῤῥὸν πίσσης picis ſerum crudum ammiſceto. Pro ſero lactis vtitur voce ὀῤῥὸν in multis locis. Primo de Morbis muliebribus, pag. 241. ver. 4. Aut polypodium, aut

ὀῤῥὸν

A ὀῤῥὸν ſerum, aut medicamentum ex multis compoſitum exhibeto. Et hic eſt primus locus, quem adducit Erotianus. Secundus autem, quem citat ex libro de Ptiſana, eſt in primo de Ratione victus morborum acutorum, textu iiij. pag. 368. ver. 12. de pharmacis aluum deorſum purgãtibus. Et ὀῤῥὸν ſerum ac lac pro tempore. Secundo de Morbis, pag. 142. ver. 30. & 44. Et libro quarto, pag. 174. ver. 4. & pag. 175. ver. 3. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 267. ver. 18. & pag. 268. ver. 1. 3. 5. & pluries etiam in hoc libro.

Οκνήθη. Reueritus eſt.

Ὀῤῥωδέειν. Trepidare, timere.

ANNOTATIO.

B Ὀῤῥωδέειν. Primo de Morbis muliebribus, pag. 240. ver. 9. de dolore prægnantis. Ὀῤῥωδέειν formidare oportet ne fœtum per abortum edat. Et pag. 252. ver. 38. de fœtu mortuo extrahendo. Ita vt ὀῤῥωδέοντα caueas ne vterum contingas. Secundo Prorrheticorum, pag. 418. ver. 15. de lethalibus vulneribus. Sed neque hæc admirari, neque ὀῤῥωδέειν formidare oportet. Secũdo de Fracturis, textu lxv. pag. 463. uer. 25. de fractura tibiæ. Si vero ſuſpicionem habeas os aliquod directione opus habere, aut de vlceratione aliqua ὀῤῥωδέῃς timeas. Et libro tertio, textu xvij. pag. 466. ver. 36. de fractura oſſis cum vlcere. Modum curationis ὀῤῥωδέειν timere non oportet.

Οἶνος ἄνδριος. Generoſum vinum, vel ab Andro Inſula, vt Lesbium à Lesbo. Vide Ἀνδρείος.

Οὔλῳ ἐρίῳ. Molli lanæ.

C Ὀσφύϊ. Lumbo.

Ὀχλώδεα. Moleſta.

ANNOTATIO.

Ὀχλώδεα. Secundo de Morbis vulgaribus ſectione prima, pag. 311. uer. 25. Aſcarides veſperi ſimiliter huic, & illę tunc ὀχλέουσι infeſtant in die plerunque. Secundo de Fracturis, textu xxij. pag. 460. ver. 47. de fractura calcanei. Attamen & talibus diuturnæ ac ὀχλώδεα moleſtæ affectiones fiunt. Et textu xl. pag. 461. ver. 26. de luxatione oſſium tibiæ. Hæc autem minus ὀχλώδεα moleſta ſunt.

Οἶδος. Tumor.

ANNOTATIO.

Οἶδος. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 270. uer. 10. de utero ad

hepar conuerso. Quum sic habuerit, τὸ οἶδος tumorem ab hepate manu infra leuiter detrudito. Tertio de Fracturis, textu v. pag.465.ver.17. de vsu fasciarum. Necesse est enim ei, qui ita deligatur, τὸ οἶδος tumorem ad ipsum vlcus eleuari. Et textu viij.ver.21. Coguntur autem propter οἶδος tumorem cataplasmata insuper imponere. In cuius commento Galenus ait, tumorem οἶδος nuncupat. Et paulo post. Tumorem præter naturam & οἶδος & οἴδημα solitus est appellare. Qua voce utitur etiam quarto Aphorismorum, textu xxxiiij. pag.394.ver.28. Si à febre occupato οἰδήματος tumore non existente in faucibus, suffocatio de repente contingat, lethale est. In quo loco Galenus ait. Prisci per inflationem, id est οἴδημα & tumorem, idem intelligebant: licet Græci tumores sine dolore, & molles οἰδήματα peculiariter appellent. Et libro quinto, textu lxv. pag.397. ver.41. Quibus οἰδήματα tumores in vlceribus. Vbi rursus Galenus inquit omnes præter naturam tumores Hippocratem οἰδήματα, id est, inflationes nominare, sub quibus etiam inflammationes continētur. Tertio de Officina medici, textu xxx. pag.504. uer.46. Οἰδήματα tumores inflammationis expertes. Quem locum explicans Galenus ait, οἰδήματα Hippocrates omnes præter naturam tumores vocare consueuit: quum cęteri posteriores, in inflammationes, & duritias, & ea, quæ peculiari nomine ab eis uocata sunt οἰδήματα, eos distinguant. D E

Libro de Vlceribus, pag.513. uer.34. Cui οἴδημα obortus fuerit circa vlcus, vlcere non inflammato, huic postea temporis progressu οἴδημα tumor puris subsidentiam habet. Et ver.35. Quodcunq; vlcus ex inflammatione οἰδῆσαν tumidum non sedatur, dum alia, quæ simul inflammari, ac οἰδήσκεσθαι tumescere cœperunt, sedantur, etiam hoc non coalescere periculum est.

Οἰνίζεσθαι. Bibere. F

Ὄπωπα. Vidi.

ANNOTATIO.

Ὄπωπα. Primo de Articulis, textu iij. pag.472. ver.17. de humeri luxatione. Sed neque in anteriorem partem vnquam ὄπωπα vidi, sed neque videtur mihi vnquam excidisse.

Οὐλομελίης. Totius naturæ.

ANNOTATIO.

Οὐλομελίης. Libro de Glandulis, pag.56. ver.21. De glandularū οὐλομελίης tota natura, sic habet. Et pag.57. ver.11. Et dicam de οὐλομελίης tota natura glandularum colli. Libro de Alimento, pag.110. uer.48. Con-

sententia

A sententia omnia, iuxta quidem οὐλομελίην totam naturam corporis omnia. Primo de Articulis, textu xlvj.pag.476.ver.13. Verum in alio libro de glandularum οὐλομελίης tota natura scribetur. In cuius commento Galenus ait. Glandularum vniuersam naturam appellauit οὐλομελίην, quam pollicitus est alibi dicere, non tamen extat hic liber Hippocratis, de vniuersa glandularum natura.

Ὄχεις. Asperitas, verum non angulus, vt ait Bacchius.

ANNOTATIO.

Ὄχεις. Galenus in Exegesi exponit, oblonga eminentia.

Ὅπλα. Bacchius interpretatur stupeos funes: sed non recte. sunt enim communiter funes, qui detinent malum re-
B ctum in naue.

ANNOTATIO.

Ὅπλα. Galenus in Exegesi dicit esse funes ex stupa, vel lino, vel canabe cõfectos. Tertio de Articulis, textu xxv.pag.485.ver.10. Commodius adhuc rem parabis, si à trochlea, vel ab axe ὅπλα funes demittas. Et libro quarto, textu lxiij.pag.500.uer.31. Nam si uincula ex loris mollia, ac lenia non affuerint, sed aut ferrea, aut ὅπλα funes nautici, aut σχοινία funes domestici, fascijs aut panniculis laneis, ea maxime parte amplius obuoluere oportet. In quo loco Galenus ait. Nauium rudentes græci vocant ὅπλα: quod Poëta indicat in eo carmine.

Κεῖτο δ' ὑπ' αἰθούσῃ ὅπλον νεὸς ἀμφιελίσσης

Veliuolæ sub porticibus tunc forte iacebat.

C Armamentum illic. Constat etiam Hippocratem, quum rudentes ὅπλα dixit, eos funes intellexisse, qui in nauibus habentur: nam eos, qui in vrbibus, & qui in agro, communi funium vocabulo appellauit σχοινία.

Ὀχετὸς. Aquarum ductus, vt etiam inquit Homerus. Sicut autem quando vir ὀχετηγὸς, irrigator à fonte profundæ aquæ.

ANNOTATIO.

Ὀχετοὺς. Sexto de Morbis vulgaribus, cõmentario tertio, textu viij. pag.345.uer.28. In exercitationibus signum, sudor fluens guttatim, qui exit uelut ex ὀχετῶν canalibus, aut collapsio ex eleuatione. Tertio de Articulis, textu lij.pag.488.uer.19. Non enim ὀχετοὺς riuos, qui sunt in

ventre, gibbositas ad externam partem intendit, neq; fluidos esse prohibet. In cuius commento Galenus ait. Alui riuos, seu itinera, id est, exitum eorum, quæ per vesicam & per anum expelluntur, intelligere. Et textu lix. pag. eadem, ver. 38. Οἱ γὰρ ὀχετοί. Riui enim in molli ad vnamquanq; costam extenta parte, & nerui à principalissimis in corpore partibus progressus habent. In cuius expositione Galenus inquit, Arterias & venas ὀχετοὺς vocauit. Homeri locus est Iliadis xxj. Sic autem scribit. D

Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀνὴρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου.
Ἂμφυτα καὶ κήπους ὕδατος ῥόον ἡγεμονεύει.

Sicut autem quando vir ὀχετηγὸς irrigator à fonte nigræ aquæ circa plantas & hortos aquæ fluxum ducit.

Οὖλον ὀρόβιον. Ruffum. nonnulli magnitudine æqualem orobo verrucam. E

Οἶνον οἰνώδεα. non, vt nonnulli, delicatum, & solam vini ἔμφασιν præ se ferens, verum potius austerum & generosum. Inquit enim, Dulce vinum, & οἰνώδεα vinosum, & album, & nigrum. Quum autem distinguit, ait, Dulce quidem minus graue reddit caput τοῦ οἰνώδεος vinoso.

ANNOTATIO.

Οἶνον οἰνώδεα. Libro de Locis in homine, pag. 70. ver. 40. de ictero. Sed οἴνῳ οἰνώδει vino vinoso, & his, quæ rubicundiorem hominẽ faciunt (scilicet vtens.) Secũdo de Morbis, pag. 146. ver. 31. de angina. Et pag. 149. uer. 28. de Pleuritide. Οἶνον λευκὸν οἰνώδεα. Et pag. 155. ver. 38. & 45. Et pag. 156. ver. 8. Et pag. 157. ver. 33. Libro de Affectionibus, pag. 186. uer. 34. Et pag. 187. uer. 10. Primo de Morbis muliebribus, pag. 246. uer. 33. Et libro secundo, pag. 269. ver. 3. Οἶνον μέλανα παλαιὸν οἰνώδεα. Vinum nigrum vetus vinosum. Libro de Sterilibus, pag. 299. ver. 29. Cum οἴνῳ μέλανι οἰνώδει vino nigro vinoso. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu xxxiiij. pag. 372. ver. 25. Quin & album & nigrum οἶνος vinum, si quis præter consuetudinem permutet, etiam si ambo οἰνώδεες vinosa fuerint, tamen multa in corpore alterarint, vt minus mirum esse quis dixerit, dulce & οἰνώδεα οἶνον vinosum vinum non idem posse, si de repente permutata fuerint. Et libro tertio, textu j. pag. 374. ver. 8. qui locus primus est ex ijs, quos Erotianus adducit. Dulce autem οἶνον vinum, inquit, & οἰνώδεα vinosum, & album, ac nigrum (scilicet distinguere oportet) Et textu ii. pag. eadem, ver. 10. qui est secundus Erotiani locus. Dulce quidẽ minus graue reddit caput τοῦ οἰνώδεος quã vinosum. F

Et

A Et libro quarto, textu lxxxiij. pag.381.ver.38. οἴνου vinum creticum οἰνώδεα vinosum bibendum dato.

Οἴνῳ σιραίῳ. Sapa dicto.

ANNOTATIO.

Οἴνῳ σιραίῳ. Primo de Morbis muliebribus, pag.251.ver.13. de vlceribus vteri. Omnia vero statim οἴνῳ σιραίῳ vino siræo, siue sapa colluere oportet. Et libro secundo, pag.284.ver.6. de vtero qui non retinet genituram. Suffire autem oportet cassiam, cinamomum, myrrham, singulis pari portione, οἴνῳ σιραίῳ sapa subactis.

Ὀλοφλυκτίδες. Pustulæ. nonnulli πρηδονυκτίδες tubercula: nonnulli papulas varis similes.

B ANNOTATIO.

Ὀλοφλυκτίδες. Galenus in Exegesi dicit esse pustulas subito erumpentes. Secundo de Morbis muliebribus, pag.289.ver.30. de vtero. Et si exulceratum fuerit osculum, ac φλυκτίδες pustulæ vbique in ipsis fuerint. Codex Vaticanus habet, ὀλοφλυκτίδες.

Ὀυλάς. Hordeola.

Οὐ παιδοκτίσει. Non faciet filios. κτίσαι enim facere dicit.

Οἰναρίδες. Palmites vitium, sic Attici appellant. οἴναρα vero vitis folia dicuntur.

ANNOTATIO.

Οἰναρίδες. Galenus in Exegesi eodem modo, quo Erotianus exponit.

C Secundo de Morbis muliebribus, pag.286.ver.17. Hæc omnia simul terito, ac suffito, oboli Attici pondere, ἐπὶ σποδίην οἰναρέην in cinere sarmentorum vitis. Et pag.289.ver.35. Aut galbanum, myrrham, thus, oleum album Ægyptium super οἰναρίδων vitis sarmenta.

Οἰσύπη αἰγός. Οἰσύπη proprie dicitur excremētum τοῦ προβάτου. etenim τὸ πρόβατον est ὄϊς (id est ouis.) Veruntamen ipse abusiue οἰσύπην capræ etiam excremētum appellauit. ob id & lanas οἰσυπηρά, eas vocauit, quæ participes sunt τῆς οἰσύπης œsypes, vel τοῦ οἰσύπου œsypi: vtroque enim modo dicitur.

ANNOTATIO.

Οἰσύπη αἰγός. Galenus in Exegesi habet οἴσπη, quam dicit esse sordem,

dem, quæ inter caprillos pilos naſcitur, pręſertim inter eos, qui ad ſedē ſunt. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 286. ver. 10. Aut οἰσύπη αἰγὸς ſordes pilorum circa ſedem capręſiccas tundito, & torreto. Libro de Vlceribus, pag. 514. ver. 44. Ἐρία οἰσυπώδεα lanas ſuccidas dixit. D

Οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω. id eſt, Vitioſo habitu deprauati, atq; ob hanc rem acres, & facile mobiles. illi enim, qui habent partem bilioſam propinquam, læduntur ab inedia ſecundum ſtomachum.

ANNOTATIO.

Οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu xxix. pag. 372. ver. 3. Οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω. Qui ſupernas partes amara bile infeſtantur, talia moleſtius ferunt. Et libro tertio, textu 11. pag. 374. uer. 12. de uino dulci. Quare neque τοῖσι πικροχόλοισι his, qui amara bile abundant commodum eſt. In cuius commento Galenus inquit, πικροχόλους appellare eos Hippocratem, in quibus amara bilis redundat. Et textu xxxviij. pag. 375. uer. 35. Cęterū, vt in ſumma dicatur, acredines, ſiue aceditates ex aceto, πικροχόλοισι amara bile abundantibus magis conferunt, quam atrabilariis. In quo loco Galenus inquit, Picrocholas naturas, id eſt, in quibus amara bilis exuperat, appellare eas, quæ amarum ſuccum coaceruant, qualis eſt flauæ bilis ſuccus. Tertiò de Fracturis, textu xlix. pag. 469. uer. 38. Et ſi quidem πικρόχολος amara bile præditus natura fuerit. In cuius loci expoſitione Galenus idem repetit. E

Οἴαδος. Bryoniæ dictæ. eſt autem vitis agreſtis ſpecies.

ANNOTATIO. F

Οἴαδος. Aliqui codices habent, οἰνάδος.

Οἶνος ἀνθοσμίας, odoratum & ſuaue, vt Ariſtophanes in Ranis, & in Cerealia celebrantibus.

ANNOTATIO.

Οἶνος ἀνθοσμίας. Libro de Sterilibus, pag. 297. uer. 43. de ſubdititijs ad oſculum uterorum durum. Οἴνῳ ἀνθοσμίῃ. Vino odorato diluito, & ad unguenti formam reducito.

Ὄργια. Myſteria.

A

Principium Π.

Πϱοπετής. Præceps. & hæc dictio metaphorice dicta est. etenim homines in viuendo πϱοπετεῖς appellamus, qui seipsos nõ continent,& quasi ante tẽpus actionibus sese accingũt.

ANNOTATIO.

Πϱοπετής. Pro præcipite & proteruo sumitur, libro de Medico, pag. 12.uer.33. Τὸ γὰϱ πϱοπετὲς Promptitudo temeraria, & facilitas contemnentur,etiam si valde commoda existant. sic uertit Germanus interpres. Quarto de Morbis uulgaribus, pag.333. uer.23. de quibusdam ægrotis. Καὶ ταχυγλωσσότεϱοι πϱοπετέως & lingua citiore,ac volubiliore præditi,proterue. Pro prono autem vsurpatur hæc vox in primo de Morbis

B muliebribus,pag.251.ver.45. Iubeto lectum ad caput sublimem habere, ut decliuis sit in pedes, animaduersione habita ne πϱοπετὴς pronua sit homo ipsa. Primo Prognosticorum,textu xv.pag.402.ver.14.Si vero etiã πϱοπετὴς pronus fiat,& de lecto ad pedes delabatur,magis horrendum est. Quam sententiam repetit in Coacis prænotionibus, pag.439. uer.30. Primo de Articulis,textu iiij.pag.472.uer.28. A natura enim πϱοπετὴς pronum est brachij caput in anteriorem partem. Et libro secundo, textu xviij.pag.480.uer.37.de luxatione maxillæ. Nam his genę πϱοπετέστεϱαι prominentiores sunt,sed indistorte. sic uertit Germanus interpres. Et libro tertio, textu viij. pag.484. uer.10. de gibbositate spinæ. Sed & iuxta magnum uerticulum,ceruicem repandam habere coguntur,ut ne caput ipsis πϱοπετὴς pronum sit.

Πνεῦμα. nunc Respiratio ex his,quæ dicit, Πνεῦμα respiratio

C densa existens laborem significat.

ANNOTATIO.

Πνεῦμα. Galenus in Exegesi, in expositione dictionis πνευματώδης, dicit sæpe spirandi difficultatem πνεῦμα vocare Hippocratem. Libro de Morbo sacro, pag.126.uer.12. Æger mutus factus πνεῦμα spiritum non trahit,sed πνεῦμα spiritus quiescit. Primo de Ratione uictus morborum acutorum, textu xxxij. pag.369.uer.40. Et πνεῦμα spiritus densior fiet. In cuius commento Galenus inquit, totam respirationem πνεύματος spiritus nomine uocasse,ut in Presagijs & Epidemijs. Quarto Aphorismorum,textu lxviij.pag.395.ver.23. In febribus πνεῦμα spiritus offendens,malum. Quem locum exponens Galenus,ait πνεῦμα spiritum intelligendum nunc esse ipsum dicere,sicuti etiam in Prognostico,respirationem

tionem. Primo Prorrheticorum, commentario primo, textu xxiiij. pag. 409. ver. 27. Et commentario secundo, textu iiij. pag. eadem, ver. 44. Et textu lv. pag. 410. ver. 43. & 44. Respirationis etiam differentiæ eadem voce ab Hippocrate explicantur. Primo Prognosticorum, textu xxiiij. pag. 402. ver. 30. πνεῦμα δὲ πυκνὸν Spiritus autem densus, seu freques, dolorem significat. Quæ verba ab Erotiano adducuntur. Tertio de Morbis, pag. 162. ver. 33. Et pag. 164. ver. 43. Libro de Internis affectionibus, pag. 198. ver. 43. Primo de Morbis muliebribus, pag. 241. ver. 40. Et libro secundo, pag. 282. ver. 45. Secundo de Morbis vulgaribus sectione tertia, pag. 315. ver. 25. & 38. πνεῦμα ὑπόπυκνον. Et libro septimo, pag. 354. ver. 38. πνεῦμα σμικρῷ πυκνότερον. Spiritus paulo densior. Primo de Morbis vulgaribus, commẽtario tertio, textu xxviij. pag. 310. ver. 20. & 30. πνεῦμα ἀραιὸν Spiritus rarus. Et libro secundo, sectione secunda, pag. 314. ver. 3. πνεῦμα δὲ τουτέοισιν οὐ πάνυ μετέωρον, Spiritus autem his non valde sublimis. Et libro septimo, pag. 356. ver. 11. πνεῦμα πρὸς χεῖρα πονηρὸν, οὐ πυκνὸν, οὐ δὲ μέγα. Spiritus ad manum malus, non densus, neque magnus. Primo Prorrheticorum, commentario secundo, textu lx. pag. 411. uer. 2. θολερὸν πνεῦμα turbidus spiritus. In cuius cõmento Galenus inquit, Turbidum spiritum, veluti iam antea, ambiguum habere intellectum, reperiri. at in ea quidem dictione, turbidum spiritum ab eo de expiratione dictum esse, vt enarratum est, verisimile videri. nunc autem & ipsum de ructibus dictum esse, quosdam nos existimare iubere, quo modo alios de flatibus.

D

E

Περιεκτικόν. Salutare.

ANNOTATIO.

περιεκτικόν. Hanc vocem non reperio, sed in ea significatione, περιεσικῶς, legitur in Secundo Prognosticorum, textu lxv. pag. 406. ver. 16. Ὑπηρετῆται δὲ περιεσικῶς ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν περιεσικῶν σημείων. Indicatur autem superstes futurus ab omnibus reliquis salutaribus signis.

F

Πελάσῃ. Appropinquabit. Πέλας enim prope dicitur.

ANNOTATIO.

πελάσῃ. Primo de Morbis muliebribus, pag. 241. ver. 42. de grauida. Maxime vero frequenter respirat, vbi partus πελάζῃ appropinquat. Infra rursus ab Erotiano hæc ponitur dictio.

Προαπαυδησάντων. Prius deficientium, ex quo declaratur virium debilitas. inquit enim προαπαυδησάντων παραφροσύναι κάκισαι

A κάκισαι hoc est, Phrenitides, quæ fiunt viribus defatigatis, pessimæ.

ANNOTATIO.

προαπαυδησάντων. Erotianus hanc vocem exponens dicit significare προαναφωνησάντων, sed meo quidem iuditio scribendum est προαποφωνησάντων, quæ vox significat, prædefatigatorum. Locus ab Erotiano adductus, est in primo Prorrheticorum, commentario primo, textu viij. pag. 409. ver. 9. Αἱ προαπαυδησάντων Prædebilitatorum deliria pessima. In cuius commento Galenus ait. Magnitudinem quandam in virtutis debilitate ostendit nomen προεξαδυνατησάντων, id est, prædebilitatorum, propter adiunctam ἐξ præpositionem nomini huic προαδυνατησάντων, quod etiã per se sufficientem virtutis lęsionẽ ostendit, atq; in exemplaribus quibusdam ita scriptum reperitur. Codex Vaticanus habet
B αἱ ἀπαυδησάντων. Repetit hæc eadem verba Hippocrates, in Coacis prænotionibus, pag. 426. ver. 38. de notis delirij. in quo loco habetur προεξαδυνατησάντων. pro qua voce, nisi obstaret Galeni authoritas, reponerem, ab Erotiano admonitus, προαπαυδησάντων.

Παρενεχθέντι. In mentis alienationem inducto.

ANNOTATIO.

παρενεχθέντι. Quarto de Morbis vulgarib⁹, pag. 329. ver. 29. Primus, qui παρενεχθεὶς fuit delatus adolescens, huic vrina pura tenuis. Primo Prorrheticorum, commentario primo, textu xxj. pag. 409. ver. 25. de alui excrementis. Si cui lumbi antea doluerint, & παρενεχθέντι mente emotus fuerit. Quam sententiam repetit in Coacis prænotionibus, pag. 445. ver. 31.

C Παρακρουστικὸν. Quod hominem de mentis statu deiicit. Παρακρούειν enim veteres dicebant breui tempore delirare.

ANNOTATIO.

παρακρουσικόν. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu xxxj. pag. 344. ver. 3. Oculi audacia, παρακρουσικὸν delirij signũ est. Et commentario tertio, textu xxxvj. pag. 346. ver. 17. Sputa rotunda, παρακρουσικὰ delirium significant, velut in Pleno. Quam sententiam repetit commentario sexto, textu xix. pag. 384. ver. 27. de illo in Plinthio. Galenus vero in eius loci expositione inquit. Hic pro delirio (quod παράκρουσις dicitur) non esse intelligendam phrenitidem: quando ipsum Hippocrates nunquam phrenitida vocet: sed tum denique quum mens de suo statu deturbata est, aut furore correpta. Et commentario eodem,

textu xi. pag. 348. ver. 16. Turbationes, trãsitus. Nam παρακρούουσι mente motis dolores laterum desinunt. Primo Prorrheticoeum, commentario primo, textu xj. pag. 409. ver. 13. de faucium affectione. παρακρουστικὰ mentis emotionem portendunt. Et textu xix. pag. eadem ver. 21. Αἱ παρακρούσιες Vacillationes mentis, cũm voce clangorosa. In Coacis prænotionibus, pag. 429. ver. 31. Sonitus aurium, cum visus hebetudine, & narium grauedine παρακρουστικὸν mentem emouet, & sanguinem profundit. Et pag. 433. ver. 12. Affectiones ex lumbis, ad collum & caput trãseuntes, leuis syderationis modo resoluentes, conuulsoriæ, παρακρουστικὰ mentis emotoria sunt. D

Πεπασμός. Proprie de arborum fructibus dicitur, quum ex immaturitate maturitatem sunt consecuti. Improprie vero de nostris corporibus, quum succi sunt concocti. E

ANNOTATIO.

Πεπασμός. Primo de Humoribus, textu 11. pag. 114. ver. 28. Ducendus est (scilicet humor) quà repit per conuenientes ac commodas regiones, exceptis ijs, quorum πεπασμοὶ maturationes ex tempore contingunt. Et textu. 111. pag. eadem, ver. 29. Οἱ πεπασμοὶ Maturationes extra aut intro repunt, aut aliò, quò oportet. In cuius cõmento Galenus inquit, Quum dixerit, nisi quorum maturationes, id est, πεπασμοὶ à temporibus existunt, merito quorsum concoctiones vergant, hic subiunxit. Et paulo post. Sciendum est autem morbi πεπασμὸν maturationem esse concoctionem quandam eorum, quæ præter naturam sunt: ipsam vero concoctionem esse deductionem quandam eius, quod concoquitur, in naturam concoquentis. Primo de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu xxvij. pag. 302. ver. 20. His neque modice πεπασμὸς concoctio aderat. Et commentario secundo, textu xlv. pag. 304. ver. 18. Πεπασμοὶ Concoctiones celeritatem iudicationis, & securitatem sanitatis significant. Et libro tertio, cõmentario tertio, textu xxv. pag. 322. ver. 23. Quibus enim ad suppurationem talium πεπασμὸς maturatio peruenit, horum plerique seruabantur. Et textu lxi. pag. 323. ver. 21. de vrinis. Neque enim crassitudinem, neque πεπασμοὺς concoctiones, neque purgationes bonas habebant. Et textu lxxiij. pag. 324. ver. 38. Neq; aliqua sputorum πεπασμὸς concoctio fiebat. Et libro sexto, commentario tertio, textu xj. pag. 345. ver. 32. Quicquid suppuratur, non reuertitur: ipsa enim πεπασμὸς concoctio & iudicatio simul, & abscessus. Et commentario quinto, textu vj. pag 347. ver. 24. Morbi connutriti in senecta, & per πεπασμὸν concoctionem, & per solutionem, & per rarefactionem desinunt. F

Πινώδεσι.

A Πινώδεσι. Sordibus. Πίνος enim ſordes, & Πινηρὰ ἔρια quum inquit, ſordidas lanas intelligere oportet. In nonnullis vero commentariis πίνον ſcriptum inuenimus, quod maculam ſignificat.

ANNOTATIO.

πινώδεσι. Secundo de Humoribus, textu xxxiiij. pag. 116. ver. 14. Sed & quæ in lanis πινώδεσι ab ouili ſuccidis adhibetur. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 284. ver. 26. Poſtea ἐρίῳ πινωδεστάτῳ ſuccidiſſima lana fricet, & cum aqua colluat, tingat autem πινῶδες ἔριον lanam ſuccidam melle.

Πρὸ τοῦ ἦρος. pro Ante ver ὁρᾶν videre.

ANNOTATIO.

B πρὸ τοῦ ἦρος: ἀντὶ τοῦ πρὸ τοῦ ἦρος, ὁρᾶν. Hunc locum Erotiani eſſe deprauatum, exempla, quæ adducuntur, aperte oſtendunt. reſtitui vero hoc modo debere puto. πρωὶ τοῦ ἦρος: ἀντὶ τοῦ πρὸ τοῦ ἔαρος, hoc eſt, pro, ante ver. dictio autem ὁρᾶν, quę videre ſignificat, ſuperflua videtur. Primo de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu ix. pag. 301. ver. 46. πρωὶ μὲν τοῦ ἦρος, Ante ver quidem ex priore ſtatu, ſubcontrario & aquilonio fiente, paucis obortæ ſunt febres ardentes. Et commentario ſecũdo, textu v. pag. 302. ver. 49. Et textu lxj. pag. 304. ver. 41. Et libro tertio, commentario tertio, textu ix. pag. 322. ver. 7. Et textu xxxiij. pag. eadem, ver. 36. Et textu lxvj. pag. 323. ver. 35. Et primo de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu xvij. pag. 302. ver. 6. πρωὶ τοῦ θέρεος. At uero ante æſtatis initium.

C Πῦρ, id eſt, Febris. Attica autem vox eſt.

ANNOTATIO.

πῦρ. Sumitur hæc vox pro febre, pro febre vehementi, & pro calore. Tertio de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu xv. pag. 319. ver. 30. Cum occaſione uero πῦρ febris corripuit. In cuius commento Galenus ait, πῦρ ignem appellare febrem. Et commentario ſecundo, textu 11. pag. 320. uer. 18. In qua ſignificatione ſumitur libro de Glandulis, pag. 56. ver. 28. Primo de Morbis, pag. 131. ver. 9. Et libro ſecundo, pag. 148. ver. 21. Et pag. 149. ver. 20. Et libro tertio, pag. 164. uer. 22. Et libro quarto, pag. 166. uer. 19. Et pag. 171. ver. 28. & 30. Libro de Affectionibus, pag. 181. ver. 38. Libro de Natura muliebri, pag. 214. ver. 2. Primo de morbis muliebribus, pag. 232. ver. 22. Et pag. 239. ver. 33. 38. 49. Et pag. 242. ver. 23. 34. Et pag. 243, ver. 10. 19. Et libro ſecundo, pag. 265. ver. 23. Et pag. 268. ver. 4. 25. 32. Primo de Morbis vulgaribus, cõmentario tertio, textu xxiij. pag.

pag.309.ver.16. Pro febre vehementi vsurpatur hæc vox. Primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xix.pag.307.ver.46. πῦρ febris corripuit. In cuius commento Galenus inquit, πῦρ id est ignis eum corripuit, Ita suo more febrem vehementissimam nominare. Et textu xxj. pag.308. ver.28. πῦρ febris vehemens. In quo loco rursus Galenus ait, πῦρ, id est, ignem, ab ipso febrẽ ardentissimam nominari. Et textu xxiiij. pag.309. ver.29. Et textu xxv. pag. eadẽ, ver.37. Et textu xxx. pag.310. ver.43. Et libro tertio, commentario primo, textu v. pag.319. ver.13. Et libro quinto, pag.339. ver.47. Pro significatione caloris reperitur hæc vox. Libro de Natura muliebri, pag.214. ver.25. de vtero prolapso. πῦρ calor habet pudenda. Libro de Sterilibus, pag. 299. ver.18. Si vteri extra naturam progressi fuerint, πῦρ calor habet maxime pudenda & sedem. D

Πλάδος, quasi mollis & laxa, & humida constitutio corporis, cuius nulla pars carnis est solida. E

ANNOTATIO.

πλάδος. Libro de Glandulis, pag.56. ver.36. Et sic πλάδος nimia humectatio non est in corpore. Et ver.37. Non statim πλάδος nimia humectatio inde successerit. Et pag.57. ver.5. de glandulis intestinorum. Et pascuntur πλάδον humectationem nimiam ex intestinis exprimentes.

Primo de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu xj. pag.303. ver.7. Omnibus vndiquaq; multa πλάδος humiditas. In cuius commento Galenus inquit. Superuacaneam humiditatẽ appellare πλάδον consueuisse. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu xxxiiij. pag.372. ver.22. de vino aquoso. Illud enim πλάδον humiditatem in superno ventre inducit, & flatum in inferno. Quem locum Galenus exponens, ait, Adiecisse vinum dilutum πλάδον, id est humiditatem, infirmitatemq; in ventre superiore facere. Et libro tertio, textu xxxij. pag. 375. ver.24. Intestini tamen infernam partem πλαδαρώτερον humectiorem facit. Vbi rursus inquit Galenus. Humiditatem, quæ innascitur partibus, præterquàm quòd secundum naturam sunt, πλάδον appellari ab Hippocrate, notum esse. Tertio de Fracturis, textu xix. pag.466. ver.39. Frequentius igitur deligare oportet ob πλάδον nimiam humiditatem. Galenus autem in expositione dicit humoris abũdantiam (vt solitus est) appellat πλάδον, seu tenui habitu sit, seu crasso, quale nunc est pus. F

Πρωϊαίτερον. Ante oportunum tempus.

ANNOTATIO.

πρωϊαίτερον. Aliqui codices habent προϊαίτερον, quam lectionem non

A non probo. Secundo de Morbis vulgaribus, ſectione prima, pag.311.ver. 36.de circuitibus & iudicationibus. Si πρωϊαίτερον citius accedant, aut non. Et ver.40. Fortaſſis autem & ex aliis communibus rebus, quæ quidem πρωϊαίτερον citius fiunt, breuiora ſunt. Et libro quarto, pag.330. ver.15. Cęterum ad principia, conſiderandę ſunt etiam exacerbationes, & & an πρωΐτερον citius redeant. Et pag.333.ver.40. Vigoris morborum, & ad iudicationem, & quotidie, & an πρωΐτερον citius fiant, an ſerius. Et libro ſexto, commentario ſexto, textu xxv. pag.348.ver.36. Et eorum, quæ per annum fiunt, tempore quodam anni πρωΐτερον pręcociore, vel citius, velut puſtulæ & huiuſmodi. Simile enim eſt his, quæ quotidie πρωΐτερον citius aut ſerius accipiuntur.

Παρελύθη. proprie appellat παράλυσιν eam, quæ maxime
B in dextra corporis parte fit.

ANNOTATIO.

παρελύθη. Quarto de Morbis vulgaribus, pag.334. ver.5. de Amyntæ filio. Ambo παρελυθέντες μοῦνον τὴν δεξιὴν ſola dextra reſoluti. Et libro, quinto, pag.336.ver.49.de Theophorbi filio. Reliquum corpus frigidum erat, & totus παρελύθη reſolutus eſt. Et libro ſexto, commentario octauo, textu xvj.pag.350.ver.35. de ætatum diſtinctione. Veluti ſi παρελύθη reſolutus eſt hyeme.

Παλιγκοτωτάτοις. Aegritudinibus, quæ facile reuertũtur.

ANNOTATIO.

παλιγκοτωτάτοις. Ionicum & valde poeticum vocabulum eſt. ſignificat autem iracundum, vindicem, & horribilem. Secundo de Morbis
C muliebribus, pag.282.ver.17.de inflammatione vteri. Si vero quid corruptum fuerit, ac παλιγκοταίνη vitiatum recruduerit, febris corripit acuta & magna. Secundo de Morbis vulgaribus, ſectione ſecunda, pag.314. ver.5. de angina. At παλιγκοτάτοισι recrudeſcentibus, ex his parum quiddam tempora calida, etiam ſi aliàs non febricitarent. ſic vertit Germanus interpres. Alij vero. Atque horum quibuſdam paululum dolores exaſperabantur, quibus tempora incaleſcebant. pro qua voce reponerem παλιγκοτωτάτοισιν, vt Erotiani codex habet. quam lectionem Galenus comprobat, Quarto de Locis affectis, capite iij.vbi Hippocratis orationem ex ſecundo de Morbis vulgaribus ſumptam tranſcribit. Secundo de Fracturis, textu xxviij.pag.461.ver.11. Signa porrò, an παλιγκοταίνει recrudeſcant, aut non, hæc ſunt. In cuius commento Galenus ait. Malos affectus, qui recrudeſcunt, vocat παλίγκοτα παθήματα, & παλιγ

κοταίνἐν dicit, quasi mala rursus fieri. Et libro tertio, textu xxxiij. pag. 468. ver. 7. de fracturis cum vlceribus. In totũ enim tertia aut quarta dies in plerisque vulneribus παλιγκοτήσιας recrudescentias pariunt. Secundo de Articulis, textu j. pag. 479. ver. 16. παλιγκοτώτατον Recrudescit autem maxime cubiti gibbus, febribus, doloribus, nausea, & vomitu meracæ bilis. Quam sententiam repetit in Mochlico, pag. 507. ver. 20. D

Πέπλος. Herbæ species, quam nonnulli πέπλιον appellant: nonnulli vero σύμφυτον.

ANNOTATIO.

Πέπλος. Galenus in Exegesi habet πέπλιον, quod & πέπλις, & portulaca agrestis. item πέπλος idem. & humilis ficus, & papauer spumeum, & succus papaueris, scilicet μηκώνιον. Dioscorides libro quarto, capite clxij. & clxiij. idem dicit. Libro de Superfœtatione, pag. 51. ver. 40. de ore vteri emolliendo. Herbam, quæ πέπλος appellatur. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione tertia, pag. 315. ver. 40. de Scopo. πέπλος Peplus sibi data, à præcordio quidem depulit, transiuit aut nihil. Secundo de Ratione victus morborũ acut. textu primo pag. 370. ver. 45. Aluum mollire oportet, aut veratro nigro, aut πεπλίῳ. peplio. Et ver. 46. Ammi sceas vero πεπλίῳ peplio succum silphij. Et ver. 47. Ducit autẽ nigrum veratrum melius, & ad iudicationem commodius πεπλίου quàm peplium. πέπλιον δὲ peplium autem veratro flatus magis erumpere facit. E

Πτερυγώδεες. Qui procero sunt collo, & vt plurimum habentes satis lata & eminentia pectora.

ANNOTATIO.

Πτερυγώδεες. Galenus primo de Morbis vulgaribus, commentario primo, in expositione textus xviij. inquit. Qui thorace tam angusto restrictoq; sunt, vt à tergo in morem alarum scapulæ promineant, hos πτερυγώδεις quasi alatos appellant. Et libro tertio, commentario tertio, textu lxx. pag. 324. ver. 1. de tabidis πτερυγώδεες scapulas alarum modo prominentes habentes. Et libro sexto, commẽtario tertio, textu xiij. pag. 345. ver. 34. Flatuositas simul causa est τοῖσι πτερυγώδεσι in his, qui scapulas alarum modo eminentes habent. Vaticanus & Galeni codex habet πιτυρώδεσι furfurosis. Galenus in commento dicit, nonnullos veterem scripturam commutasse, & ita scripsisse. Flatuosum simul causa est πτερυγώδεσι alatis. nostis autem hoc esse in medicorum more positum, vt πτερυγώδεις alatos eos vocent, qui instar alarum auium scapulas prominentes, retrorsumq; reflexas habent. Et textu xviij. pag. 345. ver. 40. Quæcũq; F

πτερυ-

A πτερυγώδεες scapulas alarum modo eminẽtes habent. Aduertendum est, secundam syllabam in aliquibus locis per υ, in aliquibus per ι, scribi.

Παρέλεγε. Delirabat.

ANNOTATIO.

παρέλεγε. Primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xxiiij. pag. 309. ver. 34. de Metone Post iudicationem in somnis παρέλεγεν delirabat. Galenus in commento ait, dixisse παρέλεγε delirasse, hoc est, nugatum esse. Et libro tertio, commentario secundo, textu viij. pag. 321. ver. 28. Quinta omnia exacerbata sunt, multa παρέλεγε delirabat, seu ob locuta est, & rursus breui resipiscebat. Et commẽtario tertio, textu lxxiij. pag. 324 ver. 39. Soporosa, rursus παρέλεγε delirabat, & breui rescipiscebat. Et textu lxxiiij. pag. 325. ver. 9. & 12. de Pythione. Septima noctu turB batio multa, παρέλεγε delirabat.

Πνεῦμα μινυνθῶδες. Debilis & paruus.

ANNOTATIO.

πνεῦμα μινυνθῶδες. Tertio de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu lxxiiij. pag. 325. ver. 10. de Pythione. Vocis interceptio, tenuis πνεῦμα, καὶ μινυνθῶδες spiritus, & imminutus. ita scribitur in impressis codicibus, deestq́; ν, in secunda syllaba.

Πρόσω. id est, Ante.

ANNOTATIO.

πρόσω. Galenus in expositione textus xxvj. libri tertij Aphorismorum, inquit. Nominauit autem hanc partem Hippocrates, non πρόσω C anteriorem, sed interiorem.

Παρθένος. nunc παρθένον filiam interpretatur.

ANNOTATIO.

παρθένος. Sępe pro virgine, nonnunquam etiam pro filia ab Hippocrate vsurpatur. Libro de Medico, pag. 12. ver. 39. de medicis. Et omni hora vxoribus, παρθένοις virginibus, & opibus maximi præcij illi occurrunt, sic vertit Germanus interpres. rectius tamẽ, iudico, dixisset, filiabus. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 270. ver. 7. Contingit autem maxime παρθένοισι virginibus antiquis. Et ver. 18. παρθένον virginem vero persuadeto, vt viro cohabitet. Quinto de Morbis vulgaribus, pag. 337. ver. 40. In Larissa παρθένος virgo, quæ sanguinem vomuit non multum. Et pag. 339. ver. 45. παρθένος Filia illa pulchra Nerij, annorum vi-

ginti. Vbi notandum Caluum absurde admodum, ἡ καλὴ dictionem, vertisse pro nomine proprio, quasi ἡκαλὴ esset Hecale. D

Πόνος καταιγίζων, id est, Labor vehementer irruens. Dictus est autem ἀπὸ τῆς καταιγίδος. quæ est violentus & repentinus venti impetus.

ANNOTATIO.

Πόνος καταιγίζων. Quæ ad huius vocis intelligentiam pertinent, infra à me scribuntur, in annotatione dictionis πονοὶ σιτίων.

Πτοιώδεσι. Πτοίαν nonnulli periculum, nonnulli perturbationem; nonnulli autem timorem interpretantur.

Πόνοι. Actiones.

ANNOTATIO. E

Πόνοι. Vide annotationem dictionis πόνοι σιτίων.

Περιμάδαρα ἕλκεα. Quæ non aluntur, & inæqualia.

ANNOTATIO.

Περιμάδαρα ἕλκεα. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario septimo, textu xxiij. pag. 350. ver. 9. τὰ περιμάδαρα ἕλκεα Circunglabra vlcera, maligna sunt. Quam sententiam repetit in sexto Aphorismorum, textu iiij. pag. 398. ver. 8. ibi tamen scribitur περιμάδηρα.

Προσάρματα. Nutrimenta.

ANNOTATIO.

Προσάρματα. Libro de Decēti ornatu, pag. 16. ver. 30. de peccatis ęgrotorum. Per quæ multi sæpe mentiti sunt ἐν τοῖσι προσάρμασι τῶν προσφερομένων in assumendis his, quæ ingerenda exhibentur. Secundo de Humoribus, textu xij. pag. 115. ver. 26. In exacerbationibus per circuitus fientibus προσάρματα ciborum oblationes dandæ non sunt. Primo Aphorismorū, textu xv. pag. 390. ver. 37. Quapropter in his temporibus προσάρματα alimenta plura exhibenda sunt. F

Πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν. id est, Labores cibum præcedant. Πόνος tria significat. Hic quidem exercitationem, vbi inquit. Exercitatio pro sanitate conseruanda, insatietas nutrimenti, alacritas πόνου ad laborem. Pro dolore autem, quum ait. Duobus πόνων laboribus simul ortis, non in eodem loco. In detrimento autem, quum inquit. In quo morbo somnus πόνον

laborem

A laborem facit, mortale. Si vero somnus iuuat, non mortale. Quum autem Asclepiades Herois interpretãtis mentem non perpenderit, ex his, quæ infert. Si autem somnus iuuat, non mortale, Inquit, quonam modo potest hoc esse verum, quum πόνος id est, detrimentum, cum incremento sensus fiat, somnus vero per sensus dissolutionem.

ANNOTATIO.

πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν. Labores cibum præcedant. Qui locus est in sexto de Morbis vulgaribus, commentario quarto, textu xxxj. pag.347. ver.14. Secundus locus ab Erotiano adductus, est in eodem libro, & commentario, textu xxij. pag. eadem, ver.6. Exercitatio sanitatis, non saturitas cibi, ἀοκνίη πόνων promptitudo ad labores. Et in multis alijs locis sumitur hęc dictio pro exercitatione. Secundo de Dięta, pag.97. ver.26. πόνος labor siccat. Tertio de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu v. pag.321. ver.4. Febris corripuit ex lassitudinibus & πόνων laboribus. In quo loco Galenus inquit. Quia laboribus cursus adiunxit, videtur superuacaneũ esse, quòd labores adscripsit: quòd vt genus in specie in cursibus continentur: quod in causa fuit, vt quidam pro πόνων laboribus, πότων potibus scripserint, ν secũdæ syllabæ, in τ conuerso. Et libro sexto, commentario quinto, textu x. pag.347. ver.27. πόνος Labor articulis & carnibus. In cuius expositione Galenus ait, Hippocratem nomen laboris solere plerunque pro exercitatione vsurpare, interdum pro dolore, & absolute pro quauis noxa. vultq; hoc loco pro exercitatione accipi. Et commentario sexto, textu iij. pag.348. ver.5. πόνοι Labores, cibi, potus. C Et commentario octauo, textu xiiij. pag.350. ver.30. πόνοι Labores, ocia. Vbi rursus Galenus dicit, nomen πόνων laborum, pro exercitationibus vsurpasse. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu liij. pag.373. ver.47. Si ex multa quiete ad ampliorem πόνον laborem de repente deueniat. Quo loco rursus Galenus dicit, πόνος, id est, labor, nunc Hippocrati lęsioné indicat, multis specialibus læsionibus genus existens.

Secundo Aphorismorũ, textu xvj. pag.391. ver.18. Vbi fames, non oportet πονέειν laborare. Vbi Galenus ait. Hic per laborem intelligere oportere vehementem motum, quem exercitium nominant. in hanc itaq; sententiam ipse dicebat. Labores cibum antecedant. Et textu xlix. pag.392. ver.9. Assueti solitos πόνους ferre. Sumitur etiam hæc vox pro dolore. in qua significatione, locus ab Erotiano adducitur, qui est in secundo Aphorismorum, textu xlvj. pag.392. ver.6. Δύο πόνων Duobus doloribus simul fientibus, non secundum eundem locum, vehementior obscurat alterum.

alterum. Quarto de Morbis, pag.173.ver.38.de laboris nocumento. Et ex hoc πόνος dolor oboritur. Primo de Morbis vulgaribus, commẽtario tertio, textu xxiij.pag.309.ver.17.de Cleanactide. Et aliarum partium πόνοι dolores aderant, lassatorum modo. Et textu xxix. pag.310.ver.33. Præcordij dextri πόνος dolor. Et textu xxxj. pag.311.ver.7. de Melidia. Capitis, & colli, & pectoris πόνος dolor fortis cœpit. Et libro tertio, commentario secundo, textu vj.pag.321.ver.14. πόνοι Dolores circa præcordia. Et ver.15. Iuxta ventrem πόνοι dolores. Et libro sexto, cõmentario septimo, textu xxxiij.pag.350.ver.17. πόνοι Labores, tertio, quinto, septimo, nono mense. Quem locum exponens Galenus ait. Appellare solet πόνους Hippocrates, hoc est, labores, pro eo, quod ὀδύνας, hoc est, dolores quandoq;: vt etiam pro quauis molestia idem nomen vsurpat, vt hoc loco. Et commentario octauo, textu xlij.pag.351.ver.30. de Phaetusa Pythiæ vxore. Postea ad articulos πόνοι dolores & rubores oborti sunt. Secũdo Aphorismorum, textu vj.pag.391.ver.7. Quicunque aliqua corporis parte πονέοντες dolentes, plerunq; πόνων dolores non sentiunt. Vbi Galenus inquit. πόνους Dolores solet nominare nonnunquam dispositiones ipsas, in quibus dolemus, in quem sensum dicebat in libro Epidemiorum. In Cranone antiqui dolores frigidi, noui autem calidi: haud quaquam dolores calidos frigidosq;, sed dispositiones ex quibus fiunt, ita nominans. Et hoc in loco igitur, eodem modo dolores ipsas dispositiones nominauit, quæcunq; cum dolore fieri sunt natura aptæ. Et textu xlviij. pag.392. ver.9. In omni corporis motu, quum incœperit πονέειν dolere, quiescere statim lassitudinem eximit. Galenus in expositione inquit. Verbum πονεῖν, id est, laborare, significat dolere, & fatigari: & in vtroque significato sermo verus est. Et libro quarto, textu xxxij.pag.394.ver.26. Quibuscunque resurgentibus ex morbis, si quid πονέσει doluerit, istic abscessus fiunt. Vbi Galenus rursus inquit. Siquidem πόνος & vehementem significat motum, & dolorem, & lęsionẽ, sicuti prius dictum est: liquet quòd etiam laborare, pluri vti motu significabit, & aliquem habere vel dolorem, vel læsionem. Et textu xliiij.pag. eadem, ver.44. Quibus febres longæ, his tubercula ad articulos, aut πόνοι dolores fiunt. Quo loco Galenus dicit. Siue per πόνους dolores intellexerimus, siue læsionem, vterq; intellectus habet rationem. Et textu xlv. pag.eadem, ver.45. Quibus tubercula ad articulos, aut πονοι dolores ex febribus longis fiunt. Tertius locus, qui ab Erotiano adducitur, est in secundo Aphorismorum, textu j. pag.391.ver.5. In quo morbo somnus πόνον laborem facit, mortale. In expositione cuius Galenus in hunc modum scribit. Quòd πόνος, hoc est labor, nunc lęsionem significet, clarum est ex eo, quod opponitur. inquit enim. Si vero somnus iuuat, non mortale. Et primo Aphorismorum, tex

A tu vij.pag.390.ver.16. Vbi igitur peracutus est morbus, statim etiam extremos πόνους labores habet. Vbi Galenus ait, πόνους vel accessiones, vel simpliciter casus vniuersos nominasse. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu liij.pag.374.uer.1. Sin minus, πόνον dolorem in corpore inducet. Quo denique loco Galenus asserit, πόνον hoc loco significare læsionem, quum multarum læsionum specie differentium genus sit.

Πίαρ. Maxime pingue, & saluberrimum, & πίερον pingue.

ANNOTATIO.

πίαρ. Libro de Natura pueri, pag.34.ver.31. Sic etiam si venter πιαρὸν pinguitudinem in se habeat à cibis ac potibus, comprimaturq; ab vteris, πίαρ pinguitudo prosilit in omentum ac carnem. Et parū infra, ver.42. B de venis mammarum lactantium. Ampliores autem factæ, à ventre πιαρὸν pinguitudinem trahentes, in mammas distribuunt. Et pag.37.uer.13. At uero arbores non fructiferæ, in se πίαρ pinguitudinem tantam non habent, &c. Secundo de Morbis muliebribus, pag.288.ver.43. de subdititiis ad vterum. Vehementer vero ducit omnigena hoc. Fici πίαρ pingue elaterij potiones duas, &c. πίερον non reperi, sed πιαρὸν, vt in exemplis adductis vides, Et πίονες, Secundo de Morbis vulgaribus, sectione prima, pag.312.ver.21. & πίονος, Libro sexto, commentario quinto, textu xiiij. pag.347. ver.32. Ac etiam πίον eiusdem commentario sexto, textu iij. pag.348.ver.4.

Πίλοισι. à Laconibus πίλοι ea appellantur, quæ operimenta vmbræ causa sunt facta.

Πρόβατα. sic quadrupedia omnia communiter nuncap-C pellat.

ANNOTATIO.

πρόβατα. Pro vniuerso pecudum genere vtitur hac voce Hippocrates in libro de Natura pueri, pag.39. ver.22. Similiter autē habent & πρόβατα pecora, & feræ, & volucres. Libro de Carnibus, pag.41. ver.13. Et ubi nati fuerint, celerrime ventrem tum homines, tum τὰ πρόβατα pecora exonerant. Libro de Sacro morbo, pag.122. ver.42. Non enim alia vlla ipsis sunt προβάτιον pecora, præter capras & boues. Et pag.126. ver.28. Cognouerit autem hoc ipsum quis maxime ex προβάτοισι pecoribus, hoc morbo correptis, & præsertim capris. Germanus interpres vertit, ouibus, & perperam, vt patet ex his, quæ Galenus scribit in expositione textus xxvij. libri primi de Articulis, in quo loco hæc Hippocratis verba adducuntur, licet sint nonnihil diuersa ab illis, quæ in exēplaribus

Hippocratis leguntur. Secũdo de Morbis muliebribus, pag.267.ver.12. D
Defluit multum, velut vrina προβάτου ouilla. sic vertit Germanus interpres. verterem tamen, pecoris. Primo de Articulis, textu xxvij. pag.474. ver.31. Recte enim scripsit Homerus, ex omni προβάτων pecore, boues tempore hoc maxime pati. Vaticanus codex habet. θρεμμάτων, quæ vox idem significat. Vbi Galenus ait. Pecus πρόβατα nunc dixit, volens significare vniuersum pecus, quemadmodum & in libro de Morbo comitiali, vbi ad verbũ legitur, οὐκ ἔστιν ἄλλο πρόβατον οὐδὲν ἢ βόες καὶ αἶγες. hoc est, nullum aliud pecus est, præterquàm boues & capræ. Simile quid apud Poetam legitur, vbi ait, πολλά τε οἱ πρόβατά ἐστι, id est, Multa adsunt illi pecora (est Iliadis xiiij.) Vult enim significare gregem pecudum, armentumq;. quam vocem è maioribus multi similiter vsurpant. Libro de Hęmorrhoidibus, pag.520. ver.41. de extuberantia hæmorrhoidum. Si nanq; mollis sit, & subtectorio cedat extuberantia, digito ipsam auferre oportet. Nihilo enim plus difficultatis hæc res habet, quã si quis, dum E
προβάτου ouicula excoriatur, digitum inter cutem & carnem adigat. sic vertit Germanus interpres. rectius tamen diceretur pecoris decorticati. Pro ouibus vsurpatur hæc uox ab Hippocrate tum alibi, tum uero in libro de Aëre, aquis, & locis, pag.78. uer.21. de Scythis. Sequuntur autem simul πρόβατα oues, boues, & equi.

Παραμπεχόμενοι. Contecti. Ducitur autem παρὰ τὴν ἀμπεχόνην, quæ est integumentum.

Παιδικὸν πάθος. Παιδίαν nunc sumit pro educatione puerorum. Hinc Sophocles in Pelia ait. Album ipsam hoc ἐπαίδευσε nutriuit lac.

Πεόνα. διατρέπειν mutationem. F

ANNOTATIO.

πεόνα. διατρωπὴν. Aliqui codices habent πέρονα. διάτρεπιν. quid hæc vox significet, ignoro. Sunt qui putant scribendum esse περονᾶν. διατρυπᾶν fibula nectere, uel terebrare.

Πλάτας. Scapulas.

ANNOTATIO.

πλάτας. Libro de Locis in homine, pag.65. ver.13. de articulis clauicularum. Reclinatos ad πλάτας scapulas, qui humeris semper adhærent. Et uer.14. Αἱ δὲ πλάται Scapulæ vero ad membra brachij, siue totius manus coarticulantur. Et uer.16. de appendicibus scapulæ. Quæ ad πλάτας scapulas ossi adnascentes, infra coarticulatæ sunt.

A Παρήκεσι. Porrecti sunt.

ANNOTATIO.

παρήκουσι. Libro de Locis in homine, pag.65. uer.15. Iuxta os autem appendices duæ παρήκουσιν prodeunt. Et uer.19. de vlna. Et uer.31. de femoribus. Et uer.39. de tibia.

Πιπίσκοντα. Potantem.

Περόνας. Nodosas ossium eminentias. Sic nunc positũ est. Aliquando vero pro radio vocem accommodat. Diagoras vero Cyprius inquit, περόνας neruos arbitror voluntarios ipsum appellare.

ANNOTATIO.

B περόνας. Galenus in Exegesi habet περόνην, aliquando totum artus ipsius os, aliquando quod ossi adnascitur, & modo tumorem eius, quod adnascitur. Pro appendice & radio vtitur hac uoce Hippocrates, Libro de Locis in homine, pag.65. uer.15. Iuxta os περόναι appendices duę prodeunt. Et uer.16. Quæ uero in cubiti flexura sunt, infra quidem περόνη radio coarticulatæ sunt. Et uer 17.18. Supra autem περόνης radium paulu lum in cubiti gibbum, & tunc, tum os, tum περόνη radius in idem commissa, articulum in cubiti gibbo faciunt. Iuxta vlnam uero περόναι appendices prodeunt tenues valde quatuor. Et uer.20. Et ad cubiti gibbum quidem duæ περόναι appendices consistentes. Et uer.22. Quæ vero infra sitæ sunt, & intus reclinatę, hæ utræq; comittuntur ad περόνην radium. Et uer.23. Et περόνην radium appellatũ faciunt. Et uer.24. Αἱ δὲ περόναι Appendices uero hac parte teneræ existentes. Et uer.31. Iuxta femora au-

C tem περόναι appendices duæ protenduntur. Et uer.39. Iuxta tibiam autem περόναι appendices duæ procedunt. Sic uertit Germanus interpres. Sumitur etiam hæc uox pro calcanei eminentia. Quarto de Articulis, textu vj. pag.495. uer.7. Et περόνης calcanei os, quod e directo illi subiacet, ad externam partem retrudatur. Galenus non modo in expositione huius textus, uerum etiam in secundo de Fracturis, textu xxxiiij. Et in ter tio, textu lv. dicit περόνην significare exterius os tibiæ, quod suram, seu fibulam appellant.

Πλανωδέστατα. Quæ nullo ordine facta sunt. hinc etiam febres Πλανῆτες dicuntur, quæ nullo ordine inuadunt.

ANNOTATIO.

πλανωδέστατα, uel πλανώδεα, vt habet aliud exemplar. quarum vo cum

cum neutram inuenio. Primo de Morbis muliebribus, pag.235. uer.48. D Et febris πλάνος erronea corripiet, uel πλανήτης, ut habet codex Vaticanus. Primo de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu xvj. pag.303.uer.11.de febribus.Semitertianæ, tertianæ exactæ, quartanæ, πλανῆτες erroneæ. Et textu xxij.pag. eadem,uer.20. Diurnæ uero, quotidianæ,& nocturnæ,& πλανῆτες erroneæ multæ. Et textu xxv.uer.30. Rigores uero,omnibus quidem inordinate, & πεπλανημένως erroneo modo fiebant. Et cōmentario tertio,textu xvij.pag.307.uer.28. πλανῆτες Erroneæ porrò febres & quartanæ. Secundo de Ratione uictus morborum acutorum, textu ij. pag.373. uer.40. Sanus multo citius sic fiet, quàm si πλανώμενος oberrās curetur. Et uer.42.Si statim ab initio πλανώμενος oberrans, uel obambulans curatus esset. Tertio Aphorismorum, textu xxij.pag.393. uer.17. Et febres quartanæ, & πλανῆτες erroneæ. Tertio Prognosticorum,textu xxvij.pag.408.uer.7.Verum ad quartanam deducetur,si intermiserit,& πεπλανημένον erroneo modo apprehenderit. E

Πλήμνας. Modioli rotæ,in quibus axis vertitur.

ANNOTATIO.

πλήμνας. Galenus in Exegesi habet πλήμνη, rotæ modiolus. Secundo de Fracturis,textu xlj.pag.461.uer.31.Aut enim πλήμνην rotæ modiolum,aut aliud quid huic simile defodere oportet. Et uer.34. Atque ita ligno in summum πλήμνην modiolum indito, refringere, ita ut alij contra extendant. In cuius commento Galenus ait, Tibi ignotum esse non credo rotæ modiolum πλήμνην ab Ionibus appellari, quum apud Poëtam hoc quoque uocabulum legatur. Est autem hoc Iliadis v.ubi inquit.

πλῆμναι δ' ἀργύρου εἰσὶ περίδρομοι ἀμφοτέρωθεν.
Modioli autem argento sunt circundati undique F

Περαιωθεῖσαι εἰς ἀλλήλας. Assentientes,vt vtraque finem consequatur.

ANNOTATIO.

περαιωθεῖσαι. Libro de Natura ossium,pag.59.uer.44.de uenarum distributione. Inde uero rami in unamquanq; rectitudinem inseruntur, per carnes,& ossa περαιωθεῖσαι ἀλλήλαις mutuo transeuntes. Primo de Articulis,textu xliiij.pag.476.uer.3. Pellucidis autem his ferramentis vre re oportet,quò quàm celerrime pro uiribus περαιωθῇ penetrent.sic uertit Germanus interpres.

Πέλλον. Subfuscum. ignorantes autem nonnulli, πέλλιον scribunt, vt etiam Sophocles in Pastoribus, & in Amphiarao inquit,

A inquit, canis πέλλης, hoc est, cinerei coloris, mugientisque bouis.

ANNOTATIO.

πέλλον. Galenus in Exegesi habet πέλλα liuores subfului, quos etiam πελιροὶ dicit. Zenodotus in gentiū vocabulis scribit, Sicyonios fuluum πέλλον appellare. Quæ expositio ab Erotiani sensu nonnihil discrepat. Primo Prognosticorum, textu vij. pag. 401. ver. 38. Color totius faciei pallidus, aut etiam niger, & πελιὸν liuidus, aut plumbeus. Libro de Vulneribus capitis, pag. 450. uer. 42. Apparet uelut salsamentum colore fuluum ὑποπέλιον subliuidum. Quæ vox in alio Erotiani exemplari vario modo scribitur: nimirum πέλον, πέλιον, & πέλης.

Περμηθέεσθαι. Prouidere, cogitare.

B Περκνόν. Nigrum.

ANNOTATIO.

περκνόν. Libro de Vulneribus capitis, pag. 450. ver. 43. Et os tenue corrumpi incipit, & fit περκνὸν valde nigrum.

Προβλεύοντες. Præscientes, & præcauentes.

Πηχέδιον. Taurum. Nonnulli vero περίναιον. hoc est, partem inter anum & testes. Bacchius autē transitum quendam.

Πελάσει. Appropinquabit.

ANNOTATIO.

πελάσει. In aliquibus exemplaribus scribitur πελάσαι, quæ vox significat ἐγγίσαι, hoc est, appropinquare. Ceterum quam ob rem hanc dictionem repetat, quum eam iam explicauerit, tu ipse iudicabis.

C Πισσηρὴν κηρωτὴν, quod Tetrapharmacum appellatur.

ANNOTATIO.

πισσηρὴν κηρωτὴν. Secūdo de Morbis muliebribus, pag. 277. ver. 10. de vteri procidentia. πισσηρῇ picato cerato illinito. Et pag. 282. ver. 26. Aut κηρωτὴν πισσηρὴν ceratum picatum cum resina subdito.

Πικνυνὴ. Densa.

ANNOTATIO.

πικνυνὴ. In aliquibus codicibus scribitur πυκινή. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 268. ver. 33. Et rigor, & febris acuta πικνυνὴ densa, magna, & simul horror corripit.

Πλαδώδης.

Πλοώδης. Eurycles interpretatur latum, patentem hiatum habentem, & quasi ἐμπλέουσαν innatantem. D

ANNOTATIO.

πλοώδης. Primo de Articulis, textu lxix. pag. 478. ver. 18. Proxime quidem clauicula ad humeri articulum πλοώδης fluctuat. Vaticanus codex habet ἀστήρικτος non firma. In cuius commento Galenus ait. Dixit πλοώδης ἐστί, quod supernatat, id autem quasi sine fulcro significat.

Περρίσαι. Vtrinque vt luna incuruatum. Nonnulli vero dicunt circulare.

ANNOTATIO.

περρίσαι, vel περιρρηδές. Galenus in Exegesi dicit significare, quod est ex vtraq; parte perfractũ. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 279. ver. 43. Iuxta coxas vero vestes laneas aut lineas molles supponat, vt ne corpus περιρρηδὲς in alterutram partem dilabatur. Primo de Articulis textu lxxiij. pag. 478. ver. 45. Iuxta medias autem scapulas aliquid altius suppositum fuerit, quò pectus maxime περιρρηδὲς in vtranque partem inflexum sit, seu, vt alij vertunt, recuruetur. Quem locum exponens Galenus, inquit. Si homo resupinetur, subiecto inter scapulas iuxta spinam puluino, seu ceruicali, siue tali quopiam, vt hac via thorax totus recuruetur: hoc autem expressit vocabulo περιρρηδὲς, quod Poëta etiam vsurpauit, quum inquit περιρρηδὴς δὲ τραπέζῃ κάππεσε, hoc est, Anfractum mensis superincidit. Odysseæ xxij. E

Περιτενές. Circunductum.

Πρόσαρσιν. Exhibitionem.

ANNOTATIO. F

πρόσαρσιν. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu xvj. pag. 371. uer. 10. De sorbitionis igitur προσάρσιος exhibitione ita sentio. Et textu xviij. pag. eadem, ver. 17. Recte tamen mutatio transferenda est, & ex mutatione πρόσαρσις exhibitio eorum, quæ per os sumuntur, adhuc magis.

Πρήγματα. Possessiones.

ANNOTATIO.

πρήγματα. Libro de Lege, pag. 19. uer. 41. Cęterum sacræ πρήγματα res, sacris hominibus demonstrantur. Et libro de Insomnijs, pag. 107. uer. 8. ἐν δικαίῳ πρήγματι iuxta in re. sic uertit Germanus interpres. Libro de Flatibus, pag. 118. uer. 47. Sed hæc de uniuersa hac πρήγματος re dicta

A re dicta sufficiant. Et pag.120. ver. 29. πρήγματι καὶ ἑτέρω & alia in re. Primo de Morbis muliebribus,pag.238.uer.29.Totis mulierum πρήγματα negotijs expensis. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione prima,pag.311.uer.39.de tuberculis. Fortassis autem & ex aliis communibus πρηγμάτων rebus,quæ quidem citius fiunt, breuiora sunt. Et libro sexto,commentario octauo,textu xv.pag.350.uer.32.Mentis intelligentia ipsa,per se ipsam citra instruméta,ac πρηγμάτων negotia,tristatur, lętatur. In Epistola ad Abderitas, pag.525.uer.11. πρῆγμα rem ipsam urgere. Et in illa,quã ad Philopœmenem scripsit,pag.526.uer.6. Ἀνθρωπίνων πρηγμάτων Humana negotia. Et in alia ad Damagetum,pag.526.uer.48.Vrget enim πρῆγμα res ipsa o amice. Et pag.527.uer.3. Ridere non cessat in omni πρήγματι negocio. Et denique in secunda, ad eundem Epistola,pag. 530.uer.24. Ego autem vnum hominem rideo deméntia quidem plenum, B rectis autem πρηγμάτων actionibus vacuum.

Ποταίνια. Bacchius in secũdo libro recentia interpretatur.

ANNOTATIO.

Ποταίνια. Galenus in Exegesi ait Dores appellare recentia. Secundo de Ratione victus morborum acutorum,textu xxxiiij.pag.372.uer.20.Et didiceris quale quid faciant polentæ ποταίνια recentes non assuetis, & aliæ his,qui ποταίνια recentibus vti assueti sunt. In cuius comméto Galenus ait. Recentes quidem ποταίνια uocasse, Ionica & prisca uoce. Vtitur etiam frequenter hac dictione in libris de Morbis muliebribus.

Πυθμένόθεν. Bacchius in secundo libro,à principio, exponit. Verum rectius esset ab imo,& quasi à profundo. Dicta est enim hæc vox ἀπὸ τȣ̃ πυθμένος, id est,à fundo.

C

ANNOTATIO.

Πυθμενόθεν. Galenus in Exegesi exponit,non penitus,ductum à fundo vasorũ,ac si diceres integre,plane,perfecte,aut ab initio, aut omnino. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textũ xlij. pag.372. ver.45. πυθμενόθεν Funditus igitur ignorant,tum hi,qui granosa ptisana utuntur, quòd ab ipsa læduntur, quum sorbere incipiunt. In cuius commento Galenus ait. Verbum πυθμενόθεν, id est,funditus,uel παντελῶς, hoc est,oĩno, uel ἐξαρχῆς, quod est,ab initio, Hippocrati indicat.

Πεντάφυλλον. Herbæ nomen.

ANNOTATIO.

πεντάφυλλον. Secundo de Morbis,pag.148.uer.48.Radicum πενταφύλλου

φύλλου quinque folij tritarum acetabuli mensuram ex aqua bibendam dato. Et libro tertio, pag.165.uer.27. Radicum πεντάφυλλου quinque folij manipulum tundito. Huius herbę nomina & vires leges apud Dioscoridem, libro tertio, capite xl. D

Πικερίῳ. Butyro. sicut & Aristophanes in Commentariis inquit. Thoantem Ithacesium scriptum reliquisse πικέριον apud Phryges butyrum appellari.

ANNOTATIO.

πικερίῳ. Galenus in Exegesi, eodem modo, quo Erotianus hanc uocem exponit. Primo de Morbis muliebribus, pag.249.uer.22. Et rursus intermissis diebus tribus, eo, quod cum πικερίῳ butyro paratur, alluito. Et pag.263.uer.6. Et libro secũdo, pag.268.uer.16. & 40. Et pag.282. uer.35.

Πλώιρα. Scrotum sic ait appellari Antigonus grãmaticus, παρὰ τὸ ὡς ἐν πήρᾳ, hoc est, ab eo, quod est velut in pera. φυσὶ καὶ ἐξ ἐλάφοιο, καὶ πηνάρα θοραίην. E

ANNOTATIO.

πήνιρα. Quum Antigoni opera non extent, difficile est rectum sensum ex eius verbis elicere, & errores à librario commissos emendare. Hanc uocem apud Hippocratem non reperio. & ideo ad ea, quæ Nicander, & Suidas scribunt confugiendum est. πηρῖνα. τὸν ὄσχεον φησὶν οὕτω καλεῖσθαι Ἀντίγονος ὁ γραμματικός, παρὰ τὸ ὡς ἐν πήρα. ὡς καὶ Νίκανδρος ἐν Θηριακοῖς φησί. Ἠὲ καὶ ἐξ ἐλάφοιο ταμὼν πηρῖνα θοραίην. Quorum uerborum interpretatio, hæc est. πηρῖνα. Scrotum sic ait appellari. Antigonus grammaticus, ab eo, quod est, velut in πήρα pera. Sicut & Nicander in Theriacis ait. Quum incidisset cerui πηρῖνα scrotum genitale. F Ex quibus uerbis clare patet, non πήνιρα, sed πηρῖνα esse legendum. Galenus præterea in Exegesi habet πήρινα, perineum. & in libro de Hęmorrhoidibus & Fistulis, sic appellare sedem videtur. Quod tamen probare non possum, quia in neutro eorum librorum hęc vox reperitur.

Παλύνων. Spargens, vt etiam inquit Homerus. Deinde farinas albas πάλυνεν, id est, aspergebat.

ANNOTATIO.

παλύνων. Galenus in Exegesi habet παλῦναι, inspergere. Primo de Morbis muliebribus, pag.256.uer.26. reperio ἀπαλήνων, quæ uox à priori diuersa est. Locus, quem ex Homero adducit, est in sexto Iliadis.

Πίσσα ἡδυντή. Ἡδυντὴν πίσσαν dicit conditam picem.

Annotatio

A

ANNOTATIO.

Πίσσα ἠδυντὴ. Galenus in Exegesi habet ἠδυντὴν πίσσαν, picem odoribus conditam, ea autẽ aqua & aromatibus coquitur. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 288. uer. 27. de mollibus subdititiis. Myrrham quoque optimam, & salis granum, & πίσσαν ἠδυντὴν picem aromatis imbutam terito, & apponito.

Πάλης ἀλφίτε. Dicitur πάλη quod est farinæ maxime candidum, & tenuissimum.

ANNOTATIO.

Πάλης ἀλφίτου. Galenus in Exegesi ait ἄλφιτα, non modo sic dicuntur farinæ ex hordeo, sed etiam in primo de Morbis mulierum ἄλφιτα πυρινά, hoc est, triticeæ farinæ uocantur. Et in secundo de Morbis maiore, lentium quoque, & erui fricti. appellant igitur ἄλφιτα omnis moliti grani fragmentũ, quod mediocri sit magnitudine. maiora enim κρήμνα, id est, crassiores farinæ; minora uero ἄλφιτα, hoc est, tenuiores farinæ appellantur. Primo de Morbis muliebribus, pag. 250. uer. 3. de medicamento ex caseo. Et pinguedinem eius, & πάλην ἀλφίτου polentæ pollinem admisceto. Et libro secundo, pag. 264. uer. 28. Ex potionibus uero πάλη ἀλφίτου pollentæ pollen in aqua. Et pag. 285. uer. 20. Et secundo de Morbis vulgaribus, sectione secunda, pag. 312. uer. 40.

B

Πόλφοι. Bulbi, vt Metagenes ait. Raphani, placentæ, leguminum, nucum, iuris πολφῶν, id est, bulborũ, vini, colocynthes. Nonnulli vero cibum quendam e pultẽ factum esse aiunt.

C Πρόμαλον φῶξας. Est πρόμαλον plantæ species, cuius etiam Eupolis meminit in Capris.

ANNOTATIO.

Πρόμαλον φῶξας. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 285. uer. 28. Si uero adhuc feratur fluxus, πρόμαλον φῶξας, promalon, siue myricam torreto. Et pag. 287. ver. 28. Hordeum unà cum paleis, & πρόμαλον myricam, & cerui cornu vino subigito. πρόμαλον autem esse myricam testatur Hermolaus Barbarus in primo libro Corollarij in Dioscoridem, capite cxxiiij.

Πωρωθῆναι. Incrassare, & coagulare.

Πύλας. Thessaliæ locus, in quo etiam πυλαίας Cereris sacrum est ex ædificatum.

πυρνάς.

Περνὰς. Vendens, sicut & Homerus inquit. Interficiens, & D
περνὰς, hoc est, vēdens, transportās ad insulas longe remotas.

ANNOTATIO.

Πέρνας. Locus, quem ex Homero adducit, est vigesimosecūdo Iliadis.

Περξένυς. Sic antiquiores appellabant eos, qui in aliis ciuitatibus manebant, & hospitio excipiebantur, & qui curam habebant amicorum, qui ciues non essent.

Principium P.

Ῥέγχος. Strepitus stertentis, sicut & in libro de Ptisana.

ANNOTATIO. E

Ῥέγχος. Galenus in Exegesi habet ῥέγξιν καὶ ῥέγκος. quod parum refert, quia secunda syllaba vtroque modo, scilicet per κ. & per χ. scripta apud Hippocratem reperitur. Significat stertorem, ductumq; est nomen, inquit Galenus, à strepitu, qui stertendo fit, vt etiam verbum ῥέγκειν. Locus, quē author adducit ex libro de Ptisana, est in primo de Rōne vict. morb. acu. textu xxx. pag. 369. ver. 48. Alij vero ab orthopnœa & ῥέγχους stertore suffocati. Et textu 36. pag. 370. ver. 4. immo ῥέγξιν stertorem facit. Quinto de Mor. vul. pag. 339. uer. 10. de Hermophili filio. Sequēti autē die voce destitutus iacebat, ῥέγχων stertens. Et pag. 343. ver. 6. de muliere anginosa. Quarta die cōuulsa, voce destituta, ῥέγχος stertor. Et libro septimo, pag. 356. ver. 14. de anginosa apud Metronem. Et ver. 22. de Ctesiphone. Strangulatio cū ῥέγχους stertore. Et pag. 357. uer. 27. de Antiphanis filio. Scribitur etiam & uerbum ῥέγχει per χ. Primo de Morbis, pag. 133. uer. 27. de suppuratis. Et sputo quidem suffocatur, & ῥέγχει stertit, dum non purgatur. Et pag. 139. ver. 32. de pleuritide. Deinde ῥέγχει stertit. Et libro tertio, pag. 356. ver. 10. & 14. de pleuritide. Et ῥέγχῃ stertat in pectore. Et uer. 17. Hoc etiam ῥέγχουσι stertentibus dato. Scribitur autem per κ. Quinto de Morbis vulgaribus, pag. 340. ver. 13. de puella, quæ de rupe cecidit. Ῥέγκος. Stertor, spiritus densus velut morientium. Et libro septimo, pag. 362. ver. 44. de puella, quæ de rupe ceciderat. Ῥέγκος stertor habebat. F

Ῥινονυχογραφηθεῖσα. Nasus ab vngue scalptus. nā γράψαι dicitur τὸ ξέσαι, hoc est, notare, sicut & Homerus inquit, Νῦν δέ μ' ἐπιγράψας ταρσὸν ποδός, hoc est, Nunc autem quum mihi pedis tarsum leuiter notarit. Ῥινὸς τὸ δέρμα, hoc est, nasi cutis.

Annotatio

A

ANNOTATIO.

ῥινονυχογραφηθεῖσα. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario sexto, textu vj.pag.348.ver.11. de ægrotante ex lassitudine. Secunda die capitis grauitas, lingua combusta fuit, ῥὶς ὀνυχογραφηθεῖσα nasus vnguibus conscalptus, vel resciſſus. Quem locum emendare poſſemus, & cum Erotiano legere ῥινονυχογραφηθεῖσα licet parum referat. Locus Homeri est Iliadis xj.

Ῥόμβος. Est vinculi nomen.

ANNOTATIO.

Ῥόμβος. Secundo de Articulis, textu xxxix.pag.481.ver.49. Ex deligationibus enim hæc maxime varia est, & quæ plurimas ascias habeat, & in

B terruptiones, ac interceptiones cutis maxime varias ῥομβοειδέας rhombiformes. In cuius commento Galenus inquit. Rhombi figuram, eam, quæ æqua latera habet, sed angulos non rectos, dixit. nam & Euclides ita rhombum finit. nosti autem ex fascijs primam ferè nominari rhombum, quum eam figuram potiſſimum repreſentet. Secundo de Officina medici, textu 11. pag.503. ver.13. de Vinculorum speciebus. Species vero hæ sunt, Simplex, rotunda, in orbem, ascia, sima, oculus, ῥόμβος rhombus, & semisecta.

Ῥεβοειδέστατον. Maxime curuum. nam ῥεβὸν & γαῦσον dicitur distortum. & ipse quidem inquit. Hominis costæ καμπυλώταται, hoc est, maxime curuæ sunt, ῥεβοειδέα πρόπον, id est, πλαγίως, hoc est, oblique. Dicitur de aliqua re partim conca

C ua, partim incuruata, sicut Cinesias ponit dictionem.

ANNOTATIO.

Ῥεβοειδέστατον, vel ῥομβοειδέστατον. Galenus in Exegesi habet ῥαιβοειδέα retortum. Locus, quem Erotianus ex Hippocrate adducit, est in tertio de Articulis, textu xxxviij.pag.485.ver.35. Hominis autem costæ καμπυλώταται maxime curuæ sunt, ῥοβοειδέα τρόπον obtorto modo. Vaticanus codex habet ῥαιβοειδέα, & quidem rectius. In cuius commento Galenus inquit, Hippocrates explanationis vel exempli causa vsus fuit verbo ῥοιβοειδέα, quod maiorem affert obscuritatem, quàm res ipsa, cuius gratia id exemplum affertur. tunc fortaſſe vox erat vsitata, alioquin verba hæc ῥοιβοειδέα πρόπον, non dixiſſet: deinde vsu explosa, obscura effecta est. Vox quidem ῥοικοειδέα per κ. apud Theocritum, curuum significat in eo carmine, vbi inquit

D

Ῥοικὸν δὲ κὲν ἀγριλαίας δεξιτέρα κόρυναν.
At clauam incuruam ex oleastro dextera habebat.

Idem quoque significat apud Archilocum, quum scribit

Ἀλλά μικρός τις εἴη καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν.
Ῥοικὸς ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσὶ καρδίης πλέως.
Sed paruus is sit, atque curuus cruribus.
Aptus stabiliter, corde plenus, ingredi.

Apud Nicandrum similiter.

Ἄλλοι δὲ ῥοικοῖσιν ἰσήρεες ἂν τε παγούροις
γυῖα βαρύνονται.
Sunt alij æquales curuis, similesq; paguris.
Membra grauantur.

Per β. autem scriptum ῥοιβὸν, nescio quid sibi velit, quanquam in nonnullis exemplaribus, per β scribatur. sed in magis probatis, per κ. In Mochlico, pag. 505. ver. 45. de costis. Ab anteriore autem parte, iuxta pectus, laxam non mollem summam partem habente, specie præ cunctis animalibus ῥομβοειδέστατον maxime obtorta. Qui locus fortasse corrigendus esset, & ῥαιβοειδέστατον legendum. Sunt tamen exemplaria ita varia, ut difficile sit iudicare, hoc an illo modo hæc vox scribi debeat. Aliqui enim Erotiani codices, habent ῥεβοειδέα; alij ῥεμβοειδέα. Exemplar Hippocratis ῥοβοειδέα, quo modo etiã Græcus Galeni codex habet. Latinus enim legit ῥοιβοειδέα. sed num recte, tu iudex esto. E

Ῥοώδεα ὀστέα. Ossa, quorum alterum ab altero separatur: metaphorice dicta ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod est, fluere.

ANNOTATIO.

Ῥοώδεα ὀστέα. Non reperio apud Hippocratem ῥοώδεα ὀστέα, sed in pluribus locis ῥοώδεες lego. Primo de Morbis vulgaribus, commentario secũdo, textu vj. pag. 303. ver. 1. Lippitudines ῥοώδεες fluidæ. In cuius commento Galenus inquit, dixisse lippitudines ῥοώδεες (quas manantes vel fluidas vertunt) humidas, vt ab humida constitutione profectas extitisse. Et textu xxxvj. pag. 304. ver. 1. Erant autem quæ his fiebat hæc, dysenteriæ, tenesmi, lienteriæ, & ῥοώδεες alui profluuia, vt Germanus interpres vertit. Et Galenus in commento ait, fluxus ventris vocare, quum humidæ excretiones, & semper, & continenter deiiciuntur. Et libro sexto, commentario secundo, textu xxxij. pag. 344. ver. 48. Ὀμμάτων ῥοωδέων Oculorum fluxiones, si aliàs conducere videtur, reuellere ad fauces conuenit. Libro de Vulneribus capitis, pag. 452. ver. 37. Primum quidem mulieres morbosas, & ῥοώδεας humidas esse. F

A 'Ροικώδεα. Quæ & γαῦσα & στρεβλὰ, hoc est, distorta & peruersa appellauit.

ANNOTATIO.

'Ροικώδεα. Galenus in Exegesi habet ῥοικὰ retorta. Hanc vocem nō reperio. Sed quarto de Articulis, textu lxviij. pag. 502. ver. 3. de pede, legimus. 'Ροικώδη μὲν τὰ ὀστέα Obtorta enim fiunt ossa, nerui autem inter se communionem habent. sic vertit Germanus. Ex Galeni autem interpretibus, alij uertunt, ossa enim molesta sunt, alij, fluida enim ossa euadunt; quia, vt arbitror legūt ῥοιώδη, vt habet codex Aldinus, & quidam Galeni. Hanc sententiā repetit Hippocrates in Mochlico, pag. 509. uer. 28.

Præterea in libro de Aëre, aquis, & locis, pag. 79. ver. 7. de Nomadū mollicie & humiditate artuum. 'Ροϊκὰ δὲ Fluida uero fiunt, ac lata, scilicet corpora. Et ver. 11. Muliebrium autem corporum formæ ad miraculum B vsque ῥοϊκὰ fluxæ existunt.

'Ρίζη ἀλθαίης. Agrestis scilicet maluæ, quam Romani ibiscum appellant.

'Ρυβδοειδέα τρέπον, id est, ἀγκυροειδῶς instar anchoræ. nam huiusmodi figura ῥυβδὸν appellatur.

Principium Σ.

Συχνὸν. Bacchius in tertio libro inquit multum: non recte, est enim continuum.

C ANNOTATIO.

Συχνόν. Primo de Morbis muliebribus, pag. 252. ver. 11. Συχνῷ semper aliquid supponere oportet. Et libro secundo, pag. 265. ver. 41. Et sanguis συχνὸν multus prodierit. Et pag. 274. ver. 37. de mensibus. Et si quidem συχνὰ frequentes fuerint. Et pag. 288. ver. 2. Aromata vero συχνὰ multa in vnguentum iniicito. Primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xxij. pag. 309. ver. 2. de Epicratis vxore. Minxit melius colorata, συχνὴν multam subsidentiam habentia. Et libro septimo, pag. 367. ver. 17. de Eudemo. Et συχνὰ multum deambularet (scilicet imperarūt medici.)

Tertio de Fracturis, textu viij. pag. 465. ver. 35. Id, quo primò deligamus, συχνῷ multo latius sit ipso vlcere. Et textu xxj. pag. 466. ver. 48. de Spleniis. Συχνῷ multo vero longiora, quàm vt semel (scilicet circunduci possint.) Libro de Vlceribus, pag. 513. ver. 42. Superne vero super spongiam

folia sint σύχνα multa. Sic passim vertit Germanus interpres, & aliter quàm Erotianus. D

Σπλῆνος κατ' ἶξιν. Bacchius in primo inquit, κατὰ συνέχειαν, hoc est, per continuationem. Glaucias vero, secundum rectitudinem. Vterque vero imperfecte scripserunt: Quandoquidem hæc vox non est ex ijs, quæ vnum significant. Sed hic quidem continuationem. In Officina vero medica, & in libro de Fracturis inquit, ἶξιν τοῦ ἕλκεος, ἢ τοῦ κατάγματος τὸ πέρας, hoc est, itionem vlceris, vel fracturæ terminus. παρὰ τὴν ἄφιξιν κινηθείς, id est, motus secundum itionem, quæ est terminus motionis. In secundo vero & quarto Epidemiorum τὴν ἶξιν pro rectitudine ponit.

ANNOTATIO. E

Σπληνὸς κατ' ἶξιν. Verba adducta, sunt in primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xx. pag. 308. ver. 21. de Herophonte. Doluit iuxta inguen, tumor primum σπληνὸς κατ' ἶξιν è directo splenis. Et libro secundo, sectione tertia, pag. 315. ver. 28. Κατ' ἶξιν E directo etiam laterum intentio dolorosa, & præcordiorum intentiones. Et libro quarto, pag. 332. ver. 34. Aurem κατ' ἶξιν τοῦ σπληνὸς è directo splenis, & lateris dolebat. Et ver. 40. de Lycino grammatico. Postea etiam sanguinis quid ex nare κατ' ἶξιν è directo manauit. Et libro sexto, commentario primo, textu vj. pag. 343. ver. 22. de renum dolore. Torpor femoris κατ' ἶξιν è directo. Et commentario secundo, textu xij. pag. 344. ver. 17. Κατ' ἶξιν E directo & laterum dolor, & præcordiorum intentiones, & splenis eleuationes, & è naribus eruptiones, & aures κατ' ἶξιν è directo. Et textu xiij. pag. eadem, ver. 19. Vtrum igitur omnia, aut quæ quidẽ ex infernis sursum κατ' ἶξιν è directo, qualia sunt, quæ iuxta maxillas, aut circa oculum, aut aurem? quæ vero ex supernis deorsum, non κατ' ἶξιν è directo? Atqui & anginosi rubores, & laterũ dolores κατ' ἶξιν è directo. Et libro septimo, pag. 358. ver. 15. Et Exarmodi famulus similiter dolorẽ habebat ad femur, non κατ' ἶξιν è directo vulneris. Primo de Ratione victus morborum acutorum, textu xxix. pag. 369. ver. 36. de ptisana. Nusquam enim adhæret, neque secundum thoracis ἶξιν rectitudinem moram trahit. Quem locum Galenus exponẽs ait, Scire se Hippocratem appellare ἶξιν magna ex parte rectum tramitem, quandoq; vero etiam lationem. Secundo de Fracturis, textu xij. pag. 460. ver. 18. At vero sana fiunt in viginti diebus perfecte omnia, exceptis his, quæ cum tibiæ ossibus communionem habent, & cum ipsa τῇ ἶξει è directo. In cuius commento Galenus inquit, Volens F

A lens significare è regione, κατ' ἶξιν dixit. quã locutionem sępius, variisq; in locis vsurpauit: sed & paulo inferius eadem ter ex ordine vtitur, de crure pertractans, quum ait. nimirũ textu lxv. pag. 463. ver. 38. Femoris enim caput superius, corpus fert: id autem ab interiori cruris parte situm est, & non ab exteriori, sed κατὰ τὴν τοῦ ἀντικνημίου ἶξιν, è regione tibiæ, tũ quia pars altera corporis τῇ ἴξει è regione huic propius accedit, quàm ad exterius os. adde, quòd os interius plenius est, quàm exterius, non secus atq; in brachio, vbi os, quod κατὰ τὴν τοῦ μικροῦ δάκτυλου ἶξιν, è regione minimum digitum spectat, tenuius est, & longius. In cuius textus principio, nimirum ver. 23. eiusdem paginæ, inquit. Cæterum ferularum locationes vitare oportet κατά τε τῶν σφυρῶν τὴν ἶξιν secundum malleolorum rectitudinem. Et libro tertio, textu x. pag. 465. ver. 37. quem locum innuere videtur Erotianus. Itaq; linteum iniicere oportet κατ' B αὐτὴν τὴν ἶξιν τοῦ ἕλκεος secundum vlceris rectitudinem. Galenus exponens hunc locum, ait, ἶξιν semper intelligere Hippocratem è regione, modo in longitudinem corporis, modo in latitudinem, veluti nunc. Et textu xij. pag. 466. ver. 5. Si tamen ferulas apposueris μὴ κατὰ τὴν ἶξιν τοῦ ἕλκεος non secundum rectitudinem vlceris appones. Vbi Galenus rursus ait, E regione nunc intelligere in longitudinem, in hanc siquidem ferulæ apponuntur. Hic aduertendum est Erotianũ hæc verba subiungere, ἢ τοῦ κατάγματος τὸ πέρας, quæ nusquam inueni. Primo de Officina medici, textu xv. pag. 502. ver. 34. Ad se ipsum vero, siquidem sedeat, pedes ἐς τὴν ἄνω ἶξιν κατ' ἰθυ secundum rectitudinem sursum versus, è directo ad genua sint. In cuius commento Galenus inquit. Quum è regione accipi bifariam possit, modo in his, qui membrum in longitudinem extendunt, modo in his, qui ipsum rectà deorsum cõtinent, sicuti vbi stamus, iure, deorsum ad rectam lineam, addidit: vt semper autẽ consueuit, situm C è regione ἶξιν appellat. Et libro secundo, textu xij. pag. 503. ver. 23. Deligare oportet dextras partes in sinistras; & sinistras in dextras, excepto capite: hoc vero κατ' ἶξιν secundum rectitudinem. Vide ea, quæ scripsimus in annotatione dictionis ἐνθυωρίδα.

Σιάλοχοι. Illi, qui congregant sputum amarum.

ANNOTATIO.

Σιάλοχοι. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione secunda, pag. 314. ver. 18. Quibus vero etiam cum febre, hi multo magis, & difficulter spirabant, & διαλεγομένοισιν ἀλλοχόοι aliena loquebantur. Vaticanus codex habet, διαλεγόμενοι σιαλόχοοι inter loquendum saliuam ex ore emittebant. Alij καὶ διαλεγόμενοι σιοιλοχόοι. fortasse, & quidem rectius, καὶ διαλεγόμενοι σιηλοχόοι scriberetur. Caluus vero, vt coniicio, legit, ἀλλόχεοοι,

χροοι, aut etiam ἀλλόχροιοι: vertit enim, delirabantq́; discolorabãturq́;. D
Galenus in expositione textus iij. commentarij primi, in primum librum Prorrheticorum ait, Linguam connatam, tum ex vasis, tum ex glandulis, quas à fundenda saliua σιαλοχόους vocant, humiditatem habere. Reperiuntur quædam aliæ dictiones parum à priori differentes. Libro de carnibus, pag. 41. ver. 42. A calido in neruos, & σίαλον saliuam, ac mucum transiuit. Tertio de Morbis, pag. 160. ver. 32. Verum hians decumbit, σιαλοχέων saliuam fundens. Et pag. 162. ver. 33. Quòd si τὸ σίαλον saliua non probe purgetur.

Σπαργᾷ. Appetit, pro desiderat.

ANNOTATIO.

Σπαργᾷ. Galenus in Exegesi interpretatur ὀργᾷ, turgescit. Secundo E
de Morbis vulgaribus, sectione sexta pag. 318. ver. 29. Si superni loci σπαργᾷ turgent, qui sunt circa caput, vlcerum purgatio, vomitus, hydrops. quæ expositio ab Erotiani sensu diuersa est.

Σκοδίνημα. scribitur & σκορδίνημα. Sic autem antiquiores dicebant τὸ καρηβαρεῖν capite grauari, sicut & Aristophanes.

ANNOTATIO.

Σκοδίνημα. Aliqui codices habent σκορδίνημα, scribitur & κορδίνημα. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione tertia, pag. 314. ver. 46. Omnia talia corrumpunt, Oscitatio, tussis, sternutatio, σκορδίνημα distentio cum oscitatione. sic vertit interpres Germanus. Caluus, calligationem; alij, pandiculationem. Quæ expositiones ab Erotiani sensu lon- F
ge distant. Vide quæ diximus in annotatione dictionis κορδίνημα.

Σὴψ. Putredo.

ANNOTATIO.

Σὴψ. Tertio de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu L. pag. 323. ver. 6. Carbunculi per æstatem multi, & aliæ, quæ σὴψ putredo vocantur. sic vertit Galeni interpres. Germanus vero seps scribit, & præterea nihil dicit. pro qua dictione, Vaticanus codex habet σῆψις putrefactio. Reperio etiã verbum σήψη putrefecit. Quarto de Morbis, pag. 174. ver. 28. donec totum quicquid carnosum est, σήψη putrefecerit. In quo etiam loco ter reperitur σηπεδὼν putrefactio.

Σπογ-

A Σπογγοειδὲς. Sic appellat inflammationes, quæ fiunt circa paristhmia cum lentissima quadam febre. Nonnulli vero & vlcera furfuracea in capite. alij vero tumores quasi fungosos & habentes quædam foramina.

ANNOTATIO.

Σπογγοειδὲς. Pro inflammatione tonsillarum hanc vocem ab Hippocrate fuisse vsurpatam nusquã reperio. Galenus in Exegesi habet σπόγγοι tonsillæ in faucibus, vt in quarto de Morbis vulgaribus, scilicet pag.328. ver.41. Erant autem & raucosi, & fauces inflammatæ, καὶ οἱ σπόγγοι καλεόμενοι, & glandulæ istic spongiæ appellatæ intumescebant. Ad aliarum rerum naturam explicãdam, vsum fuisse ea voce Hippocratem non me latet. Libro de Veteri medicina pag.11. ver.27. & 40. de figuris corpo-B ris. Aliæ raræ & hiantes, aliæ σπογγοειδέα spongiformes & molles. vt lienis, pulmo, & mammæ. Libro de Glandulis, pag.56. ver.21. Natura ipsis est σπογγώδης spongiosa. Libro de Natura ossium, pag.59. ver.18. de renum substantia. Σπογγοειδὲς Spongiforme enim est ipsorum corpus ad vesicam. Et pag.61. ver.38. de pulmone. Venis talibus existentibus, & viscere σπογγοειδέος spongiformi, ac multum humorem suscipere potẽte. Primo de Morbis muliebribus, pag.248. ver.14. de splene. Vt qui rarus est, & σπογγοειδὴς spongiformis. Septimo de Morbis vulgaribus, pag. 365. ver.2. de Nicolai filio. Quarta ab aqua mercurialis egessit stercoracea & liquida, oletula, submucida, σπογγοειδέα spongiosaque demisit. sic Caluus vertit. nam Germanus interpres has duas dictiones prætermisit.

Στλεγγίδα. Heraclides quidem Tarantinus cum ρ. scribit C στρεγγίδα in secunda explicatione quarti de Morbis vulgaribus, dicit esse quasdam fascias aureas, quibus vtuntur nõnulli τῶν θεωρῶν, hoc est, oraculi consultores. quod non recte intellexit. neque enim per ρ. sed per λ. scribitur. & non est fasciola aurea, vt ipse opinatur, sed consuetus strigil. sicut & Menander meminit, & antiquorum reliqui.

ANNOTATIO.

Στλεγγίδα. In quibusdam codicibus perperam legitur στεγγίδα. Tertio de Ratione victus morborum acutorum, textu 1j. pag.376. ver.18. de balneo. Debent celeres persusiones fieri, & spongiis vtendum est pro στλεγγίδος strigili.

Σκέθρη. Similis. D

ANNOTATIO.

Σκέθρη. Galenus in Exegesi exponit diligenti. Primo de Morbis muliebribus, pag.236.ver.26. His igitur consideratis, & animaduersione σκεθρῆ diligenti expensis, totum etiam corpus inspicito. Quæ interpretatio cum Erotiani expositione non conuenit. Vide infra in annotatione dictionis σκεθροτέρης.

Σαπρά. Putrida, sicut & Hipponax in primo Iambo inquit, humectantem, & σαπρόν, hoc est, putridum.

ANNOTATIO.

Σαπρά. Secundo de Diæta, pag.96.ver.42. de carnibus. Verum antiqua, & σαπρά marcida, magis quàm recentia aluum mouent. Primo de E Morbis, pag.133.ver.21.de suppuratis. Purulento pulmone, ac σαπροῦ putrido facto, (scilicet, perit.) Et libro secundo, pag.144.ver.36. In naso mucus crassus, ac σαπρὴ putridus fuerit. Primo de Morbis muliebribus, pag.251.ver.29.de vlceribus vteri. Et breui σαπρὰ putrida fiunt. Quinto de Morbis vulgaribus, pag.335.ver.12. Verum Phœnici circulus σαπρὸς putridus exsectus est. Et pag.338.ver.12.de Maliense. Et ad ossa procedebat σαπρὰ putrida. Et pag.339.ver.13.de Aristionis serua. Et ossa σαπρὰ putrida abscesserunt. Et libro septimo, pag.366. ver.48. de Anaxenore. Liuefacta sunt omnia circuncirca, & σαπρὰ putrida videbantur. Tertio de Fracturis, textu xlv.pag.469.ver.1. Et quibusdam quidem ex veteri vulnere aliqua ossa σεσάπρισαι emarcuerunt. Et ver.5. Aliqua eo quòd discedũt resiccata, & σαπρὰ marcida fientia, desquammantur. In cuius commento Galenus ait, Ossa, quæ putrescunt σεσάπρισαι dixit, verbo ducto à nomine σαπροῦ. nominant autem quæcunque corrupta sunt σαπρά, idq; F non recte. quæcunq; enim & vetusta & diuturna sunt, ab ipso dicuntur σαπρά. In expositione etiam textus xx.libri secundi, ait. Vocat item Hippocrates carnem, quæ putrescit, σαπρὰν, μυδῶσαν, σηπομένην, atque aliis etiam num vocabulis. Libro de Vlceribus, pag.515.ver.48. Mysi quã leuissime tritum inspergito in ea, quæ humida sunt, & σαπρὰ putrida.

Σῖτος πονηρός. nunc Frumentũ putrefactũ, instar fimi dicit.

Στενυγρῶσαι. Arefacere, & constringere aliquem locum, in quo humiditas est.

ANNOTATIO.

Στενυγρῶσαι. Galenus in Exegesi exponit, in angustum redigere: ali

qui

A qui vero claudere humorem exitus, & arefacere. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu j.pag.344.ver.j. Dilatare, στενυγρῶσαι constringere, alia quidem, alia vero non. In cuius commento Galenus ait. Secundam syllabam huius vocis στενυγρῶσαι, cum tenui spiritu, non cum denso, legendum esse: neque enim cum hac dictione, ὑγρὸν, vt quis forsan putare posset, composita est. nam ignorat iste ab Ionibus στενὸν, id est, angustum, στενυγρὸν appellari. Huius autem rei testis locuplex Simonides fuerit in his carminibus ita scribens.

Non sanè quisquam sic vmbrosis in montibus,
Vir leonem timuit, neque pardalim,
Solus στενυγρῷ angusto occurrens in tramite.

Quo in loco στενυγρῷ idem significat, quod στενῷ arcto. Primo de Articulis, textu lxvj.pag.478.ver.8. Nam & sedes intercluditur, & lintea in hac B στενυχωρίη loci angustia aceruata fiunt. Quem locum Galenus exponens, ait. Loci angustiam dixit στενυγροχωρίην, quod nomen, vt quibusdam placet, non componitur ex vocabulis ὑγροῦ, στενοῦ, & χώρας, quæ significarent humidum angustum locum: sed deducitur à voce στενυγρὸν, quæ nihil amplius sibi vult, quam στενὸν, quod significat angustum: vnde quadam additione (quam figuram παραγωγὴν dicunt) deducitur στενυγροχωρίη, quæ nihil aliud sibi vult, quam angustiam: quod ex iis euidenter colligitur, quæ Simonides in supradictis carminibus scribit. Effertur autem secũda syllaba tenui spiritu. Et libro tertio, textu viij.pag.484.ver.10. de spina gibba. Multam igitur στενοχωρίην angustiam faucibus exhibet etiam hoc os intro vergens.

Σκελιφρὰς. Graciles, & instar sceleti.

ANNOTATIO.

C Σκελιφροὺς. Galenus in Exegesi exponit, aridus, cõtractusq;. Libro de Internis affectionibus, pag.208.ver.11. de typho. Verum non intumescit, sed tenuis, & σκελιφρὸς aridus est, ac debilis. Libro de Vulneribus capitis, ĩ ea parte addita, quę est pars libri de Aëre & aquis, pag.453.ver.4. Homines autem vegetes, & σκελιφροὺς siccos esse necesse est. Primo de Articulis, textu xxviij.pag.474.ver.47. Et humidis ac excarnibus minus inflammantur, quàm σκελιφροῖσι siccis ac carnosis.

Στόμαχος κύστεως. Sic appellat collum vesicæ: & collum vteri in primo de Morbis muliebribus stomachum appellat.

ANNOTATIO.

Στόμαχος κύστεως. Hæc vox Galeno teste, quarto de Vsu partium, capite j.

pite j. significat cuiuslibet ventris, aut caui ceruicem præpositam instar D isthmi: in eaq; significatione antiquitus fuit vsurpata. post Aristotelis uero seculum, vt idem Galenus testatur, libro quinto de Locis affectis, capite iiij. ad οἰσοφάγον, id est, gulam duntaxat hæc ipsa translata est. deinde sua ætate, vt ipse ibidem testatur, ad os ventriculi, quod veteres καρδίαν dixerunt, trãsferri cœpit. Libro de Aëre, locis, & aquis, in ea parte, quę in impressis codicibus in calce libri de Vulneribus capitis posita est, pag. 456. ver. 4. de calculo. Neque σόμαχος τῆς κύστιος stomachus vesicę valde coardescit. Et ver. 7. σόμαχος ipsius inflammatur. Et ver. 12. Et quum vrinam emittit, ad τὸν σόμαχον τῆς κύστιος stomachũ vesicæ allabitur ab vrina impulsum. Primo de Morbis muliebribus, pag. 235. ver. 10. Vteri conuersi ad κύστιος τὸν σόμαχον vesicæ stomachum allabuntur. Vaticanus codex legit τὸ σόμα os. Accõmodat etiam Hippocrates hanc vocem collo vteri. Libro de Superfœtatione, pag. 48. ver. 24. Quum pueri capite E ex σομάχου stomacho apparente reliquum corpus procedere non vult. Et ver. 25. ac 29. Et pag. 49. ver. 38. & 46. Et pag. 51. ver. 33. Primo de Morbis muliebribus, pag. 232. ver. 37. maxime quum μῆτραι vteri ad σόμαχον stomachum, qui neruosus est, mulieri allapsi fuerint. Et pag. 234. ver. 19. Et pag. 242. ver. 38. Obtorquetur enim σόμαχος τοῦ αἰδοίου stomachus pudendi, vel vteri, vt Germanus interpres vertit. Et pag. 255. ver. 30. 32. Et libro secũdo, pag. 286. ver. 34. Libro de Sterilibus, pag. 292. ver. 14. Et ver. 16. Aut labium τοῦ σομάχου stomachi sibi ipsi incubuerit. Et ver. 21. 22. & 39. Et pag. 293. ver. 10. Et pag. 298. ver. 21.

Συνασκήσει, hoc est, συναρμόσει, Coaptabit.

Στειφνὲς. Strictos seu difficiles. & Aristophanes ἐν Ἀχαρνεῦσι. Στειφνοὶ γέροντες, hoc est, morosi & difficiles senes, duri, indomiti, Marathoni pugnatores, funditores. F

ANNOTATIO.

Στειφνοὺς. Hanc vocem non inuenio, sed στυφνοὺς, libro de Salubri Dięta, textu vj. pag. 25. ver. 41. Τοὺς δὲ στυφνοὺς Verum duros, & graciles, fuluos ac nigros humidiore dięta maiore temporis parte victitare oportet. In cuius commento Galenus inquit. In libris de Temperamentis, duros, quos στυφνοὺς, & graciles, quos προσεσταλμένους vocat: sicut etiam nigros, ficciore temperamento esse docuimus.

Σομφὸν. Laxum.

ANNOTATIO.

Σομφὸν. Libro de Locis in homine, pag. 64. ver. 3. In nares autem non

inest

A ineſt foramen, σόμφον δὲ οἷον σπογγία verum mollis laxitas velut ſpongia. In Epiſtola ſecunda ad Damagetum, pag.530. ver.29. Qui partim à σομφῆς laxa irruente terra oppreſſi ſunt. Secundo de Morbis, pag.147. ver.19.hæc vox idem, quod obſcure, ſignificat. Vbi vero, inquit, reſpirationem facit, retrocedit; & loquitur σομφὸν obſcure, ſeu non clare.

Σπεῖσαι. Irrigare.

Συκιώνην. Agreſtem ficum.

Σοφίην. Aliquando quidem Artem; aliquando vero curioſitatem. Nunc autem artem ſignificans, inquit, σοφίην παιδεύεται, artem docetur.

ANNOTATIO.

B Σοφίην. Locus quē citat Erotianus, eſt in libello de Arte, pag.1.ver.14. Potens autem ob σοφίην artem ἣ πεπαίδευται qua eruditus eſt.

Σκέπαρνος. Species vinculi eſt ὁ σκέπαρνος, quum vinculum oblique ducitur. teſtatur autem Aſclepiades in expoſitione libri, qui Officina medica inſcribitur, dicens. Eſt enim ὁ σκέπαρνος quando vinculum ſibi ipſi incumbens inſtar γ efficit quandam flexionem & angulum, ſcilicet quum ſimul recto blique ligatur.

ANNOTATIO.

Σκέπαρνος. Galenus in Exegeſi habet σκεπαρνηδὸν, effracte, ſiue aſciatim. nam σκέπαρνος ipſe, faſcia, à fabrilibus aſciis nominatus eſſe videtur. Tertio de Fracturis, textu xxj. pag.467.ver.1. de faſcia. Et deinde

C σκεπαρνηδὸν aſciatim alternatione ipſorum facta, initia dimittere. In cuius expoſitione Galenus ait. Eſt σκέπαρνος aſcia, breuis ille circuitus, qui rectus incipiens, ad latus attrahitur, nondum tamen eſt obliquus, definitq; ad ſimilitudinem aſcię, qua fabri vtuntur. nam quæ à recta linea paululum recedens curuatur, vnde nomen aſcię traxit. Secundo de Articulis, textu xxxix.pag.481. ver.48. de fractura naſi. Ex deligationibus autem hęc maxime varia eſt, & quæ plurimas σκεπάρνους aſcias habeat, & interruptiones. Vbi Galenus inquit, Σκέπαρνον aſciam appellat, vbi faſcia à tranſuerſo circuitu recedens, paululum inclinatur, vt ſupra oſtenſum eſt. Secundo de Officina medici, textu 11.pag.503.ver.13. Species vero hę ſunt; ſimplex, rotunda, in orbem, σκέπαρνον aſcia. In cuius commento Galenus dicit. Quin σκέπαρνον, id eſt, aſciam intelligat, quod à [illegible] licet paululum inclinat. Aſciam enim fabri dicant inſtrumentum [illegible]

dam extrema parte, qua ligna incidunt, modice incuruum, & labrosum in speciem labri. Ab Hippocrate quidem appellatur σκέπαρνον, id est, ascia, genus quoddam circuitus ipsorum linteorum, nanque vbi præcipit, vt panni in asciæ figuram imponantur, diducit ab orbiculari circuitu eum, qui fabrorum asciȩ modo declinat. non enim censet pannos ita oblique circumponendos, vt ab orbiculari circuitu nimium absint, sed paululum declinent, sic vt fideliter comminuta ossa contineant. D

Συνοχωκή, συνοχὴ, καὶ σύνοδος. Concursus, & quasi contractio, sicut & Homerus inquit Gibbosi ad pectus συνοχωκότε contracti.

ANNOTATIO.

Συνοχωκή. De Natura ossium, pag. 59. ver. 39. de venarum distributione. Ramos à seipsa habet iuxta vnamquanq; costam extentos, iuxta naturam, vsque ad pectoris συνοχωκῆς commissuram. Locus, quem ex Homero citat, est in secundo Iliadis, de Tersite. E

φολκὸς ἔην, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα. τὼ δέ οἱ ὤμω,
κυρτὼ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε. αὐτὰρ ὕπερθεν.
Strabo erat. claudus autem altero pede, & ipsius humeri,
Gibbosi, ad pectus contracti, & desuper;

Σίδης. Corticis mali Punici.

ANNOTATIO.

Σίδης. Galenus in Exegesi habet σιδιοειδέϛ, luteas, qualis est granati mali cortex. Septimo de Morbis vulgaribus, pag. 352. ver. 24. de Pythodoro. Decoctum σιδίων malicorij sedauit ipsas. Libro de Vlceribus, pag. 514. ver. 36. Sicca vero sint, flos æris, myrrha, σίδιον αὖον malicoriũ siccũ. F

Σαυρίδιον, quam nonnulli καρδαμίδα appellant, nasturtio similem, facultate calefactiuam.

ANNOTATIO.

Σαυρίδιον. Galenus in Exegesi exponit, nasturtium à similitudine figuræ dicitur, eadem herba cardamum nominatur. Libro de Vlceribus, pag. 514. ver. 15. Σαυρίδιον Nasturtium, sauridion à lacerti similitudine appellatum. Vide Hermolaum Barbarum capite clxviij. sui corollarij.

Σκύτα. Partem, quæ est inter tendines & ceruicem, vt Petronius in Care inquit. αἰγάδες ὑπήνιον. καὶ πάλαι τὰ σχήματα εὐθὺς ἰδὼν καὶ τὰ σκύτα. Et Archilochus inquiens. Quomo

do secuit

A do secuit τὰν σκύταν. Nonnulli vero dicunt σκύταν appellari medullam spinalem; nonnulli vero occiput: nonnulli vero spacium inter frontem & supercilia, quod ἐπισκύνιον appellamus. Nonnulli vero σκύτα dixerũt capitis cutem, vnde ἡ σκύτος dicta est.

ANNOTATIO.

Σκύτα. Galenus in Exegesi exponit, quæ sunt in articulo ceruicis. Secundo de Articulis, textu xxix. pag. 481. ver. 17. in alia sumitur significatione. In agglutinãdo vero, inquit, caro σκύτεος corij ad cutem vergat. In cuius commento Galenus ait, Σκύτος corium fit ex pelle animalis duplicem naturam habente. Locus Petronij, quem citat Erotianus, ita deprauatus est, vt nihil ex eo elicere potuerim, quod ad rẽ præsentẽ faceret.

B Σκηρὸν καὶ σπογγῶδες, hoc est, Fungosum molle.

Σπερχνόμενος. nonnulli vero sine ν σπερχόμενος. est autem Properans.

ANNOTATIO.

Σπερχνόμενος. Galenus in Exegesi habet σπερχνῆ properãs, sedula. Vide infra σπερχνόν.

Συριγγῶδες. Perforatum.

ANNOTATIO.

Συριγγῶδες. Libro de Carnibus, pag. 41. ver. 17. de corde. Facitque συριγγῶδες antrosum. Et pag. 42. ver. 31. de organo auditus. Iam vero ad ipsum os est cauitas συριγγώδης antrosa. Libro de Corde, pag. 55. ver. 34.
C de cordis auriculis. Corpuscula circum ventriculos consurgunt mollia, συριγγώδεα cauernosa, quæ auriculæ appellantur. In his tribus locis impressi codices secundam syllabam huius vocis per α, scriptam habent. Quinto de Morbis vulgaribus, pag. 339. ver. 13. de serua Aristionis. Et ossa putrida facta abscesserunt, & prodibant paulatim συριγγώδεα fistulosa. Et libro septimo, pag. 353. ver. 15. de dolore auris filij Cydis. Et συριγγῶδες fistulosus & grauis odoris. Et pag. 359. ver. 28. de tuberculo circa anum Mnesianactis. Erupit ad intestinũ, & foris συριγγῶδες fistulosum fiebat.

Σάφα. Manifeste, sicut Euripides in Oreste, inquit. Mane miser quiete tuis in cubilibus. Vides enim nihil eorum, quæ opinaris σάφα, hoc est, manifeste videre.

ANNOTATIO.

Σάφα. Tertio de Morbis, pag. 164. ver. 24. de pleuritide. Progressu vero

ro temporis morbus magis σάφα manifestus redditur. Quarto de Morbis vulgaribus, pag.331.ver.25. Non tamen σάφα clare noui. Et libro quinto, pag.341.ver.44. de Androphane. Nihil autem poterat σάφα clare loqui. Quæ verba repetit de eodem, libro septimo, pag.364.ver 23. Primo de Ratione victus morborum acutorũ, textu viij. pag.368. ver.18. Cęterum numerum singulorũ morborum σάφα clare pronunciare volentes, non recte scripserunt. Quarto de Articulis, textu xxvij. pag.496. ver.1. Verum illud σάφα clare nosse oportet. Et textu xxviij. pag. eadem, ver.8. Σάφα Clare enim nosse oportet. D

Σκύλλης τὸ νηρῶδες. hoc est. Scillæ radicis succus.

Σύκης ἐρρινῶδες. Agrestis ficus.

Σπουδῇ. Ingens labor, sicut Homerus, σπουδῇ, hoc est, ingenti labore expulerunt, postea saturatus est pabulo. E

ANNOTATIO.

Σπουδῇ. Secundo de Morbis muliebribus, pag.267.ver.5. Et quum aliquid σπουδάσῃ festinanter egerit, anhelatio ipsam inuadit. Secundo de Fracturis, textu v.pag.461.ver.5. de luxatione calcis. Pleraque tamen leuiter colliduntur, neque magnum σπουδῆ studium & diligentiam exigunt. Locus, quẽ ex Homero adducit, est in libro decimoquinto Iliadis.

Σειρῇ. Loro.

ANNOTATIO.

Σειρῇ. Secundo de Fracturis, textu iij. pag.459. ver.33. de ligno sub ala imponendo in repositione humeri. Hinc atque illinc σειρῇ catena deligatum, vel loro, vel fune, vel habena.

Σκυτίον ὑποκεφάλαιον. Pelliceum puluinar, quod etiam πέλβιον dicitur. F

ANNOTATIO.

Σκυτίον ὑποκεφάλαιον. Secundo de Fracturis, textu iij. pag.459.ver. 36. de fractura brachij. Supposito postea alio quopiam fulcimento, & σκυτίνου ὑποκεφαλαίου coriaceo puluino, vno, aut pluribus subiectis.

Σίναιτο. Reprehenderet, & accusaret, & læderet.

ANNOTATIO.

Σίναιτο. Tertio de Ratione victus morborum acutorum, textu xiij. pag.374.ver.39. Talis autem egestio habet quidem & alia magna σίνεα nocumenta. In cuius commento Galenus ait. Est in more positum Hippocratis

A cratis, vt noxas appellet σίνεα, vt in libris de Fracturis, & articulis ostendimus. Iones enim σίνειν pro lædere dicunt, & noxia sæpe σινόμωρα ipse vocauit. Secundo de Fracturis, textu xv. pag. 460. ver. 28. In omnibus circa articulos σίνεσιν læsionibus, multa aqua calida affundenda est. Quo loco Galenus ait. Appellauit autem affectus σίνεα, quoniam affici σίνεσθαι dicit. Et textu lxvij. pag. 463. ver. 45. Amplior enim facta (scilicet extensio femoris) nihil σίνοιτο læserit.

Σεσιοῖ. Putresceret.
Σεσήρεισαι. Putrefactum est, corruptum est.

ANNOTATIO.

Σεσήρεισαι. Hanc vocem non reperi, sed σεσηρός & σεσηρέναι. Tertio de Fracturis, textu xliij. pag. 468. ver. 46. Coniecturam autem facere oportet
B iuxta vlceris formam, quò sit quàm minimum σεσηρός hians, & expassum inter deligandum. In cuius commento Galenus ait. Hians, quod est σεσηρός, id est, ringens, de labijs oris dicitur. hiare seu ringere, id est, σεσηρέναι, labra aperire dicimus, absque vlla mandibulæ motione, ita vt dentes inter se coniuncti appareant. Quæ expositio cum Erotiani sensu non conuenit.

Συνθεῖν. Concurrere.
Στρωτῆρα. Trabem.

ANNOTATIO.

Στρωτῆρα. Primo de Articulis, textu xx. pag. 473. ver. 49. Postea inter duas columnas στρωτῆρα trabem transuersam probe alligare oportet, & deinde manum cum ligno supra στρωτῆρος trabem transmittere, quò
C manus ab altera parte sit, corpus ab altera, ὁ στρωτὴρ trabs vero sub ala. & postea ad alteram partem manum deorsum cogere, vnà cũ ligno circum τὸν στρωτῆρα trabem, ad alteram vero reliquum corpus. ὁ στρωτὴρ trabs autem ea altitudine alligetur, vt reliquum corpus eleuatum summis pedum digitis innitatur. In cuius commento Galenus inquit. Columnas constat ab ipso στύλους appellari, trabem vero, siue tignum transuersum, quod ab vna columna ad alteram peruenit, στρωτῆρα.

Σαρκάζειν. Nonnulli carnem inducere; nonnulli vero superiorem maxillam extendere. Vsus est autem specie generis loco. est enim τὸ σαρκάζειν extensionis species.

ANNOTATIO.

Σαρκάζειν. Galenus in Exegesi exponit, proprie labra mordendo subsannare.

ſannare. Hippocrates autem ſummis labiis contractis aliquid euellere. D
Primo de Articulis, textu xxviij. pag.474.ver.37. Solipeda animalia, vt pote vtrinq; dentata, poſſunt quidem σαρκάζειν dentes inter ſe committere, & ſub breuem herbam dentes ſubiicere queunt. ſic vertit Germanus interpres, alij vero vellere. In cuius expoſitione Galenus inquit. Vellere Hippocrates σαρκάζειν dixit, quo vocabulo nonnulli ſignificari volunt, labra vehementer inter ſe coniungere, ſic vt herbæ partem auellant. Alij inferioribus dentibus cum ſuperiori labro idem efficere: nam qui deridendent (σαρκάζοντες græce dicuntur) dentibus labrum mordent. Verum illi quidem ſuperioribus dentibus mordent labrum inferius; animalia vero, quæ ruminant, quum inferiorem tantum dentium ordinem habeant, eo ad mordendum vtuntur; ac propterea accipiunt alij vocabulum σαρκάζειν in illis, quæ dentes inter ſe committunt. quoniam quæ carnem vorant (σαρκοφαγοῦντα vocant) tam ſuperioribus, quàm infe- E rioribus dentibus vtuntur: atq; his videntur fauere verba Hippocratis, quum σαρκάζειν dixerit, nõ de his, quę ruminant, ſed de his, quę vtrinq; dentes habent. Hæc quidem paſcere exiguas herbas poſſunt, vt equi, muli, &c. atque ex his, quæ ab vna parte tantum ſunt dentata, illa duntaxat, quibus labri prominentia tenuis eſt: atq; iccirco inter animalia, quæ herbis veſcuntur, ſoli boues hyeme paſtu indigent: quoniam nequeunt exiguam herbam aut σαρκάζειν id eſt, dentibus abſcindere, aut labris præhendere.

Στερρωθείη. Dirigeretur, inquit Bacchius in libro tertio.

Συμπορεύνοι. Concederet.

Συγκλέπτεται ἡ ῥαφή, id eſt, Decepit ſutura, vt ait in quinto de Morbis vulgaribus, ἔκλεψαν δὲ deceperunt autẽ mentem F meam ſuturæ, iaculi læſionem in ſe continentes.

ANNOTATIO.

Συγκλέπτεται. Superius in annotatione dictionis κλέπτεται de ſignificatione huius vocis abunde diximus.

Σιναρόν. Nocumentum habens, & damnum.

ANNOTATIO.

Σιναρόν. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario ſeptimo, textu xvj. pag.349.ver.46. Tuſſes laborioſæ contingunt σιναρῶν locos læſos, & maxime articulos. Tertio de Fracturis, textu xlv. pag.496.ver.7. Subnaſcentes enim iuxta σιναρὸν lęſam partẽ carnes, plerunq; oſſa ipſa eleuant.

Tertio

A Tertio de Articulis, textu lxx. pag.489. ver.37. Et propterea multo longius σιναρὸν læsum crus apparet, quàm sanum.

Σινόμωρα. Noxia. Dicta sunt autē παρὰ τὸ σινωμεμορῆσθαι, quod est fœdari.

ANNOTATIO.

Σινόμωρα. Aliqui codices habent σινόμορα. Galenus in Exegesi interpretatur maligna. In commento vero textus xiiij. tertij de Ratione victus morborum acutorum, ait. Noxia σινόμορα, vel συνόμορα, vel σινάμορα, vt habent alia exemplaria, ipsum vocasse. Tertio de Articulis, textu lj.pag.488.ver.17. Quæ in repandum emota sunt, lethalia sunt, ac σινόμωρα noxia, quæ vero in gibbum ἀσινέα innoxia in totum. Et textu liiij.
B pag.eadem, ver.25. Multa vero etiam alia in medicina quis videre poterit. ex quibus ea quidem, quæ fortia sunt ἀσινέα innoxia sunt, per se totam morbi iudicationem inducentia: quæ vero debiliora σινόμωρα noxia, ita vt & diuturnos morbos progenerent. Σινωμεμορῆσθαι. Aliqui putant hanc vocem esse deprauatam, & deberi scribi σιναμεμορῆσθαι.

Σκεθροτέρης. Bacchius in primo, verioris, sed non recte. ponitur enim σκεθρὸν aliquando pro veritate: aliquando autem pro diligēti consideratione, sicut Euripides in Alcmæone dicit. Γυναῖκες ὁρμήθητε μηδ' ἀτιμίαν σκεθρῶ τὶς ὑμῶν. Ταῦτα γὰρ σκεθρώσοεαν ἡμᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην.

ANNOTATIO.

Σκεθροτέρης. Tertio de Articulis, textu lx.pag.488.uer.45. Quin & cu
C ratione σκεθροτέρης exactiore, tales indigent, si modo sapiunt. Quem locum exponens Galenus inquit, Exquisitiorem vbique appellat σκετροτέραν, cui contraria est simplex, & quæuis, quā φαύλην vocat. Et in commento textus xlv. primi de Fracturis ait. Vocabulo φαῦλον opponi exquisitum, quod Iones σκεθρὸν appellant. Sicut igitur exquisitam victus rationem σκεθρὰν vocat, ita huic contrariam φαύλην. Cæterum quem locum citat ex Alcmeone Euripidis, quia non extat illa tragœdia, restituere, quum maxime cuperemus, non potuimus.

Σχάσματα. Conuulsiones, quæ fiunt circa mentum ex percussione, & quasi torturæ.

ANNOTATIO.

Σχάσματα. Libro de Vlceribus, pag.517.ver.4. Si vero, vbi solueris,

σχάσματα fissuras repereris inflammatas. Et ver.5. Si vero vlceratæ fuerint σχάσματα fissuræ, ac eruperint. Et ver.20. Sin minus grumi in σχάσμασιν fissuris inhærent. Et ver.21. Aceto autem omnia talia perluere oportet, & postea non humectare, neque in σχάσματα fissuras decumbere. Et ver.22. Verum aliquo medicamento, cruentis vulneribus destinato, σχάσματα fissuras illinere. Quæ expositio cũ Erotiani sensu nõ cõuenit. D

Σποράδες νοῦσοι. Morbi qui non sunt similes, neque continue multis in locis atque hominibus accidunt.

ANNOTATIO.

Σποράδες νοῦσοι. Galenus in Exegesi exponit, differẽtes, quæ nõ sunt generis eiusdem, quæq; aliæ aliis conueniunt. Primo de Ratione victus morborum acutorum, textu ix. pag.368.ver.29. Quum enim non pestilentis morbi modus quis communis grassatus fuerit, sed σποράδες ἐῶσιν αἱ νόσοι sparsi fuerint morbi, & non similes, ab his morbis plures moriuntur. Codex Galeni habet σποράδες. In cuius expositione ipse inquit. His omnibus morbis, id est, epidemiis, & endemiis, aduersantur σποράδες, hoc est, qui vage homines corripiunt, qui ægros varie fatigant, neq; communi modo constant. Sed quid est quod ait, Sed morbi sint σποράδες & similes? contrarium enim erat dicendum, non similes inquam inter se esse, si ipsa vtique morborum similitudine endemum, epidemum, & pestiferum iudicandum putauit. Ergo duorum alterum, vel melior habenda est hæc lectio, Sed morbi & σποράδες, & nõ similes sint, vel oportet &c. Et in Proœmio primi libri de Morbis vulgaribus, in hunc modum scribit. Consueuit autem vtrunque morbi huiusce genus, & commune, & passim grassans nominare, cæteras vero ægritudines σποραδικάς, hoc est, dispersas, quæ inquam, non multos omnino, sed vnumquenq; separatim adoriantur: hoc enim verbo σπείρειν græci persæpe pro dispergere, atq; inter se disiungere vti solent. qua etiam in sententia Thucydides de iuuenibus dixit. Vere autem alij in alia ciuitatis parte dispersi mortui sunt. E F

Σπατάλη, ex eorum numero est, quæ semel dicta sunt. Posita autem est hæc vox in diarrhæa.

ANNOTATIO.

Σπατάλη. Legendum videtur σπατίλη. Galenus in Exegesi exponit excrementum liquidum. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu xxij. pag.371. uer.28. de consuetudine. Quòd si præterea cœnauerint, ructus acidus, & σπατίλη alui leuitas, uel alui liquida egestio subsequitur.

A subsequitur. In cuius commẽto Galenus inquit. Nonnullis eorum, qui ita nutriti sunt, ait ϖατίλην alui leuitatem sequi, hoc est, liquidam deiectionem. Verum in plerisque exemplaribus non ϖατίλην alui deiectionem liquidam scriptum reperies, sed ἄσην, vt eo uocabulo ῥιπτασμόν, id est, proiectionem intelligamus corporis hominis huius, qui ita cibatus est: corporis, inquam, ob cibi multitudinem ἀσωμένου, id est, grauiter molesteq; habentis, atque implacidi inquietiq;, dum in lecto iacet, & sese permutantis.

Σηκαμοειδές. Diocles sic inquit in Anticyra elleborum ap pellari. nonnulli vero aliam quandam herbam.

ANNOTATIO.

Σηκαμοειδές. Aliqua exemplaria habent σησαμοειδὲς, & ut iudi-
B co, rectius. Quarto de Ratione uictus morborum acutorũ, textu cxxiij pag.384. uer.10. Σησαμοειδὲς Sesamoides sursum purgat. potio eius est drachma dimidia in aceto mulso trita. Quam sententiam repetit in libello de Veratri usu, pag.534. uer.44.

Σπάσδων. Corporis contractio.

ANNOTATIO.

Σπάσδων. Aliqui codices, & Galenus in Exegesi habent ϖάδων, exponiturq; conuulsio, & est nomen fœmininum. Primo de Morbis, pag. 132. uer.34. de Suppuratis. Si vero uena omnino quidem rupta non fuerit, uerum ϖάδων acutus tractus in ipsa fiat, &c. sic uertit Germanus interpres.

C Σικύου πάλης. Quæ ex cucumere fit farina minuta.

ANNOTATIO.

Σικύου πάλης. Tertio de Morbis, pag.165. ver.35. τοῦ το δὲ σικύου Cucumeris peponis corio nudati πάλης pollinem ex aqua præbeto. Et uer.40. Ita ut ad singulos cyathos τοῦ σικύου πάλης τὴν ἐκ τῶν ὀρόβων πάλην, & cucumeris, & erui pollinem inspergas.

Σκυῤῥωθῶσι, id est, σκληρυνθῶσι, hoc est, obduruerunt, & quasi σκιῤῥωθῶσιν, quod idem est. Quoniam σκίῤῥον σκύῤῥον appellat. quum inquit. Si σκυρωθέωσι, id est, obduruerint, melius est adhibere acria, mordacia enim & tenuia, & ignea existentia adurunt scirrhum, & si molluerit, emollientibus medendum.

ANNOTATIO. D

Σκυῤῥωθῶσι. Galenus in Exegesi habet σκύῤος callus, & σκυῤωθῶσι occaluerit. In Hippocratis codicibus vario modo hæc vox scribitur. Locus, quem author citat, est in primo de Morbis muliebribus, pag.238.ver.44. Καὶ ἢν σκυῤωθῶσιν, ἄρειον τὰ δριμέα τε προσιθέναι ἃ δήξονται. τὰ γὰρ λευκὰ καὶ πυρώδεα ἐόντα, τὸν σκύῤον διαχέει. ἢν δὲ λαπαχθῇ ὁ σκύῤος, μαλθακοῖσιν ἰῆσθαι. hoc est, Sed & si in callum indurati fuerint, præstat acria apponere, quæ mordent. Quæ enim tenuia & feruida sunt, calli duritiam diffundunt. Si vero mollitus fuerit callus, mollibus curato. Vaticanus codex pro ἄρειον habet ἄριστον: pro, ἃ δήξονται, ἀδάξοντα non mordentia: & pro λευκὰ, λεπτά. Libro de Natura muliebri, pag.218. ver.20. Si humidius fuerit os vterorum, quàm oporteat, acria apponito: quo morsum perreptet, & inflammatum valde durum fiat: si vero σκυῤωθῇ induratum fuerit, acria adhibeto. Et pag.223.ver.38. ἢν σκιῤῥωθῶσιν Si indurati fuerint vteri. Et ver.44. ἢν σκιῤῥωθέωσιν Et libro secundo de Morbis muliebribus, pag.279.ver.4. ἢν σκυῤῥωθῶσιν. Et ver.10. ἢν αἱ μῆτραι σκιρωθῶσι. Si vteri velut in callum indurati fuerint. Et ver. 19. σκληρυνθῶσιν. E

Σφαλάξει. Irascitur, moleste fert. Attica vox est.

ANNOTATIO.

Σφαλάξει. Aliqui codices, & Galenus in Exegesi habent, σφαδάζει. quæ vox reperitur in primo de Morbis muliebribus, pag.244.ver.1. Mulier acute febrit, & stomachi dolore vexatur, & dolet totum corpus, & σφαδάζει moleste fert, & ad articulos manuum, & crurum, & lumborum dolor procedit.

Σελαχίοισι. Minutis pisciculis, vel testaceam cutem habentibus, vt locustis, cancris, buccinis. Meminit huius vocis Eupolis in Capris, quum inquit. ὥς ποτε αὐτὸν ἰὼν ἡμῖν τις εὐθέως ἐρεῖ πρὸς αὐτὸν πριόνοι σελάχιον, τί δὲ ἰὼ λύκον κεκράξεται, φρασεῖται πρὸς τὸν αἰπόλον. F

ANNOTATIO.

Σελαχίοισι. Galenus in Exegesi habet, σελαχίοισιν. omnes pisces squamis carentes, & qui animal pariunt, sic dicuntur. Quę expositio cum Erotiani sensu non conuenit. Secundo de Dięta, pag.94. ver.7. de piscibus. Vrticæ autem maxime & τὰ σελάχεα chartilaginosi generis pisces humectant. Libro de Internis passionibus, pag.195. ver.30. de tertia tabe. Et obsonium habeat σελάχια chartilaginea. Primo de Morbis muliebribus,

pag.

A pag.251.uer.6. Piſcibus σελάχεσιν chartilagineis cum cepis, & coriandro in muria dulci coctis. Et libro ſecundo, pag.274. ver.8. Obſoniis autem vtatur piſcium σελάχεσιν chartilagineis omnibus, coctis aceto mulſo dulci. Locus Eupolis in Capris ita deprauatus eſt, vt male poſſit elici ſenſus: integra tamen ſentẽtia eſt, quæ noſtro inſtituto inſeruit, quę talis eſt. Statim dicet ad ipſum πρειώμοι (non πρεόνοι) eme mihi σελάχιον piſciculum minutum teſtaceum.

Στέατι μηλείῳ. pro ouillo. Μῆλα enim oues dicuntur.

ANNOTATIO.

Στέατι μηλέῳ. Primo de Morbis muliebribus, pag. 260. ver. 28.29. Aut elaterij potiones quatuor στέατι μηλέῳ adipe ouillo ammixto apponat. Et libro ſecundo, pag.288. ver.23. Aut anſeris adipem, aut μήλειον στέαρ

B ouillum adipem (ſcilicet apponat.)

Σικύε λέμματος. Corticis cucurbitæ ſylueſtris.

ANNOTATIO.

Σικύου λέμματ⊗. Secundo de Morbis muliebribus, pag.267. ver.9. de fluxu albo mulierum. Et σικύης λέμματα cucumeris ſylueſtri cortices ex tertia parte, reliqua ex paribus portionibus (ſcilicet ſubter ſuffito.)

Σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαίροντες. Non robuſti, verum per interualla imbecilliter pulſantes. Dictũ eſt autem ἀπὸ τῶν ψαιρόντων ἀρμένων, hoc eſt, à velis, quæ ſanè à ventis non æqualiter inflata, aliquando quidem flaceſcunt, aliquando vero implentur.

C ANNOTATIO.

Σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα. Secũdo de Morbis muliebribus, pag.268. ver.26. Perfrigerationes & ſudor multus, σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαίροντες pulſus ad manum accelerantes. ſic vertit Germanus interpres. Caluus venarum pulſus lenes. Alij pulſus per interualla & imbecilliter pulſantes. Ex quo loco elicimus Hippocratem pulſum obſeruaſſe, quamuis eius obſeruationem in artem non redegerit. vix enim credibile eſt, vt facultatis vitalis tenorem ſine pulſu cognoſcere valuerit.

Σπερχνὸν. Continuum.

ANNOTATIO.

Σπερχνόν. Galenus in Exegeſi habet σπερχνὴ properans, ſedula. Libro de Natura muliebri, pag.224. ver.17. Morbus hic σπερχνὴ vehemens

eſt, & lethalis. ſic vertit Germanus interpres. Quæ verba repetit in ſecundo de Morbis muliebrib⁹, pag.270.ver.49. Et libro primo, pag.248.ver.1. de hydrope vterorum. Et dolor vehemens pudendi, & imum ventrem et ilia, & laterum mollitudinem, & lumbum, acutus, & ἀπερχνὴ vehemẽs. Et libro ſecundo rurſus pag.276. ver.26. Si vteri ad ſiniſtram partem aut coxam declinauerint, dolor acutus, & ἀπερχνὴ vehemens habet lumbos. D

Σκορδίȣ. Herbæ nomen.

Στέαρ ὄϊος. Ouis.

ANNOTATIO.

Στέαρ ὄϊος. Libro de Internis affectionibus, pag.195.|ver.7. Deinde τὸ ςέαρ ὄϊος ouis adipis à renibus detracti minæ quadrantem ammiſceas, ac ſimul coques. Vaticanus codex habet ὄϊος. in impreſſis hæc vox deeſt. Aldinus legit ὀςέα οἱ. Libro de Natura muliebri, pag.221. ver.31. Στέαρ ὄϊος. Adipem ouillum. Primo de Morbis muliebribus, pag. 253. ver.28. Et pag.263.ver.30. Et libro ſecundo, pag.272.ver.48. Et pag.280.ver.5. Et pag.288.ver.20.22. Libro de Sterilibus, pag.298.ver.42. E

Σκαφίδα. Paſtoralem ſcyphum ſic Attici appellant.

ANNOTATIO.

Σκαφίδα. Ab Atticis paſtoralem mulctram ſic uocari teſtatur etiam Galenus in Exegeſi, vt ſitulæ & mulctralia facta, quibus vbera mulgebãt. Hippocrates autem marinam concham longiorẽ vocat, quam mutilum quidam nominant. Secundo de Morbis, pag.115.ver.48. Ita, vt omnium cyathi parui, ſiue σκαφίδα conchę marinæ ſit menſura. Et pag.156.ver.2. Singula æquis portionibus, vt in totũ ſit σκαφίδα conchæ marinæ menſura, terat. Primo de Morbis muliebribus, pag.262.ver.26. Stercus bubulum velut σκαφίδα conchæ teſtã efformato. Et libro ſecundo, pag.273. ver.28. Cyperum tuſum præparato, ὅσον σκαφίδα teſtæ conchę menſura. F

Σκυτίνην. Conſtructam & condenſatam.

ANNOTATIO.

Σκυτίνην. Hanc vocem in ſignificatione, quam dicit Erotianus, apud Hippocratem nõ reperio, ſed pro coriaceo. Quarto de Morbis, pag.174. ver.39. Quemadmodum ſi quis vas olearium σκυτίνην coriaceum, anguſti oris, oleo impletum, in oſculum vertat è directo.

Συναειθμεῦται. Coaptatur, & coniungitur, ἀριθμὸς enim dicitur beneuolentia & amicitia, vt inquit etiã Callimachus,

ἀριθμόν

A ἀριθμὸν δὲ, id est, beneuolentiam, & amicitiam cum vtrisque iniui.

ANNOTATIO.

Συναριθμοῦται. Aliqui codices habent συναρθμοῦται, & ἀρθμός. In Exegesi lectio etiam varia est. nam συναριθμοῦται & συναρθμοῦται, & συναρθροῦται legimus.

Σμηκτρίδα γῆν. Cimoliam.

ANNOTATIO.

Σμηκτρίδα γῆν. Aliqui Erotiani & Galeni codices habēt σμηκτίδα. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 284. ver. 49. Aut σμηκτρίδα γῆν

B terram cimoliam cū vino aut rosaceo (scilicet illinat.) Libro de Fistulis, pag. 517. ver. 47. Et podice ex γῆ σμηκτρίδι terra cimolia oblito, finito.

Σκορόδου φύσιγγα. Qui foris est cortex.

ANNOTATIO.

Σκορόδου φύσιγγα. Galenus in Exegesi habet φύσιγγα, pro qua voce legendum esse φύσιτρα quidam asserunt. Est qui caulium exortus vocatur, & maxime concauus. Libro de Fistulis, pag. 517. ver. 36. Si vero iam ægrotantem ex fistula assumpseris, σκορόδου φύσιγγα allij caulem recentem accipe. Et ver. 37. τὴν φύσιγγα caulem immitte. Et ver. 38. Et fistulæ profunditatem per φύσιγγι caulem metire. Et ver. 43. & 44. Quæ expositio cum Erotiani sensu omni ex parte non conuenit.

C

Σκυλάκια σιαλώδεα. Caninæ carnes pingues.

ANNOTATIO.

Σκυλάκια σιαλώδεα. Galenus in Exegesi habet σιαλώδεα pinguia opimaq;. Libro de Sterilibus, pag. 292. ver. 36. de stomacho vteri indurato. Et edat σκυλάκια σιαλώδεα catulos pingues percoctos. Libro de Superfœtatione, pag. 51. ver. 6. Et edat σκυλάκια catulos coctos. Secundo de Dięta, pag. 93. ver. 33. de carnibus Σκυλάκια Catulinæ vero humectant, & secedunt. Libro de Sterilibus, pag. 296. ver. 1. 3. 4.

Συνέβησε. Coniecit.

Principium T. D

Τολμᾶν. Sustinere. Vnde Τόλμηρὺς eos, qui omnia sustinent, appellamus.

ANNOTATIO.

Τολμᾶν. Primo Prognosticorum, textu 11. pag. 401. ver. 21. De medici præcognitione. Quare τολμᾶν audebunt homines se ipsos medico committere. Quæ expositio non omnino quadrat Erotiani interpretationi.

Τρύζειν. nonnulli vero στρύζειν. Est autem cum strepitu obscuro effluere. Dicitur autem ἀπὸ τῆς τρυγόνος, id est, à turture, quæ obscure & gemitus instar strepit, vt inquit quoq; Homerus. Vt ne mihi τρύζητε, hoc est, obstrepatis hinc & hinc E sedentes, id est, obscure & cum gemitu loquamini. Bacchius vero in secundo inquit τρύζειν esse cum aliqua vehementi animi perturbatione & angore effluere.

ANNOTATIO.

Τρύζειν. Secũdo de Morbis muliebribus, pag. 271. ver. 7. Stercus cum violentia prodit exiguum, & vrina τρύζειν paulatim fluit, seu destillat, vt vertit Germanus interpres. Alij, paulatim & sine strepitu, seu stridore. Et pag. 283. ver. 25. Si ventus in vteris fuerit, flatus exit, & τρύζει stridet, & tota intumescit. Libro de Sterilibus, pag. 299. ver. 19. Et vrina τρύζει paulatim destillat. sic vertit Germanus. Secundo Prognosticorum, textu xiiij pag. 403. ver. 46. Si vero liquida fuerit egestio, conducit, neque τρύζειν stridere, neq; frequentem esse, & paulatim secedere. In cuius commento Galenus inquit. Hæc distinguuntur, si non strideat, quod ipse dixit τρύζειν. F scriptum est autem & cum σ & sine σ: estq; verbum, vtrouis modo scribatur, à sono, qui editur, effectum. Secundo Prorrheticorũ, pag. 415. ver. 40. Si vero vrina paulatim τρύζοι strideat, medicamentis hominem opus habere significat. Aldinus codex habet τροίζοι. Homeri locus, quẽ citat, est in primo Iliadis.

Τεφριωδέων. Cinereorum. Τεφρία enim cinis appellatur.

ANNOTATIO.

Τροφιωδέων. Galenus in Exegesi habet τροφιώδεες, quod quædam illata habet infixa ἀπὸ τοῦ τρέφεσθαι, quod est, infigi. Septimo de Morbis vulgaribus, pag. 367. ver. 29. de Philistide Heraclidæ vxore. Vrinæ τροφιώδεα compactis quibusdam innatantibus paucæ, sic vertit Germanus interpres.

A interpres. Caluus sumit hanc vocem pro crasso. Quæ expositio cum Erotiani sensu non conuenit.

Τὸ θηριῶδες. Nonnulli dicunt ipsum vocem hanc ad vlcera mali moris accommodasse, quæ etiam θηριώματα appellantur, quæ quidem vt plurimum in autumno augentur propter aëris inæqualitatem. Nonnulli vero ad paruos lumbricos referendum esse existimarunt. tunc enim & ipsi generantur. Nonnulli vero φθίσιν esse putarunt.

ANNOTATIO.

Τὸ θηριῶδες. Hæc vox apud Hippocratem ambigua est, & in varias significationes ab eius expositoribus trahitur. Libro de Locis in homine, pag.70.ver.42. Θηρίον ferinum vlcus in corpore propterea venit. Li-
B bro de Aëre, aquis, & locis, pag.80.ver.37.de his, qui Europam incolunt. Quibusq; feritas, & θηριῶδες immanitas non mediocriter à natura sint congenita. In Coacis prænotionibus, pag.431.ver.10.Modice feroces mentis emotiones malæ, & θηριῶδες ferinæ sunt. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione prima, pag.311.ver.23. Φθινοπῶρον μάλιστα θηριῶδες. Autumno maxime ferinum. sic uertit Germanus interpres. alij vero. Autumnus sua feritate & malignitate interaneorum animalia maxime gignit. Et libro quarto, pag.329.ver.40.de Eumenis vxore. Et θηριῶδες ferini in iudicationibus. Et libro sexto, cōmentario primo, textu xiiij.pag.343.ver.33. Τὸ θηριῶδες φθινοπώρου Ferinum autumno, & oris ventriculi dolores, & horrores, & atra bilis. In cuius commēto Galenus ait. Vtrum vermes, qui ascarides dicuntur, an lumbricos, an elephantem, & cancrum, an Tabem, vt quibusdam placet, an quicquid malignū est, θηριῶδες, id est,
C ferinum appellarit, hæc omnia autumno iure gignuntur, & propter praui succi redundantiam, quę eo tempore viget, & propter inęqualem cœli temperaturam. Et commentario secundo, textu xvj. pag.344.ver.23. Aut tussis sicca, non θηριώδης ferina. In quo loco Galenus inquit. Quum obscuram quandam tussibus conditionem adiunxerit, aliam quæstionem attulit, quæ nam ferinæ tusses sint. quidam lumbricos ad os ventriculi perlatos, osq; mordentes, in causa tussium aridarū esse volunt. nonnulli pro ferino, tabidos intellexerunt, quòd eis vngues, non secus, quàm feris incuruescant, nonnulli ad malignum morbum traducūt. Et textu xxiiij. pag.344.uer.38. Tusses siccæ, parum irritantes, à febre adurente, non pro ratione siticulosę, neque linguæ torrefactæ non τῷ θηριώδει feritate, sed spiritu. Vbi Galenus in hunc modum scribit. Ait has nō ferino, sed vento excitari. sunt qui non absolute quicquid malignum est, ferinum ab ipso dici

dici putent, sed alij quidem tabem, quia vnguibus incuruescẽtibus in ea re feris similes apparent: alij uero ferinum proprie uocari vlcus in pulmone arbitrantur. alij denique quum ad os uentriculi lumbrici ascenderũt, cieri ab eis tusses volunt, quod neque ratione, neque experientia queunt demonstrare. quare melius est, ut θηριώδης ferinum pro maligno accipiamus. Et commentario septimo, textu vij. pag. 349. uer. 34. Ventrium abundantiæ turbationem ferunt, uelut Possidoniæ, & τά θηρία quæ animalcula in aluo inducunt. Quem locum exponens Galenus ait, Feras, siue animalcula appellat morbos ferinos, ac sęuos, quandoq; etiã lumbricos. D

Primo Prorrheticorum, commẽtario primo, textu xxv. pag. 409. ver. 28. Modice feroces mentis emotiones θηριώδεες ferinæ sunt. Quam sententiam repetit in Coacis prænotionibus, pag. 431. uer. 10. Galenus in commento ita scribit. Ferinas autem desipientias appellat, in quibus ægri calcitrant, pedibus feriunt, mordicus impetunt, & excandescunt, eos, qui ingrediuntur, tanquã hostes existimantes. In Coacis prænotionibus, pag. 432. ver. 24. Oris ventriculi dolores cum tormine, ventris θηρία animalcula erumpere faciunt. E

Τόνοι. Corpora extensa cum carnibus, vt venas & neruos, & huiusmodi τόνους appellat, ἀπὸ τοῦ περιτετάσθαι, quod est circumextendi, aliquãdo autem neruos solum. nonnulli autem membranas dixerunt.

ANNOTATIO.

Τόνοι. Libro de Locis ĩ homine, pag. 60. uer. 48. Δύο δὲ παχέες τόνοι Duo autem crassi nerui à cerebro. Quam sententiam repetit secundo de Morbis vulgaribus, sectione quarta, pag. 317. uer. 1. Et pag. 316. uer. 47. Hinc atq; hinc ab arteria τόνον neruum habentes (scilicet arteriæ.) Primo de Articulis, textu xlvij. pag. 476. uer. 15. de glandulis alæ. Sunt enim τόνοισι neruis maximi momenti uicina. In cuius expositione Galenus inquit. Subiectos esse ait glandulis in ala neruos magnam uim habentes, quos nuncupauit τόνους. Ridicule igitur quidam ex recentioribus medicis existimant neruos illos duntaxat ab ipso appellari τόνους, qui coniugati à cerebro oriuntur: quoniam in secundo de Morbis vulgaribus, quum dixit (Duo enim nerui à cerebro iuxta os magnæ uertebræ) neruos appellauit τόνους, neruos enim ad brachia intendentes, & à spinæ medulla dependentes, constat ab ipso nominari τόνους, tum hic, ac deinceps bis, tum infra, vbi de spina agens, neruos appellat τόνους. Et textu xlviij. uer. 18. Nec uero τόνους neruos ullo modo uulnerare oportet. Et uer. 20. Οἱ δὲ τόνοι Nerui uero, quorum curam gerere oportet. Et libro F

tertio,

A tertio, textu xxxj. pag. 485. uer. 25. Alij uero τόνοι νευρώδεες nerui neruosi perpetuo annexi hinc atque illinc iuxta ipsa uerticula porriguntur. Alij uertunt ligamenta neruosa. In expositione cuius loci Galenus inquit. Nihil habeo quod scribam quamobrem, ligamenta, quæ iuxta intendũt, neruosa dixerit. dicendum enim fuit non neruosa, sed nerui, nisi valida appellauit neruosa. Et textu xxxv. pag. eadẽ uer. 30. τόνοι nerui uero com munes iuxta omnia, & in externis, & in internis partibus porriguntur. Vbi Galenus inquit. A posteriori parte non reperiuntur nerui, quos nũc τόνους dixit, si nerui intelliguntur qui motum uoluntarium præstant. Et textu lix. pag. 488. uer 39. Et τόνοι nerui à principalissimis in corpore partibus progressus habent. In quo loco Galenus iterum ait, Hippocratem neruos appellasse τόνους. Et textu cviij. pag. 494. uer. 2. Caput enim femoris proxime his incumbit, ad præcipuos τόνων neruos. In impressis B codicibus perperam legitur πόνων. In expositione cuius loci rursus Galenus dicit. Neruos appellauit τόνους, eos intelligens, qui cum uena, & arteria per inguen feruntur.

Τίτανος. Calx.

Τυφώδεες. Dicuntur τυφώδεις febres, quæ cum torpore fiunt, & quibus laborantes cum vehementia alienantur.

ANNOTATIO.

Τυφώδεες. Galenus in Exegesi habet τυφώδης, qui est de mentis statu deturbatus, ceritus. quamuis aliqui codices habeant τυφλώδης. recte ne an secus, tu ipse iudicabis. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione quinta, pag. 317. uer. 40. Cui uena in cubito pulsarit, insanus & iracundus est, cui vero quieuerit, τυφώδης stupidus. Impressi codices perpe- C ram habent τυφλώδης. Et libro quarto, pag. 328. uer. 19. Vulnerato ab Antiphilo, usto iudicatio facta est die septima, bilioso τυφώδεϊ stupido. Et pag. 329. uer. 16. Post Pleiadum occasum, seruus Attici à quartana correptus τυφλώδης stupidus sedatus est. Et pag. 334. uer. 7. Vxor Emmyris modo non morboso, absq; febre τυφλώδης stupida esse uidebatur. In quibus locis λ superfluum est, & legendum est τυφώδης.

Τριταιοφυέες. Hippocrates quidem Ionicus inquit τριταιοφυέες tertianas appellari, euphoniæ causa. Philonides vero Siculus febres, quæ continuæ sunt inordinationem ostendentes. indicare vero inordibationem in sinceritate, facta intermissione proprium est τριταίας tertianæ, recte quidem indicantes inordinationem, non habentes sincerum medium interuallum

uallum ita nominauit: quandoquidem multã similitudinem habet ad τριταῖον tertianam. Sunt autem febres, quæ appellantur μικροὶ ἡμιτριταῖοι, hoc est, semitertianæ paruæ. D

ANNOTATIO.

Τριταιοφυὴς. Primo de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu xxxv. pag. 302. uer. 32. Sed quæ τριταιοφυέα τρόπον iuxta naturæ febris tertianę morem exacerbantur. Et commentario secundo, textu xxv. pag. 303. uer. 25. At continuæ quidem in totum nihil intermittentes, exacerbascentes autem omnibus τριταιοφυέα τρόπον ad naturæ tertianæ modum. Et libro quarto, pag. 330. uer. 9. Circa Pleiadum occasum austrina fortiter erant, sanguinis eruptiones, & τριταιοφύεες febres tertianæ naturam referentes, & lenes. Et libro sexto, commentario secundo, textu xxiij. pag. 344. uer. 35. Quæcunq; τριταιοφύεες tertianæ naturam habent, his nox molesta ante exacerbationem. Quem locum exponens Galenus inquit. Ex his, quæ tertio quoq; die exacerbantur, τριταιοφυὴς. hoc est, tertianæ naturam referens, ea sola appelletur, quæ prope ad integritatem peruenit. quòd si quis aliàs omnes acutas febres, quæ tertio quoq; die exacerbantur, τριταιοφυὴς uelit nominare, is sanè uidebitur fortasse non temere in hanc uenisse sententiam: non tamen concedemus ullam earum, quæ ad integritatem perueniunt, semitertianam ab Hippocrate nuncupari; quia illæ periculo uacant, semitertiana uero periculosa est: inter quas mediæ sunt, quæ τριταιοφυὴς dicuntur. Hippocrates in Aphorismis nullam febrium facit mentionem, quæ τριταιοφυὴς uocantur. In Coacis prænotionibus, pag. 425. uer. 20. Οἱ τριταιοφύεες Febres tertianę naturam referentes, cum anxietudine, malignæ sunt. Et uer. 25. Οἱ τριταιοφύεες Febres tertianæ naturam referẽtes, erroneę, in pares dies translapsæ, difficiles sunt. Et uer. 10. τριταιοφυέα ῥίγεα Rigores uelut in febre tertiana, si in media inordinata febre exacerbantur, ualde maligni sunt. E F

Τεῦχος. Vasculum intelligendum est, quod carnes & neruos continet. cutis autem integumentum τοῦ τεύχους uasis appellandum est.

ANNOTATIO.

Τεῦχος. Sexto de Morbis vulgaribus, cõmentario secundo, textu iij. pag. 344. uer. 6. Attenuare, crassefacere τεῦχος uas, uel corpus totum, cutem, carnes, & alia. sic uertit Germanus interpres. In cuius commento Galenus ait, Quum τεῦχος uas dicit, totum corpus intelligendum est. Vere

A Vere autem pro vasculo posuit.libro de Sterilibus, pag.294.ver.26. Hanc cucurbitam sic formatam ἐς τεῦχος vasi circumponito, τὸ τεῦχος vase vino impleto. Libro de Locis in homine,pag.66.ver.17. Magis autem su perna τεῦχεα vasa humida sunt.

Τέγξις. Madefactio.

ANNOTATIO.

Τέγξις. Galenus in Exegesi habet τέγγειν, est humectare.

Ταφνρέα. Nonnulli contractè legentes,radicem esse aiunt condensantem. Alij vero vltimum α. produxerunt,vt sit Aeo licum nomen τοῦ ταφνρέας. proprie autem τὰ φύρατα dicit pro φάρεα, quæ sunt vestimenta.

B

ANNOTATIO.

Ταφνρέα. Galenus in Exegesi habet φήρεα, eminentiæ glandosæ oblongæ sub auribus,quales habent satyri, quidam φῆρες, & θῆρες appellantur,vt dictum sit perinde, ac si ferinas dixisset. Sexto de Morbis vulgaribus,cōmentario tertio,textu xiiij.pag.345.ver.35. de vi frigidi.Et constringit,velut τὰ φηρέα pherea,eminentiæ oblongę & rotundę,& gon gronæ. sic vertit interpres Germanus. In quo loco Galenus ait.Frigidum in membris neruosis tumores gignit atq; in neruis quidem ea,quæ ganglia nominantur,aliasq; nonnullas distentiones, tum longiores,tum vero rotundiores:egoq; puto longiores vocari ab ipso φήρεα pherea,rotundiores vero gongronas, vt φήρεα vocarit eas, quæ aliquam φηρεῶν (vel, quod rectius videtur, φηρῶν) similitudinem habeant: ita enim quidam

C Iones vocant satyros, quos oblongis ad aures eminentiis pingunt & fingunt. Et parum infra subiungit. φήρεα pherea neque apud vllas gentes dici audiui,neque aliquem, qui audiuerit vnquam, noui. & tamen quidam interpretes φήρεα ab Hippocrate uocari uolūt, quæ in Peloponnesi ciuitate φηραῖς pheris abundant. quidam vero per ε & φ primam syllabam scribentes,aiunt φέρεα dici, quæ in vrbe Thessaliæ Φέραις Pheris sępenumero oriuntur.Cęterum φήρεα vocari oblongas eminentias attestari videtur id, quod in septimo Vulgarium morborum scriptum est his verbis.Vulgabantur, inquit,tusses,præcipue autem pueris plerisq; circa aures talia,qualia in satyris fiebant. Quæ expositio ab Erotiani sensu longe diuersa est. Vnde suspicandum est, aliquod in eius exemplari subesse mendum.

Τετάρσωται. Dilatatum est,extensum est.

Annotatio

ANNOTATIO. D

Τετάρσωται. Galenus in Exegesi habet, τετάρσονται, sunt dilatata. omne enim, quod dilatatum est, ταρσὸς dicitur.

Τράμιν. Caudam, quam ἱππόταυρον appellamus, sicut inquit Hipponax. Euellat aliquis ipsius τὴν τράμιν, hoc est, caudam, ita vt se stercore fœdet. Meminit huius etiam Archilochus. Lysimachus vero σφιγκτῆρα podicem, ceu constrictorē.

ANNOTATIO.

Τράμιν. Hanc vocem apud Hippocratem non inuenio, sed apud Ruffum, libro primo, de Partiū humani corporis appellationibus, capite xij. Genitalium porrò membrorum, inquit, quæ in maribus sunt, propendens particula, colis, ac stema est: quæ autem non pendet, sedimentum collumq; vesicæ: lineam per medium discurrentem apud Græcos τράμις tramida, alij ὄῤῥον orrhon appellarunt. Aliqui codices pro σφιγκτῆρα habent σφυκτῆρα. E

Τεθραμμένον. Coagulatum. θρέψαι enim Attici coagulari dixerunt, & τρόφαλιν caseum coagulatum.

ANNOTATIO.

Τετραμμένον. Libro de Locis in homine, pag. 64. ver. 25. de venarum distributione. Quædam vero infra ad corpus τετραμμέναι conuertuntur. quod exemplum Erotiani expositioni non quadrat.

Τάχα. Velociter.

ANNOTATIO. F

Τάχα. Primo de Morbis, pag. 130. ver. 25. Quæcunq; etiam τάχα citius, siue in meridie, siue vesperi, siue noctu curentur, intempestiue curantur. Et libro tertio, pag. 159. ver. 22. Τάχα cito perit. Et pag. 159. ver. 37. Τάχα cito moritur. Libro de Internis affectionibus, pag. 198. ver. 37. Τάχα γὰρ Velociter enim etiam, sic stercus subuacuari poterit. Germanus interpres vertit, fortassis. In Epistola ad Philopœmenem, pag. 526. ver. 14. de Regione cœlorum. In quam τάχα fortassis etiam Democritus pre sapientia transmigrauit. In Epistola secunda ad Damagetum, pag. 528. ver. 48. Et ego adhortabar ipsos, vt cōsiderent, tanquam τάχα fortassis nihil esset mali.

Τύρβη. Perturbatio.

Τιμωρέουσα. Auxilians, sicut & Euripides ἐν Οἴνῃ inquit.

Ego

A Ego autem patris ſanguinem ἐτιμωρησάμην, id eſt, vltus ſum cum pubeſcentibus & mortuorum.

ANNOTATIO.

Τιμωρέουσα. Vt conijcio, poſt dictionem βοηθοῦσα, hoc eſt, auxilians, deeſt ποτὲ δὲ κολάζουσα, id eſt, aliquando vero vindicans, ſicut & Euripides, &c. Vt hęc vox duo ſignificet, auxiliari ſcilicet, & vindicare. quod ex ijs, quę primo de Articulis, textu lj. Galenus ſcribit, clare patet. Primo de Ratione victus morborum acutorum, textu xxxj. pag.369. ver. 37. Siquidem igitur non προσιμωρήσῃ opem tulerit quis, quātum opus eſt. In cuius expoſitione Galenus ait. Verbum τιμωρῆσαι, hoc eſt, conferre, tum apud veteres, tum apud Hippocratem ſępe pro verbo auxiliari dictum eſſe in aliis etiam libris oſtenſum eſt nobis in iis commentariis, B quos in eos conſcripſimus. Et textu xxxix. pag.370. ver.7. Atque ſic mutuam opem ad malum inter ſe τιμωρέουσι conferunt. Quem locum exponens Galenus inquit. Verbum τιμωρεῖν ſignificare auxiliari, & apud priſcos, & apud Hippocratem, ſupra dictum eſt nobis ſępe, ac nunc quidem dixit, alterum ab altero viciſſim ad malum adiuuari, pro eo, quod eſt, opitulari, & prodeſſe. Et libro ſecundo, textu xxxv. pag.372. ver.26. Porrò huiuſmodi aliquam partem ſermoni contrario τιμωρητέον opitulari oportet. Vbi Galenus inquit. Hoc verbum τιμωρητέον, ſignificat patrocinari oportere, ſiue opitulari. Primo de Articulis, textu lj. pag.476. ver.24. Extra vero alā duo ſolū loci ſunt, vbi quis cruſtas inurere queat, huic affectioni τιμωρεούσας auxiliantes. Vbi Galenus ait. Vſus eſt vocabulo τιμωρεούσαι, quo conſtat ipſum non aliud ſignificaſſe, quàm auxiliantes; quod fecit etiam Euripides, quum Oreſtem induxit hæc loquentem.

C Ἀνόσια μὲν δρᾶν, ἀλλὰ τιμωρεῖν τῷ πατρί

Se quidem impium eſſe, ſed patrem vindicare.

Differunt autem inter ſe τιμωρῶν, & τιμωρούμενος, quod vocabulum cum accuſandi caſu iungitur. hoc ſiquidem ſignificat crucians. Eadem ratione & Menandri fabula inſcribitur. Ἑαυτὸν τιμωρούμενος.

Τυχατάμενον. Scopum attingentem.

Τηλοτέρω. Longiori.

Τύρσις. Bacchius in primo interpretatur ſcenam vel turrim, vel propugnaculum.

ANNOTATIO.

Τύρσις. Galenus in Exegeſi interpretatur turrim, eamq; præſertim, quę

quæ in muris est. Tertio de Articulis, textu xxiij. pag. 485. ver. 5. Scala ita D
preparata attrahenda est ad τύρσιν turrim altam, vel ad culmen domus. In cuius expositione Galenus inquit. Turrim dixit τύρσιν: culmen vero domus ἀέτωμα. Et textu xxv. pag. eadem, ver. 9. Vbi vero à τύρσιος turri demittas, uel à malo, qui carchesium habeat annexum, commodius adhuc rem parabis.

Τραχέων ἐρέων. Laneorum fragmentorum.

Ταλαιπωρίησιν. Actionibus.

ANNOTATIO.

Ταλαιπωρίησιν. Secundo de Natura hominis, textu j. pag. 22. ver. 44. Quicunq; morbi à ταλαιπωρίης labore fiunt, quies sanat: qui autem ab ocio gignuntur, ταλαιπωρίη labor sanat. In cuius commento Galenus E
ait, Labores hoc loco vocasse eos, quos motiones immoderatæ pariunt. Libro de Salubri dięta, textu xij. pag. 26. ver. 4. Et textu xiiij. ver. 10. Et textu xxix. pag. 27. ver. 7. Et textu xxx. ver. 10. Et textu xxxij. ver. 15. Libro de Genitura, pag. 27. ver. 45. Libro de Aëre, aquis & locis, pag. 77. ver. 21. 37. 44. Libro de Internis affectionibus, pag. 189. ver. 46. Et pag. 190. ver. 35. Et pag. 200. ver. 30. Si vero aqua intercus innascatur, & rumpatur in ventrem, iisdem medicamentis, & potibus, & cibis, & ταλαιπωρίησιν laboribus, quibus priores curato. Et pag. 203. ver. 43. de spleneticis. Et pag. 204. ver. 26. 32. Primo de Morbis muliebribus, pag. 232. ver. 8. Et pag. 234. ver. 43. Et libro secundo, pag. 277. ver. 24. Ἐκ ταλαιπωρίης ἐπὴν ταλαιπωρήσῃ, Ex fatigatione quum laborauerit. Septimo de Morbis vulgaribus, pag. 362. uer. 17. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu Lj. pag. 373. uer. 42. Πολλὰ ταλαιπωρήσειν, multum fatigauerit. Et uer. 43. Ταῦτα ταλαιπωρήσασιν, ita se fatigasset. Et textu liij. pag. eadem, F
ver. 49. Ἐκ πολλῆς ταλαιπωρίης ex multo labore. Et libro quarto, textu cxj. pag. 383. ver. 12. Secundo Prorrheticorum, pag. 415. ver. 1. τεταλαιπωρηκὼς οὐδὲν nullo labore fatigatus. Et uer. 10. 12. Καὶ ταλαιπωρεῖν ἰσχυρῶς. Et fortiter laborare. Et ver. 17. 24. 28. Tertio de Articulis, textu xciiij. pag. 492. ver. 14. Et textu ciij. pag. 493. ver. 17 Et textu ciiij. ver. 38. In Epistola secunda ad Damagetum, pag. 531. ver. 6. Ἐξαγγέλλων ταλαιπωρίην θνητῶν. ad mortalium miseriam declarandam.

Τέκμαρσις. Significatio.

ANNOTATIO.

Τέκμαρσις. Secundo de Humoribus, textu xvij. pag. 115. ver. 30. Quę prodeunt, non multitudine τεκμαίρεσθαι ęstimare oportet, sed quãdiu

prodeant,

A prodeant, qualia oportet, & facile æger ferat. Primo de Ratione victus morborum acutorum, textu 11. pag. 368. ver. 8. Et quædam valde commoda ad τέκμαρσιν coniecturam. In quo loco Galenus inquit. Cognitio, quæ ex eo fit, quod τεκμήριον, id est, propriæ notæ argumētum dicitur, est τέκμαρσις, hoc est, coniectura. Et textu iij. pag. eadem, ver. 9. Quum autem ad τέκμαρσιν coniecturā dicatur, quomodo singula curare oporteat. In cuius expositione Galenus inquit. Quum multa, quæ ad coniecturalem cognitionem vtilia sunt, à Gnidiis medicis prætermissa dixerit, quam τέκμαρσιν coniecturalem cognitionem vocet, ipse deinceps declarauit. Secundo Prorrheticorum, pag. 413. ver. 41. Verum signa scribam, ex quibus, & sanos futuros homines, & morituros, τεκμαίρεσθαι coniectare oportet. Tertio de Officina medici, textu xx. pag. 504. ver. 24. Natura in operibus est, operis actione quid illa velit, τεκμαρτέον coniectandum est.

B

Τέτραμος. Tremor.

ANNOTATIO.

Τέτραμος. Galenus in Exegesi habet τετραμένει tremit, & τέτρομος tremor cum rigore coniuncto.

Τάφις. Vua passa.

ANNOTATIO.

Τάφις. Hanc vocem non reperio apud Hippocratem, sed σαφὶς & ἄσαφις, de qua voce, in dictione ἀσκαρίζει Erotianus meminit. Secundo de Diæta, pag. 95. ver. 47. Ficus & σαφίδες vuæ passæ æstuosę sunt, sed aluum mouent. Tertio de Morbis, pag. 165. ver. 25. de frigefactoriis potionibus in febre ardente. Prosunt & vina alba aquosa σαφίδιοι ex vuis

C passis. prosunt & στεμφυλίτιδες σαφιδευταῖαι vuarum passarum expressarum retrimenta aquosa. Et ver. 26. Τοῦτο δὲ ἄσαφυς λευκὴ vuarum passarum albarum exemptis vinaceis heminam. Libro de Natura muliebri, pag. 222. ver. 45. Ciceris albi partes duas tritas, σαφίδος vuę passę tertiam partem affusa aqua ad dimidias coquito. Et pag. 226. ver. 3. Si ex partu fluxus corripiat, & cibi in ventre non maneant, ἀσαφίδος vuam passam nigram, &c.

Τραυλισμός. Vox effecta à quodam strepitu.

ANNOTATIO.

Τραυλισμός. Hanc vocem apud Hippocratē non reperi, sed τραυλοί.

Primo de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu lxxviij. pag. 305. ver. 46. Aut alta voce, aut gracili, aut aspera præditi, τραυλοὶ balbi, iracundi. Et libro secundo, sectione sexta, pag. 318. ver. 2. 3. 5. Sexto Aphorismorum, textu xxxij. pag. 398. ver. 33. Τραυλοὶ Balbi ab alui profluuio longo maxime corripiuntur. In cuius commento Galenus ait. Sicuti ἰλλίζεσθαι, id est, balbutire, prolationis vitium est, non vocis, sic & τραυλίζειν, eiusdem significationis verbum, non potente lingua exquisite eas dearticulare voces, quę per T et R proferuntur: qualis est, traulus, trepidus, tremit, tradit, trochus, tristis, & similia. Hæ siquidem omnes exigũt linguam se ampliantem, & prioribus dentibus se innitentem. D

Τὸ χρῶμα ἀφυῶδες, καὶ τὸ πρόσωπον μετάρσιον. ἀφυῶδες μὲν χρῶμα dicitur λευκοπέλιον, hoc est, color albus, & plumbeus, dictus ab ἀφύης aphya pisciculo. Μετάρσιον autẽ proprie quidem elatum dicitur, abusiue autẽ, quod in tumorem elatum est, nominauit. E

ANNOTATIO.

Τὸ χρῶμα ἀφυῶδες, καὶ τὸ πρόσωπον μετάρσιον. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 264. ver. 39. Vbi vero multus sanguis discessit *τό τε χρῶμα* & color est *ἀφυῶδες* cinereus, seu exalbidus, & *τὸ πρόσωπον* facies *μετάρσιον* eleuata, seu tumida, & sub oculis tumores laxi, & c. Et pag. 266. ver. 39. Lachrymosi sunt oculi ac hebetes, & color corporis *ἀφυῶδες* exalbidus, seu cinereus, ac pustulosus.

Τοὺς ὀδόντας ἐρήρεαται. Inhærentes & strictos dentes habet.

ANNOTATIO. F

Τοὺς ὀδόντας ἐρήρεαται. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 270. ver. 6. Si vero ad hepar fuerint conuersi vteri, mulier de repente voce destituitur, & *τοὺς ὀδόντας ξυνερήρεισαι* dentes inhęrentes & strictos habet. Interpres Germanus vertit, conserti sunt. Caluus cohęrent.

Τὸ τέρθρον τοῦ πάθεος. id est, Finis. Τέρθρον enim dicebant veteres vltimum, & in fine. vt etiam Euripides in Euristeo Herculem hunc in modum loquentem facit. Mittes viuentem ad inferos, & non mortuum, & mihi τέρθρον id est, finem certum ingrediar. Et Apollodorus, qui hymnos scripsit, ait.

Et

A Et quæ nam hora venit ἐπὶ τέρθρον θυρέων, id est, in fine portarum. Præterea rei nauticæ periti τερθρείους κάλους appellant eos, qui in summitate mali sunt.

ANNOTATIO.

Τὸ τέρθρον τοῦ πάθεος. Galenus in Exegesi habet, τέρθρον summitas antennæ proprie dicitur. & τέρθριοι rudentes inde ad summum velum pertingentes. Hippocrates autem in secundo de Morbis muliebribus. ἐπὴν ἐνθάδε, inquit, τὸ τέρθρον ᾖ τοῦ πάθεος, hoc est, quum hic τέρθρον fuerit morbi, summum & supremum, & curationis maxime egens significat. Hęc Galenus. Qui locus est pag. 269. ver. 28. & quidem in omnibus exemplaribus deprauatus. sic enim in iis, quæ ad manus meas peruenerunt, legitur. Quum ad præcordia allapsi strangularint

B (scilicet vteri) ἐπὴν ἐνθάδε τὸ στερεὸν ᾖ τοῦ πάθεος. Germanus interpres vertit, Vbi hic fuerit affectionis soliditas. Caluus vero hæc verba omnino prætermisit. Nos Galeni & Erotiani testimonio nixi, pro στερεὸν reponendum esse τέρθρον constanter asseueramus.

Τὰ λέγνα τῆς ὑστέρης, id est, Superflua. λέγνα enim veteres vestium extremitates appellarunt, vt testatur etiam Callimachus, quum inquit, τὸν τῶν κανάνων ἐπισέξ λεγνωτὸν χιτῶνα. hinc declarans, quòd τὸ λέγνον oram significat, & velut extremitatem.

ANNOTATIO.

C Τὰ λέγνα τῆς ὑστέρης. Galenus in Exegesi dicit, λέγνα oris vuluæ extrema, per translationem à vestimentorum extremitatibus: has vero alibi ἀμφίδεα appellat. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 277. ver. 10. Sin minus τὰ λέγνα τῆς ὑστέρης summas vteri oras, (id est, extrema vuluæ) derasas & ablutas, picato cerato illinito. Callimachi locus, quem Erotianus adducit, omnino deprauatus est, & restitui non potest.

Τὰ ἐπιμήνια ἐπηλυγάζονται. Detinentur & impediuntur. ἡ λυγὴ enim apud Atticos vmbra dicitur, sicut & Thucydides in sexto inquit, vt cõmuni timore proprium ἐπηλυγάζονται, hoc est, obumbrent.

ANNOTATIO. D

Τὰ ἐπιμήνια ἐπιλυγάζονται. De hac voce ab Erotiano & à nobis satis dictum est in dictione ἐπιλυγάζονται.

Τάμισον. Coagulum, ficut & Nicander in Theriacis.

ANNOTATIO.

Τάμισον. Galenus in Exegesi exponit eodem modo. Locus Nicandri in Theriacis post mediam libri partem, hic est.

Ἐνδὲ τίθει τάμισον σκίνακος νεαροῖο λαγωοῦ.

Impone coagulum petulci iuuenis leporis.

Τριχιάσηται. Dicitur τριχίασις fciffura in mammillis. E

ANNOTATIO.

Τριχιάσηται. Hanc vocem apud Hippocratem non reperio, fed τρηχὺς. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 284. ver. 32. Quum mulieri mamma τρηχὺς afpera facta fuerit, ftœbes, aut rubi fructum cum aqua & oleo coquito. Ariftoteles feptimo de Hiftoria animalium, capite xj. afferens τριχίαν effe morbum pilarem, opinionem vulgarem comprobare videtur: fic enim fcribit. Vbera tota fungofa ita funt, vt fi in poculo pilum forte hauferit mulier, dolor moueatur in mammis, ὃ καλοῦσι τριχίαν, id eft, quod malum pilare appellant, nec fedatur donec pilus vel preffus exeat fponte, vel cum lacte exugatur.

Τὰ διαφανέα σιδήρεα. Ignita cauteria.

ANNOTATIO. F

Τὰ διαφανέα σιδήρεα. Aliud exemplar habet σιδήρια. Primo de Articulis, textu xliij. pag. 476. ver. 1. Σιδηρίοισι Ferramentis autem talia vrere oportet, non craffis, neque valde rotundis, fed oblongis. Et textu xliiij. pag. eadem, ver. 3. Oportet autem διαφανέσι candentibus vrere. In cuius expofitione Galenus ait, Candentia effe voluit ferramenta, quæ ad alam admouentur, quod expreffit vocabulo διαφανῆ. Libro de Hęmorrhoidibus, pag. 520. ver. 11. Iubeo autem præparari σιδήρια ferramenta feptem aut octo. Et ver. 15. Καὶ διαφανέα τὰ σιδήρια ferramentaq; candentia facito, ac vrito. Et pag. 521. ver. 5. 6. Sin minus vrito, cauēdo ne contingas σιδήρῳ ferro, fed propè admotis τὰ σιδήρια ferramētis refecato.

Et

A Et pag.521. ver.8. Et in ipsum σιδήριον ferramentum probe congruum adaptare. Et ver.9. Deinde indita in sedem fistula διαφαῖνου τὸ σιδήριον ferramentum candens immittere.

Principium Υ.

Ὑποφάσιας. Subapparentes oculorum motus.

ANNOTATIO.

Ὑποφάσιας. Sexto Aphorismorum, textu lij. pag.399. ver.6. Considerare vero oportet etiam ὑποφάσιας subapparitiones, siue suspectiones oculorum in somnis. si enim albæ partis quid subapparuerit, non B commissis palpebris, &c. Quam sententiam repetit in primo Prognosticorum, textu xj. pag. 402. ver.3. In cuius cõmento Galenus inquit. A verbo ὑποφαίνεσθαι, quod est, suspici, nomen ὑπόφασιν deduxit. cuius numerus multitudinis est ὑποφάσεις, & Ionica diuisione ὑποφάσιες. Nescio autem quid Artemidorum Dioscoridemque impulerit, vt ὑποφύσιας per υ scripserit, quum id, quod ab Hippocrate dicitur, planum sit: siquidem quid illo nomine intelligat, declarauit quum ait, Perque somnum palpebræ non committuntur, sed inter has ex albo oculorum aliquid apparet. Quòd autem Erotiani expositio ab hac diuersa sit, clare patet.

Ὕσματα. id est, ὕματα, quæ sunt madefactiones. ὕειν enim pluere. ducta est autem vox ἀπὸ τοῦ ὕετοῦ, id est, pluuia.

C

ANNOTATIO.

Ὕσματα. Primo de Morbis vulgaribus, commentario primo, textu vj. pag.301. ver.43. Ver autem austrinum, frigidum, paruæ ὕσματα pluuiæ. Et commentario secundo, textu lx. pag.304. ver.34. Circa ęquinoctium autem, & vsque ad Pleiada, austrinæ ὕσματα pluuiæ paucæ. Et ver.35. Ver aquilonium, squallores, ὕσματα pluuiæ paucæ, frigidæ.

Ὑπόβουχα. In profundo posita, & quasi ὑποβύθια, hoc est, profunda. Dicitur autem ἀπὸ τῶν καταδυομένων πλοίων, hoc est, à submersis nauibus.

Ὑδατόχροα ὕδρα. Aquæ colorem habentes.

ANNOTATIO. D

Ὑδατόχροα οὖρα. Has dictiones simul iunctas non reperi, sed ὑδατόχολα & ὑδατόχλοα. Galenus in Exegesi habet ὑδατόχλοα, quod est dicere, in aquæ modum viridia. Quæ expositio, exemplis ab Hippocrate sumptis non omnino quadrat, nec iis, quę alibi ipse dicit, cōsentit. Primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xxvij. pag.310. ver.8. de Clazomenio. Ab aluo vero ab initio, & vsque ad decimam quartam tenuia multa ὑδατόχροα aquei coloris prodibant. Et libro tertio, commentario tertio, textu lxxiij. pag.324. ver.31. Aluus turbata ex multis tenuibus ὑδατοχόλοις aquosis, bile permixtis. In cuius commento Galenus inquit. Quæ vero in proposita oratione separatim scripta sunt, alui excrementa ὑδατόχολα, quidam per χ et λ scribunt, quidam per χ, ο, & λ voluntque ita esse tenuia, vt aqua est (nam tenue vtrunque nomen significat) sed colore diuerso, vt ὑδατόχλοα τῆς χλοῆς, id est, graminis colorem reddant. ὑδατόχολα vero τῆς χολῆς, id est, bilis. Iam tertia quoque est scriptura per χ et ρ, vt sit ὕδατος χρόα, id est, aquæ color, quæ nec in antiquis, nec in fidelibus exemplaribus inuenitur. estque planè mendosa. nam aquosæ vrinæ, vt nomen indicat, & materiam tenuem, & colorem album representant. Et textu lxxxvij. pag.327. ver. 43. Et sequentibus multa ὑδατόχλοα aquosa cum virore pallida prodibant: seu aquosa, quæ bilem referebant. Primo Prorrheticorum, commentario secundo, textu xlix. pag.410. ver.36. In febribus ardentibus, superfrigerantibus, egestionibusq; alui ὑδατοχόλοις biliosis aquosis, frequentibus, oculorum distortio, signum malum est. In Coacis prę notionibus, pag.426. ver.3. Quibus in febre, dolore lateris fiente, aluus multa ὑδατόχολα aquosa biliosa egerit, hic alleuatur. Et pag.427. ver.28. Qui ex febribus ardentibus, aliquantulum perfrigerantibus, cum egestionibus alui ὑδατοχόλοισι aquosis biliosis laborāt, oculis malum est. Et pag. 443. ver.32. Tenuis spumosa alui egestio ὑδατόχλοον aquosam cum virore pallidam habens subsidentiam, mala est. E F

Ὑδαταινούσῃσι. Hydropisijs.

ANNOTATIO.

Ὑδαταινούσῃσι. Galenus in Exegesi exponit, aquam inter cutem habentibus, sanguinem in aquam mutantibus, & aquosa purgantibus. Inuenio præterea in eodem libro, ὑδατώδεας, hydropicos. Secundo de Morbis vulgaribus, sectione prima, pag.342. ver.30. Et morbi regij ab

hepate

A hepate ad subalbidum colorem vergunt, & ὑδατεινόμενοι qui ex aqua inter cutem, & ex pituita alba laborant. Et libro sexto, commentario primo, textu vij. pag.343. ver.24. Muliebria, siue menstrua ὑδατεινούσῃσιν aqua laborantibus, diu perdurant. In cuius commento Galenus ait. Sunt qui ὑδατεινούσας aqua laborantes intelligant eas, quę aptæ sunt, vt aqua inter cutem corripiantur. sunt qui eas, quarum sanguis tenuis, aquosusque natura est. potest autem de vtrisque intelligi: sed potius conuenit iis, quæ suapte natura sanguinem tenuem habent, nec vlla alia morbosa affectio corpus infestet. in iis enim menstrua purgatio, quam ipse muliebria vocauit, diu perdurat.

Ὑπεξινωμένος. Eximie purgatus. ἴνησις enim purgatio dicitur.

B ANNOTATIO.

Ὑπερινωμένος. Galenus in Exegesi habet ὑπερινός, homo vltra modum inanitus, & euacuatio modum excedens. Aliqui autem sic exponunt, Et supra modum attenuatur, Sed & longum spirans, & breuispirans sic dici duobus modis videtur.

Ὑδερῶν. Hydropem. Epicles vero dicit, aquosum locum appellari, quum non viderit hanc vocem de hydrope dici.

ANNOTATIO.

Ὑδερούν. Libro de Internis affectionibus, pag.209. ver.4. de voluulo. Huic quandoque ὕδερος aqua intercus fit in ventre. Si igitur facta fuerit, secare ipsum non oportet, moritur enim: sed iisdem curare, quibus
C eum, qui à splene ὑδεριῶντα aqua inter cutem laborat. In Coacis prænotionibus, pag.438. ver.15. Ὑδεριῶντι Hydropico febrienti, vrina parua & turbata perniciosa est. Et ver.18. Ὕδερος Hydrops, qui ad curationem remisit recurrens, desperatus est.

Ὑγιηρὸς γόνος, id est, Semen sanum.

ANNOTATIO.

Ὑγιηρὸς γόνος. Libro de Aëre, aquis, & locis, pag.77. ver.4. Quum enim γόνος semen genitale ab omnibus corporis membris procedat, à sanis quidem ὑγιηρὸς sanũ, à morbidis morbosum, &c. Reperio etiam ὑγιηρὰ καταμήνια sani menses. Libro de Sterilibus, pag.291. ver.14. Et ἐπιμήνια ὑγιηρὰ menses sani pag.292. ver.43.

Ὑπερτέρη. Supereminens & superagens. D

Ὑπόφερον. Latens, vt inquit Tarantinus. Confirmat hoc etiam Sophocles in Smerigone, quum inquit, Nunc autem εἰρὴ ὕποφερς, hoc est, clam ex ipsis, donec perdidit, & ipsemet periit. Huius meminit etiam in Iphegenia. Et Hippocrates planè declarat, quum ait. Nihil est ὑπόφερον, hoc est, occultũ, & quod habeat circa se θαλάμας, id est, cellulas. Si igitur latibula θαλάμαι appellantur, iure omne, quod tegitur, appellatur κρύφιον & ὑπόφερον.

ANNOTATIO.

Ὑπόφερον. Locus quem Erotianus adducit, vt coniicio, est in libro de Arte, pag. 3. ver. 34. licet verba nonnihil diuersa sint. Erotianus enim habet. οὐδὲν ὅτι καὶ ὑπόφερον, καὶ ἔχον περὶ αὐτὸ θαλάμας, hoc est, Nihil est occultum, & quod habeat circa se cellulas. Hippocratis vero exemplaria habent. Καὶ τούτων οὐδὲν, ὅ, τι οὐχ ὕπαφρον ἐστι καὶ ἔχον περὶ αὐτὸ θαλάμας. id est, vt Germanus interpres vertit. Et horum nullum est, quod non subspumosum sit, & circa se forulos habeat. Nunquid autem legendum sit ὑπόφερον occultum, an ὕπαφρον subspumosum, an ὑπόφορον circuncauernosum, vt aliqui docti viri suspicantur, studiosi per ocium iudicare poterunt. Cęterum Sophoclis locus omnino corruptus est, & restitui non potest. E

Ὑπόξηρα. Ex latitudine in caudam muris, id est, in angustum ducta.

ANNOTATIO. F

Ὑπόξηρα. Galenus in Exegesi longe aliter ac Erotianus exponit, hoc est, quæ subcaua, aut humiliora sunt. & ὑπόξηρος adunco naso, quod quæ circuncirca sunt, humiliora quàm summitas sint. Item ὑποξήρους humiliores & contractos, ita de ventribus, in maiore de Prædictione locutus est. Sunt qui putent eo in loco scribendum esse, ὑπέξουρα. quoniam Galenus ἔξουρα in angustum redacta, quæ & μύουρα dicuntur, exponit. Sumi etiam hanc vocem pro sicco & arido, exempla, quæ adduco, patefaciunt. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario octauo, textu xxxvj. pag. 351. ver. 14. Scio quòd difficile est ratiocinari, ac cognoscere vias, veluti si sit acuto capite, simus, ὑπόξηρος subaridus, biliosus. Et libro septimo, pag. 356. ver. 24. Prodromi filius æstate subblęsus, æstuosus,

A lingua ipsi ὑπόξηρος subarida, obscura. In Coacis prænotionibus, pag. 434.ver.37. In anginis sputa gracilium ὑπόξηρα subarida malum. Et ver. 48. Ex angina ὑπόξηρα subarida frequentia sputa, cum tussi, lateris dolorem inducentia perniciosa. Primo de Fracturis, textu xxxiiij. pag.458. ver.9. Τὰ δὲ ὑπόξηρα Extremitates autem subaridas, & in acutum abeuntes, spleniis obuolutis, curare oportet. sic vertit Germanus interpres. Alij, quæ in extremitate tenuantur. Alij, subsiccanea. Quem locum exponens Galenus inquit. Tenuantur membrorum extrema, quæ dixit ὑπόξηρα. Quarto de Articulis, textu lxj.pag.500.ver.21. Femora ipsa natura sunt curua: superne enim carnosa sunt, & inter se sociata; inferne vero ὑπόξηροι sicca. In Mochlico, pag.509.ver.8. de femore luxato. Quę autem intro luxarunt, & vtriculis ἐς τὸ ὑπόξηρον τοῦ μηροῦ sub coxæ siccam partem datis, reduces. sic vertit Caluus. Libro de Veratri vsu, pag. B 534.ver.31. de ineptis ad pharmacum. Sed & ὑποξήρους subsiccos, & balbos, ac blesos (scilicet vitare oportet.)

Ὑπονησαμένη. Quæ accumulauit, quæ subiit.

ANNOTATIO.

Ὑπονησαμένη. Galenus in Exegesi exponit, quæ subnatauit, quę subiit.

Ὑπωχρίσεται. Seiungitur, & attollitur.

Ὑπένδοθεν. pro Infra.

Ὑπομβρον ὀστέον. Concauum & humidum factum.

ANNOTATIO.

C Ὑπομβρον ὀστέον. Galenus in Exegesi exponit subhumidum, purulentum, aut subpingue.

Ὑπηλάτη. Inferiorem ventrem purganti. παρὰ τὸ ὑπελαύνειν, hoc est, à ciere dictum.

ANNOTATIO.

Ὑπηλάτη. Quarto de Morbis, pag.177.ver.40. Sed & medicamenta ὑπήλατα aluum subducentia, si in potu sumantur, extra ventrem procederent. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu xj. pag.370.ver.49. de curatione pleuritidis. Sedant item alia multa ὑπηλάτων aluum subducentia medicamenta. Et pag.371.ver.1. Et ea, quæ in sorbitionibus

bitionibus exhibentur ὑπήλατα aluum ſubducentia medicamenta, opi D
tulantur.

Ὑποκρινέσθω. Reſpondeat.

Ὑποτεῖναι. Supponere. & ὑποτεταμένον ſuppoſitum lignum, & quaſi fundamẽtum, vt Phrinicus in Saturno inquit. Ipſa memoria teneat lignũ ὑποτεταγός, hoc eſt, ſuppoſitum.

ANNOTATIO.

Ὑποτεῖναι. Inuenio ὑποτεταμένον & ὑποτιθέναι. Primo de Fracturis, textu xviij. pag. 457. ver. 39. de fractura radij. Partim quod ſanum (ſcilicet os vlnæ) ὑποτεταμένον ſubtentum, fundamenti loco ipſi eſt. Primo de Articulis, textu xxx. pag. 475. ver. 10. Sub alam vero lanam mollem, puram conuolutam ὑποτιθέναι ſubiicere oportet, ad cauitatem E explendam.

Ὑπενεγκάσθαι. Deponere.
Ὑποτοπέεσθαι. Suſpicari.
Ὑπερέοντας. Commutantes.
Ὑποφθάλμιον. Concauum oculi.

ANNOTATIO.

Ὑποφθάλμιον. Primo de Morbis muliebribus, pag. 236. ver. 40. Et τὰ ὑποφθάλμια concaua oculorum liuida ſunt, & inflata. Et libro ſecundo, pag. 264. ver. 40. Et color eſt exalbidus, & facies eleuata, & in ὑποφθαλμίοισιν concauis oculorum tumores laxi. Et pag. 266. ver. 37. In facie ſunt tumores albi, & ὑποφθάλμια concaua oculorum tument. In Coacis prænotionibus, pag. 427. ver. 33. de lethargicis. Et τὰ ὑποφθάλμια F concaua oculorum eleuata habent. Interpres Germanus vbique vertit, partes ſub oculis. Caluus vero, oculorum inferiora.

Ὑπείλλει. Voluebat, vt Euripides etiam in Oedipo inquit. Οὐρὰν ὑπείλλει. Caudam voluebat ſub inceſſu leonino.

ANNOTATIO.

Ὑπείλλει. Sunt qui putant ſcribendum eſſe ὑπίλλειν, vel ὑπειλεῖν. Galenus in Exegeſi habet ὑπειλλήθωσιν, vel vt aliis placet ὑπειληθέωσιν, in ſe ſubuoluantur.

Principium.

A
Principium Φ.

φύσαν. Nunc quidem, vt in Aphorismis, & in primo, & quarto de Morbis vulgaribus, graueolentem spiritum ab ano emissum dicit. In libro vero de Flatibus, & de Veteri arte medendi, eos, qui in nobis sunt spiritus. In libro autem de Humoribus inflationem appellat.

ANNOTATIO.

φύσαν. Locus primus ab Erotiano adductus, est in quarto Aphoris-
morum, textu lxxiij. pag.395. ver.31. Si non φύσαι flatus, siue crepitus
erumpant. Primo de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu j.
B pag.306.ver.49. φύσαι flatus silentes, strepentes. Et libro quarto, pag.
332.ver.19. Et φύσαι flatus cum crepitu prodierunt. Secundo de Dięta,
pag.92.ver.14.de maza. Quod vero intus manet, φύσαν flatum inducit,
& partim superne eructatur, partim inferne secedit. Et ver.23.24. Et libro
tertio, pag.103. ver.26. Secundo de Morbis, pag.156. ver.14. Et pag.157.
ver.3.4. Libro de Affectionibus, pag.187.ver.14. & pluries vsque ad 42.
Secundo de Morbis muliebribus, pag.269.ver.23.Et pag.283.ver.25. Se-
cundo de Morbis vulgaribus, sectione secunda, pag.313. ver.39. de Lycia.
Et sectione tertia, pag.314. ver.47. Et libro quinto, pag 337. ver.26.28. de
Eudemo in Larissa. Libro de Iudicationibus, pag.387. ver.34. Libro de
Fistulis, pag.517.ver.31. Pro spiritu sumitur hæc vox libro de Flatibus,
pag.118. ver.22. quem locum innuit Erotianus. Ac spiritus quidem, in-
quit, qui in corporibus sunt, φύσαι flatus vocantur, qui vero extra cor-
pus existunt, aër. Et pag.119.ver.23.Per vniuersum corpus permeant φύ-
C σαι flatus. Et ver.27.Et pag.120.ver.5.11.14.Primum quidem caput ipsum
propter φυσέων flatus inclusos aggrauatur. Et pag.120.ver.37.40.Et pag.
121.ver.2.de apoplexia.Et pag.121.ver.40. An vero in libro de Veteri arte
medēdi vtatur hac voce Hippocrates pro spiritu qui in nobis est, anceps
sum, pag.11.ver.45. de figuris membrorum spongiformibus. Quæcunq;
autem φύσαν flatum & reuolutiones operantur in corpore, ea in cauis,
& amplis, veluti ventre, ac pectore strepitum ac sonitum facere solent. Et
pag.12.ver.6. Velut hepar, quod propter densitatem quidem ac latitudi-
nem resistit, ac non cedit, φύσα flatus vero subiens augescit, ac fortior
euadit. Nescio etiam an Hippocrates in libro de Humoribus, hac voce
pro inflatione vtatur. Primo de Humoribus, textu xvj. pag.114. ver.37.
Aut eruptio pustulosa, aut φύσα flatus, aut cibus. Et textu xviij. pag.ea-
dem.

dem, ver. 41. Castigatio per vomitum, inferne per exitum, aut sputum mucum, tussim, ructum, singultum, φύσης flatum, vrinam, sternutationem. Et textu xix. ver. 45. de his, quę superne erumpunt. Cruenta, ἄφυσα flatus expertia, cruda, cocta, sicca. Et libro secundo, textu j. pag. 115. ver. 5. Signa hęc sunt, odores corporis, oris, secessus, auris, φύσης flatus, vrinę, vlceris, sudoris, sputi, nasi. Et textu v. pag. eadem, ver. 11. Item tot, & talia, veluti sunt φῦσαι flatus, vrina, qualis, & quanta, & quando. Puto ego pro inflatione ab Hippocrate vsurpari, Secundo de Morbis, pag. 157. ver. 2. de morbo ructuoso. Vbi hoc factum fuerit, melius habere sibi videtur, & venter φυσᾶται inflatur, ac durus fit. Secundo de Morbis mulieribus, pag. 278. ver. 42. Si inflati fuerint vteri, venter attollitur, & φυσᾶ inflatur, & sonitum edit. D

Φακῶν ἐρέγματα. id est, Diuisiones. etenim ἐρεγμὸς proprie dicitur seorsim diuisa faba. E

Φλενοδώδεα. Igitur φλενοδώδεα appellauit quæ excernuntur cum nugis & perturbatione flatuosa. Alij vero dicūt non esse scribendum φλενοδώδεα, sed φλεβονώδεα, ita vt sint tumores cum dolore. Alij vero cum pulsatione venarum, quum Hippocrates nullibi nominauerit dolorem. Sunt igitur quæ in motu & perturbatione quadam versantur, etenim antiqui arterias venas appellabāt. inquit enim ipse. Rigores, qui sunt die noctuq; dum augentur, vigiliam faciunt, & φλέβας venas quatiunt, & perturbant, & frequentiorem ac vehemētiorem motum efficiunt. φλέβας autem non dici solitas, sed arterias nominauit. Et Democritus etiam φλεβοπαλίην appellat arteriarum motum. F

ANNOTATIO.

Φλενοδώδεα. Vario modo scriptam reperio hanc vocem. Galenus in Exegesi habet φλεδονώδεα, qui nugantur, φλεδόνες enim nugę sunt. Inuenio etiam φλεβονώδεα. Quarto de Morbis vulgaribus, pag. 333. ver. 30. Præcordium intentum apparuit inflammati, φλεβονώδεα venarum intentarum modo. sic vertit Germanus interpres. Lego etiam φλεβοδονώδεα. Primo Prorrheticorum, commentario tertio, textu ix. pag. 411. ver. 18. Superuenientes rigores, & nocte magis quodam modo exacerbantes cū vigiliis, φλεβοδονώδεα & venarū agitationibus insomnis. Germanus interpres vertit, cum delirio. Quem locum Galenus exponēs

inquit.

A inquit. In præsenti dictione φλεβοδονώδεα nouum peregrinumq; nomen fecit, venas agitari, quãtum ex voce est, ostendens: vel etiam, vt quidam nomen scripserunt, per φλεβοτονώδεα, venas extendi &c. deinde subiungit. Ambiguitates ergo huiusmodi quidam effugere volentes, pro φλεβοδονώδεα, φλεδονώδεα inquiunt. nomen ἀπὸ τῶν φλεδόνων facientes. quòd autem φλεδόνας & nugas, & deliramenta quidam veteres nominauerint, non te præterit. Affectiones igitur, inquit, cum vigiliis existentes, & in somnis delirantes, vrinam inconsulto excernentes. Est & vox φλεβοτομηθέντα. Quarto de Morbis vulgaribus, pag.334. ver.41. Tussient siccam tussim, qui testes affectos habent, & ex tussi φλεβοτομηθέντα vena secta ad testem solutio fit. Quę autem harum lectionum melior sit, nihil certi habeo. suspicor tamen pro φλεινοδώδεα reponendum esse φλεβοδονώδεα, vel φλεβονώδεα, vel potius φλεδονώδεα.

B Φλαῦρος. Vbique τὸ φλαῦρον ad prauum refert.

ANNOTATIO.

Φλαῦρος. Primo de Morbis muliebribus, pag.235.ver.13. Si mulier corpore φλαύρως male habuerit. Et ver.25.42. Si enim corpus φλαύρως male habuerit. Libro de Sterilibus, pag.298.ver.35. Si vero stomachus sic habeat, menses autem non prodeant, aut φλαύρως vitiose, aut minus. Primo de Morbis vulgaribus, commentario secundo, textu lxxx. pag.306. ver.9. Si etiam alia φλαύρως pernitiose non habeant. Et libro sexto, commentario primo, textu xxj.pag.343.ver.42. Et commentario secundo, textu xxxviij. pag.345. ver.10. Secundo de Ratione victus morborum acutorum, textu L. pag.373.ver.32. Et libro tertio, textu xxxiij.pag.375.ver.25. Sexto Aphorismorum, textu lij.pag.399.ver.8. Primo Prorrheticorum, C commentario secundo, textu xj. pag.410. ver.2. Et commentario tertio, textu xxiiij.pag.411.ver.41. Et textu lxj.pag.413.ver.1. In Coacis Prænotionibus, pag.430. ver.20. Et pag.438. ver.11. Primo de Articulis, textu lxij.pag.477.ver.9. Multos igitur noui medicos aliàs non φλαύρους malos, qui grauiter afflixerunt, tales humeros reponere conantes.

Φωναὶ κατειλῆσθαι. id est, Occupatæ, seu contentæ, εἴλλειν enim continere, & claudere Attici dicunt. Bacchius vero non recte vocem est interpretatus, παρεγκεκλιμένας demissas dicens. Phacas vero Dioscorides κατείλλειν inquit esse cohibere, & claudere, ita vt significet vocis tenuitatem, & quæ vix audiatur.

Annotatio

ANNOTATIO.

D

φωναὶ κατειλοῦσαι. Tertio de Morbis vulgaribus, commentario tertio, textu xxxij. pag. 322. ver. 35. φωναὶ Vocesq; multis significationem de se præbebant, quòd essent vitiatæ, & κατειλοῦσαι impeditæ, ac inuolutæ. sic vertit Germanus interpres. Caluus vero, vocem lęsam & dissolutam. Impressi codices habent κατατίλλουσαι. Galenus hunc locum exponens, inquit, Hippocrates claris vocabulis, quæ rethores ciuilia vocāt, esse vsus videtur, at ἰλλαίνειν huius generis non est, ac multo minus κατιλλαίνειν vel κατιλλαίνουσαι, præcipue quum de voce, non de palpebris dicitur. itemq; quia forma dictionis actiua est, non passiua. rectius enim (siquidem hoc nomen voci accommodare volebat) erat, si κατιλλούμεναι, non autem κατειλοῦσαι scripsisset: ac multo etiam melius, si κατιλλαινόμεναι: nam à verbo ἰλλαίνειν, ita participium deducas. Atqui nullus sit sensus, si de vocibus dicatur κατειλοῦσαι, vt quidam intelligere nos interpretes voluerunt, tanquam tendat verbum ἰλλαίνειν ad distorquere. nam κατειλοῦσαι significat distorquentes; κατειλούμεναι vero distortæ. Multi itaque vna in dictione errores commissi videntur, dum κατειλοῦσαι accipere, vt multis est visum interpretibus, volumus: quasi à dictione ἰλλαίνειν descenderit. etenim actiuum est, ἰλλαίνουσαι, ἰλλαινόμεναι passiuum, & adiecta præpositione κατιλλαίνουσαι. Atqui εἰλοῦσαι, & κατειλοῦσαι ab ἰλλαίνω deriuari non uidetur: nec uero etiā εἰλούμεναι & κατειλούμεναι. Perraro autem inuenias apud veteres, hoc genus verba, & nomina, ἰλλαίνειν dico, & ἰλλὸς, à quo videtur Sophron comparatiuum fecisse ἰλλότερον τὸν κύονα. Quare rectius dixeris, siquidem de his velis nugari, non ἀπὸ τῆς ἰλλώσεως deductum εἰλοῦσαι, sed ab alio quodam, quod Plato, & Antipho usurpasse uidetur. Plato quidem in Timęo sic inquit. Quia vero sensim impellebatur ab aëris frigore intro iterum ὑπὸ τὸ δέρμα εἰλούμενον κατεῤῥιζοῦτο, id est [1] sub cutem coactum firmabatur. Videtur enim pro conclusum, uel repulsum in altum εἰλούμενον hic usurpasse. quo significato uidetur etiam hæc ab eo esse scripta oratio. Terram uero nutricem nostram εἰλουμένην, id est, quę restringitur ad rationem in perpetuum constitutam. Est item apud Antiphontem in secundo libro de Veritate inuenire hoc uocabulum eo loco: Vbi ergo in aëre imbres & uenti sibi mutuo auersantur[2], ibi cogitur aqua, & multum spissatur. Quod autem eorum, quæ committuntur, superius sit, hoc densatur, & cogitur ὑπό τε τοῦ πνεύματος εἰλούμενον, καὶ ὑπὸ τῆς βίας, id est, à uento contortum, & à ui. Hic conclusum uel contractum in se denotare per dictionem εἰλούμενον uidetur. Nunquid igitur in hoc libro, qui de uocibus scripsit κατειλοῦσαι,

E

F

A λοῦσαι, tale quid ſignificari innuit, uoces quaſi occluſas, & coactas oſtendens? ut accipiamus de uocibus eſſe dictum, quæ exire nequeunt: quod incidit iis, qui gracili ſunt uoce. Et paulo poſt inquit. Liquet porrò rectius fuiſſe, ſi κατειλούμεναι ſit ſcriptum, quàm κατειλοῦσαι: qui quidem communis eſt omnis expoſitionis lapſus. nam quicquid ſtatuas in dictione κατειλοῦσαι ſignificari, actionem ſignificat, non paſſionem. vnde maxime ſuſpiceris Hippocratis non eſſe dictionem. videtur enim paſſionem quandam uocis indicari. ſignificatur tamen non paſſio, ſed actio: paſſio vtiq; ſignificaretur, ſcripto uocabulo κατειλούμεναι. Pręterea ſi uel κατειλούμεναι ſcribamus, non eſt Hippocratis inſtitutum inuſitatis & infrequentibus uti nominibus.

Φολλικώδεα, hoc eſt, τὰ ἐφηλώδη καὶ λεπρώδη, id eſt, ſquamoſa & aſpera. Antiqui enim
B φόλλικας appellabant ſcabioſas aſperitates.

ANNOTATIO.

Φολλικώδεα. De hac uoce in annotatione procemij verba fecimus, nunc exempla adducenda ſunt. Galenus in Exegeſi exponit, tanquam folliculoſa & laxa. Quarto de Morbis vulgaribus, pag. 330. uer. 17. Τὰ δὲ φολλικώδεα. At uero ſquamoſo modo exaſperata puſtuloſa erant, uelut Acanthio Lapyto. Germanus interpres uertit laxa. Et pag. 332. uer. 4. Anicula apud Soſileum alba pituita referta, tibiæ duris tumoribus albis, φολλικώδεσι ad modum ſquamæ aſperis, itemq; pedes, verum minus. Germanus interpres uertit laxis. Aldinus codex habet φολλικώδεσι. Baſilienſis uero φολλιδώδεσι, ſed perperam.

Φλεγμονὴ ὑπολάπαρος. Inflammatio, quæ fit ſine tenſione.

C ANNOTATIO.

Φλεγμονὴ ὑπολάπαρος. Primo de Morbis uulgaribus commentario tertio, textu xxix. pag. 310. uer. 33 Pręcordij dextri dolor, φλεγμονὴ ὑπολάπαρος inflammatio ſubmollis, ex interna parte.

Φοξοί. Acutum caput habentes, & προμέτωποι frontem eminentem.

ANNOTATIO.

Φοξοί. Sexto de Morbis vulgaribus, commẽtario primo, textu iij. pag. 343. ver. 15. Οἱ φοξοὶ Acutum habentes caput, qui quidem validam habẽt ceruicem, robuſti ſunt, tum aliàs, tum oſſibus. Et commentario octauo, textu xxxvj. pag. 351. ver. 14. Scio quòd difficile eſt ratiocinari ac cognoſcere vias, veluti ſi ſit φοξὸς acuto capite.

Φλυδᾷν. Pertranſire,& laſciuire, & propinare. D

ANNOTATIO.

Φλυδᾷν. Aliqui codices habent φλιδᾷν. & pro διαπίνειν propinare, διαπονεῖν laborare. Galenus in Exegeſi legit φλυδᾷ, humidum redditur, computreſcit, & φλυδάρην humectam. Quæ expoſitio cum Erotiani ſenſu non conuenit. Libro de Morbo ſacro, pag. 127. ver. 15. de vi venti. Neceſſe eſt ab auſtris quidem ſolui, ac φλυδᾷν humectari cerebrum, & venas laxiores reddi. Impreſſi codices habent, φλοιδᾷν.

Φαρμάκῳ ἰσχητηρίῳ. pro ſanguinem cohibente.

Φρένας vocabant veteres ſeptum tranſuerſum.

ANNOTATIO.

Φρένας. Libro de Oſſium natura, pag. 63. ver. 12. de venarum diſtributione. Quæ vero à capite ſplenis ad ſpinam accedunt, διὰ τῶν φρενῶν per ſeptum tranſuerſum penetrant. In Coacis prænotionibus, pag. 440. ver. 6. Moriuntur maxime ex vulneribus, ſi quis cerebrum ſauciatus fuerit, aut ſpinalem medullam, aut hepar, aut φρένας ſeptum tranſuerſum. E

Φιλεῖ. Conſueuit.

ANNOTATIO.

Φιλεῖ. Primo de Natura humana, textu xlij. pag. 22. ver. 34. Ὀφείλει Conſueuit igitur, quum hęc ita ſe habeant, vt morbi qui hyeme incrementum capiunt, æſtate deſinant. Quem locum exponens Galenus inquit. Initium huius orationis ſcribitur duobus modis: quidam ſcribunt ὀφείλει, id eſt, debent, quidam vero φιλεῖ, hoc eſt, conuenit, nam hoc verbo quandoq; pro conuenit vtuntur. F

Φολίδα χαλκῆ. Squamam.

Φαλακροῖσι. Rotundis.

ANNOTATIO.

Φαλακροῖσι. Primo de Articulis, textu xliij. pag. 476. ver. 2. Ferramentis autem talia vrere oportet, non craſſis, neq; valde φαλακροῖσιν rotundis, ſed oblongis. In cuius commento Galenus inquit. Ferramenta extremitate rotunda appellauit φαλακρὰ, cuiuſmodi ſunt capitulata illa, quibus ad alas vtuntur (πυρῆνες, vel διαπύρηνα nuncupantur) atque item ſpathæ capitulatæ.

A Φαρμακοῖσι. Medicamentis, quæ latos reddunt oculos. Sic inquit Epicles appellari τὸ στίμμι, an timonium, & Nigrus.

ANNOTATIO.

Φαρμακίοσι. Hanc vocem apud Hippocratem reperio. sed non in ea significatione, quam Erotianus ei tribuit. Libro de Vsu humidorum, pag. 112. ver. 10. Nam & ferramentis, & æramentis optima (scilicet aqua potabilis) & φαρμάκοισι medicamentis plurimis inueteratis communissima. Libro de Internis affectionibus, pag. 196. ver. 31. Curetur autem φαρμάκοισι pharmacis, & iisdem omnibus, quibus & prior. Primo Aphorismorum, textu xx. pag. 390. ver. 45. de iudicatione. Neque φαρμακίοισι medicamentis, neque aliis irritamentis vti. Et textu xxiiij. pag. eadem, ver. 49. In acutis affectionibus raro etiam in principiis φαρμακίοισι medicamentis vti oportet. Et libro secundo, textu xxxvj. pag. 391. ver. 45. Sa-

B na habentes corpora, dum φαρμακίοισι medicamentis purgantur, cito exoluuntur.

Φλιαί. Ligna recta, quæ sunt in vtraq; parte liminis, in quibus axes, id est, cardines continentur.

ANNOTATIO.

Φλιαί. Galenus in Exegesi dicit esse ligna recta è regione fixa, vt & neruorum φλιαί parastatas, siue φλέβες venas. Tertio de Articulis, textu xlix. pag. 487. ver. 23. de luxatione costarum. Potest etiam asellis extensio fieri, aut iuxta lignum defossis, aut in ipso ligno asellorum φλιὰς postibus cõstructis. Et libro quarto, textu lj. pag. 498. ver. 42. Deinde φλιὰς postes aselli breues, robustos vtrinque inaptatos habere. In cuius com-

C mento Galenus ait. Nominat axes ὀνίσκους: postes vero, quæ sunt ligna, quibus axis sustinetur, φλιάς. Et textu lv. pag. 499. ver. 11. Si enim lignũ hoc magnum, habeat in medio à lateribus duos φλιὰς postes pedales, eius altitudinis, quæ conferre videtur, alterum hinc, alterum illinc. Deinde lignum transuersum, velut scalę gradus φλιῆσιν postibus impositum sit: atq; ita sano crure inter φλιέων postes trãsmisso, lęsum crus supra gradum adaptatum habeat. Quem locum exponens Galenus, inquit, Postes nominari ab Hippocrate non ea ligna tantum, quibus axis sustinetur, aperte ex hac oratione colligi. Et paulo post addit. Constat autem integrum hominis crus super gradum habendum esse inter φλιάς. sic enim vocauit postes, ligna intelligens, quæ gradum sustinent, quorum vtrinq; vnum struit in ipso scamno. Hippocratem vero vsum translatione à portarum postibus, ita nominare ligna, quæ in scamno sunt, perspicuum est.

Φορινῆς. Densæ, sic inquit Aristophanes Grammaticus. D

ANNOTATIO.

Φορινῆς. Galenus in Exegesi habet φορίνη pellis uel cutis, quæ expositio ab Erotiani sensu longe diuersa est. Quarto de Ratione victus acutorũ textu cij.pag.383.ver.1.de suillis carnibus. Edere ipsas oportet absq; φορινῆς pelle, et subfrigidas.

Φλαύρως ξυναλθέεται. Aegre sanatur.

Φῶδες. Est quidem vox Dorica. appellant autem φῶδας notas rotundas ex igne contractas, præsertim quum ex frigore apud ignem sederint. Ducta est autem vox à luce & rubore, vt Diocles Carystius inquit. Aliquando vero & pustulæ rubræ velut φῶδες, quæ in thorace nascuntur. Hipponax vero inquit. Ad μαρίλλω cinerẽ calidum pedes calefacere non desinit. Et Aristophanes in Assentatore inquit. Ades, contereb at vestes, & postea quomodo φῶδας maculas rubras in cruribus tantas habebat tota hyeme. Nonnulli vero esse putarũt φλικτίδας, hoc est, bullas seu ampullas. E

ANNOTATIO.

Φῶδες. Galenus in Exegesi habet φωΐδες, ab igne in cruribus exurgentes circuli rubri, de quibus dictum est.

Φθοΐσκυς, καὶ φθοΐς. Est autem species farciminis, vel placentarum, quas sic Attici appellant. quibus etiam in sacrificiis vtuntur forma similibus καρδάμῃ.

ANNOTATIO. F

Φθοΐσκους, καὶ φθοΐς. Vario modo scribitur hæc dictio. reperio enim φθοΐσκους, & φθοΐδας. Primo de Morbis muliebribus, pag.246.ver.25. Καὶ ποιήσας φθοΐσκους ὅσον δραχμιαίους placentulas ac pastillos drachmales formato. Et pag. 254. ver.22. Καὶ πλάσαι φθοΐσκους ὅσον δραχμιαίους. Et pastillos drachmales efformato. Et libro secundo, pag. 289. ver.12. Hęc in φθοΐσκους ποιήσας ὅσον δραχμιαίους pastillos drachmales efformato. Et pag. eadem. ver.37. Hęc omnia terito, φθοΐδας πλασάμενον formatas inde placentulas, siue pastillos suffito. Et ver.38. Et unguento affuso φθοΐδας placentulas formato.

Φαρκιδώδες. Rugosum. φαρκὶς enim dicitur ruga.

Annotatio

A

ANNOTATIO.

φαρκικῶδες. Aliud exemplar Erotiani, & Galenus in Exegesi habet φαρκιδῶδες, hoc est, quod rugas habet.

Φωρᾶς ἐλαίης. Non maturæ, verū ob immaturitatē asperæ.

ANNOTATIO.

Φωρᾶς ἐλαίης. φωρᾶς non reperio. Suspicor ψώρας esse legendum, quia oleæ hæc vox accōmodatur. Secundo de Morbis muliebribus, pag. 267. ver. 9. de fluxu albo. Subter autem suffito zeam, & grossos hybernos, & ἐλαίης oleæ folia, & ψώρας scabiem eiusdem. Et pag. 278. ver. 31. Si commoti vteri aliquò allapsi fuerint, & dolorem exhibuerint, ἐλαίης ψῶραν oleæ scabiem, & c. subdito.

B

Principium X.

Χλοώδει Viridi & icterico. Ducta est autem vox ἀπὸ τῆς χλόης, idest, herba

ANNOTATIO.

Χλοώδει. Galenus in Exegesi habet χλοῶδες, virescens. Quarto de Morbis vulgaribus, pag. 331. ver. 8. de Temenæ filio. Vt χλοώδης viridantis palloris esset ad dorsum: ad manus χλοώδης uiridantis palloris. Et ver. 15. Quum autem χλοώδης uiridans pallor cito desineret, manus et humeri doluerunt.

Χάριτες. Gaudia, vt & Sophocles in Elegia. Meminit & C Apollodorus in secundo de Diis, appellariq; inquit ipsas χάριτας, hoc est, gratias, ἀπὸ μὲν τῆς χαρᾶς, id est, à gaudio. Poetæ enim sæpe τὴν χάριν, χαρὰν, id est, gaudium appellant. Nonnulli vero χάριτας persuasiones nominarunt dicentes, quòd vsque in hanc ætatem Attici τὸ ἀπειθεῖν non persuadere ἀχαριστεῖν dicunt.

ANNOTATIO.

Χάριτες. Libro de Aëre, aquis, & locis, pag. 79. ver. 45. & 46. Si saltem χαίρουσιν gaudent Dij in hominum admiratione constitui, & pro hoc χάριτας beneficia hominibus retribuunt. Sexto de Morbis vulgaribus, commentario quarto, textu viij. pag. 346. ver. 43. Ægrotantibus χάριτες

gaudia siue gratificationes, velut est, pure præparare cibos ac potus, & ea, quæ videt. D

Χλωὸς. Viriditatis.

ANNOTATIO.

Χλωὸς. Sunt qui velint scribendum esse χλῶρος & χλωρίασις viriditas. Quarto de Morbis vulgaribus, pag.330. ver.13. Ad subditam glandem sexta die subierunt mala χλωρὰ cum pallore viridia. Et libro sexto, commentario quinto, textu xiiij.pag.347.ver.31. Linguæ χλωραὶ virides cum pallore biliosę. Primo Prognosticorum, textu vij. pag.401. ver.38. Et color totius faciei χλωρὸν pallidus, seu viridis, aut etiam niger, & liuidus, aut plumbeus. Quem locum exponens Galenus, inquit, Coloris mutatio pessima est, quæ in nigrum vergit, moderatior vero quum ad χλωρὸν vertatur. veteres enim solent ita quandoq; pallidum colorem appellare, quandoq; vero ita, vt vulgus brassicas, & lactucas virides vocat, qui color est rubro nigrior. Et libro secundo, textu xx. pag.404. ver.4. At vero aquosum valde, aut album, aut χλωρὸν admodum pallidum, aut spumosum stercus egerere: Hæc omnia mala sunt. Vbi Galenus ait. Quæ deiectio admodum habet eum colorem, quem χλωρὸν vocat, quoniam id nomen duorum colorum est, vt ante dixi, altera significatione pallidam bilem copiosam esse admistam, altera vero æruginosam significat. Et textu xlvij.pag.404.ver.45. Malũ est & quod χλωρὸν viride est valde. In cuius expositione Galenus inquit. Dictum sæpissime est χλωρὸν dici consueuisse de pallido, quod ab aliquibus æruginosum nominatur. Primo Prorrheticorum, commẽtario tertio, textu vij.pag.411.ver.15. de Aspasij filio. Vbi diutius ægrotasset, ori putrefactio χλωρὴ viridis superuenit. In quo loco Galenus inquit, quòd neque quamnam dicat putredinem viridem manifeste cognoscitur, quoniam χλωρὰ, & quæ ærugineum, et quæ pallidum habent colorem, vocitant. Præterea in commento textus xxij. secundi de Ratione victus morborum acutorum, dicit, Qui diminute cibum sumpserunt, viscera videri pendere ait, eosq; tum calidum, tum χλωρὸν viride meiere: calidum dicens, id est, solito calidius, χλωρὸν viride vero, hoc est, pallidum, more quodam Asiaticorum Græcorum, qui hodie quoque seruatur: quum enim pallidos quosdam vident, rogant, quid causæ sit, cur ita χλωροὶ virides sint: nihil interesse, vtrum χλωρὸν viride, an ὠχρὸν pallidum dicant, existimantes, quumq; aliquem vident seipso χλωρότερον viridiorem, pro eo, quod est ὠχρότερον pallidiorem dicunt. E F

Χέδροπα.

A Χέδροπα. Legumina. sic enim Attici appellant. nonnulli vero per κ scribunt, κέδροπα. Aristophanes Grammaticus per ι scribes, inquit, χέδροπα, quæ apud alios ὄσπρεια, id est, legumina. Dicta sunt autem ἀπὸ τοῦ τῇ χειρὶ δρέπεσθαι, id est, quòd manu ipsa carpantur, vt etiā Nicander in Georgicis, χειροδρόποι manu carpētes, vt homines sine falce colligāt.

ANNOTATIO.

Χέδροπα. Libro de Natura pueri, pag.30. ver.28. Quin & χέδροπα legumina, & frumenta, (scilicet spiritum habent.)

Χαλκίον. Aeneum vas, vel velum.

Χαραδρῶσιν, id est, Lutosum. Χαράδραι enim dicuntur lu-
B tosa loca.

Χολήγον. Bilem ciens.

Χρηστῶς. Bene.

Χέλωμα. Iactum interpretatur Apollodorus.

ANNOTATIO.

Χέλωμα. Sunt qui putent scribendum esse χώλωμα. Quarto de Articulis, textu xj. pag.495. ver.22. de suendis linteis. Ἄλλα γὰρ ἄλλης τῶν χωλωμάτων. Alia enim deprauatio aliam suspendendi viam postulat. In cuius commento Galenus ait. Deprauationem, quam χώλωμα dixit, commune nomen omnium prauitatum accipito.

Χαμαιζήλε. Humilis, vt inquit Nicander in Theriacis, De-
C cet considerare χαμαιζήλοιο hoc est, humilis conyzæ.

ANNOTATIO.

Χαμαιζήλον. Tertio de Fracturis, textu lxj. pag.470. ver.13. Verum siquidem foras, aut intro luxentur, hominem in χαμαιζήλον humili aliquo sedili sedere oportet. Primo de Articulis, textu lxij. pag.477. ver.8. Nam quum os auulsum emineat, superna humeri pars χαμαιζήλη humilis & caua apparet. Locus Nicandri, quem Erotianus citat, non longe à principio libri distat, qui talis est.

Φράζεσθαι δ᾽ ἐπίοικε χαμαιζήλοιο κονύζης,
Ἄγνου τε βρύα λευκά.
Decet considerare humilis conyzæ,
Et agni casti muscos albos.

Χλαίνας.

Χλαίνας. Noua pallia. D

Χεῖαι. Epicles inquit, animæ: non recte. χεῖαι enim sunt muliebris calceamẽti species, quemadmodum inquit Eratosthenes, & Callistratus in sexto Miscellaneorum.

ANNOTATIO.

Χεῖαι. Reperio χίαι. Quarto de Articulis, textu xij. pag. 495. ver. 23. Calceum insuper plumbeum facere oportet, extra deligationem adalligatum, qualem modum χίαι chiæ crepidæ habebant. In cuius commento Galenus inquit. Quæ nam fuerit chiæ crepidæ forma, non satis patere. quoniam neque Hippocratis seculo in vsu erat, atque idcirco inquit, Ad eam formam, quã chiæ crepidę habebant, quum potuisset dicere, habent.

Χελίσκον. Ollula.

Χειρωνάκται. Artifices. E

ANNOTATIO.

Χειρωνάκται. Primo de Ratione victus morborum acutorum, textu xvj. pag. 369. ver. 1. Nam in acutis morbis in tantum inter se differunt χειρωνάκται artifices, vt quæ alter exhibet, optima esse putans, ea alter iam mala esse existimet. Aldinus codex habet χειρωνάκτες. Et libro secundo, textu xlviij. pag. 373. ver. 27. Talia vero faciunt, vt χειρωνακτέων artifices maxime ab hominibus vituperentur.

Χηραμύδα. Concham cauam, quam μύακα appellamus. Dicta est autem παρὰ τὸν χηραμὸν, qui concauus est locus, vt etiam inquit Nicander in Theriacis. Quibus quidem χηραμὰ id est, antra concaua, & frondosa cubilia. F

ANNOTATIO.

Χηραμύδα. Reperitur etiam χηραμίδα. Tertio de Morbis, pag. 162. ver. 37. Dato ari magni κόγχην χηραμίδα conchulam maiorem. Et ver. 39. Ari χηραμίδα conchulam maiorẽ (scilicet præbeto.) Et pag. 164. ver. 10. Ari magni radicis χηραμίδα conchulam maiorẽ (scilicet dato.) Et ver. 13. Et tepefacta in χηραμίδι conchula maiore infundito. Libro de Natura muliebri, pag. 218. ver. 24. Et fructus sambuci χηραμύδα conchæ testam maiorem (scilicet bibat.) Et pag. 219. ver. 20. Et netopi χηραμύδα testam conchæ maiorem ammisceto. Primo de Morbis muliebribus, pag. 242. ver. 8. Pęoniæ radicis, aut etiam seminis χηραμύδος testam conchæ maioris dimidiam. Et pag. 260. ver. 12. Semen hyoscyami ὅσον χηραμίδα che-

mæ

A mæ menſura in vino nigro ad triduum bibat. Et libro ſecundo, pag.275. ver.35. Bibat autem pęoniæ grana nigra quinque, & ſambuci fructus in tędis ὅσον χηραμύδα conchæ teſtam maiorem. Et pag.286. ver.33. Et farinæ puriſſimæ χηραμύδα chemam, ſiue conchæ teſtam maiorem, (ſcilicet ad vteri ſtomachum apponat.) Nicandri locus, quem Erotianus citat, non longe à libri principio diſtat.

Χητλάζηται ἄλφιτα. Dicũtur enim χῆτλα vnctiones, quæ multa aqua & oleo fiunt.

Principium Ψ.

B Ψαυόμενον. Tactum.

ANNOTATIO.

Ψαυόμενον. Libro de Septimeſtri partu, pag.46. ver.32. Non rident autem, etiam ſi ψαυόμενα titillentur ac irritentur. Secundo de Morbis, pag.142. ver.13. Et capitis cutis ipſi craſſeſcit, & ψαυόμενον ad tactum cedit. Et pag.143. ver.34. Et capitis cutis attenuatur, & ψαυόμενος contactu gaudet. Et pag.147. ver.7. Et pars ſub ipſa ac externa ψαυόμενον ad tactum dura eſt. Secũdo de Morbis muliebribus, pag.265. ver.23. de rubro fluxu. Venter imus attollitur, & attenuatur, & impotens fit, & indureſcit, & ψαυομένη ad contactum dolet. Secundo de Morbis vulgaribus, ſectione ſecunda, pag.313. uer.46. de anginoſis. Et collum forinſecus conſpicuam cauitatem intro habebat, & in hac parte ψαυόμενος ad contactum dolebat. Et libro quarto, pag.332. uer.22. Tumor ψαυόμενος ad con
C tactum ſuppurato ſimilis erat. Primo de Fracturis, textu xvij. pag.457. ver.37. Nam periti manum admodum, ne os quidem eminens ψαυόμενον in contactu latere poterit. Et libro tertio, textu lxiij. pag.470. ver.45. Manifeſtus eſt etiam articulus ψαυόμενον ad contactum. Tertio de Articulis, textu xlvij. pag.486. ver.17. de vertebris. Quia vnumquodq; ex his oſſibus ψαυόμενον ad contactum rotundum apparet. Et ver.27. Sed & ſi quis ipſos ψαύη contingat, ea parte repandi cedunt, & locus vacuus ac mollis hac parte ψαυόμενον ad contactum apparet.

Ψάδα. Vnguẽti ſpecies, cuius meminit Eupolis in Marica.

ANNOTATIO.

Ψάδα. Galenus in Exegeſi habet ψάγδας, vnguenti genus quoddam.

Principium

Principium Ω.

D

Ὤιξα. Aperui, incidi, vt & Homerus inquit. Omnes autem ὠΐγνυντο, id eſt, apertæ ſunt portæ, & impetuoſe egreſſus eſt populus. Et rurſus. Ὤιξε, id eſt, Aperuit autem portas thalami affabre facti.

ANNOTATIO.

Ὤιξα. Primus locus Homeri, quem Erotianus citat, eſt in ſecundo Iliadis. Secundus eſt in primo Odyſſeæ. Eſt & alter locus in vigeſimoquarto Odyſſeæ, vbi in hunc modum ſcribit.

Ὤιξας δὲ θύρας, ἐκ δ' ἤιον. ἦρχε δ' ὀδυσεύς

Aperuerunt autem ianuas, & exiuerunt, præiuit autem Vlyſſes.

Ὡρέοντα. Inueterata. ὧρος enim tempus & ὡρογράφοι hiſtorici qui de temporibus ſcribunt. E

ANNOTATIO.

Ὡρέοντα. Galenus in Exegeſi habet ὡρεόντων eorũ, qui curant, nam ὥρα cura eſt. Quæ expoſitio ab Erotiani ſenſu longe diuerſa eſt. Quòd autem ὧρος tempus ſignificet, vt ipſe dicit, patet ex his, quæ ſcribuntur. Libro de Aëre, aquis, & locis, pag. 75. ver. 2. Quicunq; artem medicam integre aſſequi velit, primum quidem τὰς ὥρας temporum anni rationem habere debet. Primo de Dieta, pag. 87. ver. 38. Propterea quòd neq; in ὡρέων temporum anni maximis mutationibus &c. Tertio Aphoriſmorum, textu j. pag. 392. ver. 20. Mutationes ὡρέων temporum maxime pariunt morbos, & in ὥρῃσιν temporibus magnæ mutationes frigoris. Et textu iij. pag. eadem, ver. 23. Et ętates quædam ad ὥρας tempora, & regiones, & victus. Et textu iiij. pag. eadem. ver. eodem. In ὥρῃσιν temporibus, quum eadem die modo calor, modo frigus fit. F

Ὠτίδα καὶ Ὠτίδος. vtroq; enim modo ſcribitur. Eſt autem auis ſpecies, quæ vt plurimum in Thracia & Macedonia inuenitur.

ANNOTATIO.

Ὠτίδα καὶ Ὠτίδος. Vide annotationem dictionis Ὠτίδος.

FINIS.

BARTHOLOMÆI EVSTACHII SANCTOSEVERINATIS MEDICI AC PHILOSOPHI

Libellus de Multitudine.

De occasione scribendi Libellum de Multitudine. *Cap. I.*

LIbellum de Multitudine ea ratione, eoq; consilio potissimum scribere institui: vt quod quibusdam familiaribus meis fueram pollicitus, id quantum in me esset, præstarem aliquando, & persoluerem. An vero quod cupie-
B bam assecutus fuerim, id non reuoco ad arbitrium meũ, sed ad eorum iudicium, qui in primis occasionem scribendi mihi dederunt: & doctrina ingenioq; multum pollent: qui quidem si alicubi diligentiam, aut acumen ingenij requirent: voluntatem certe meam, quæ optima fuit, probare debebunt: & operam laboremque amare: quibus sanè non peperci. Quòd si videar interdum Galeni dictis planè non acquiescere: & aliquid de iis addubitare: nolim propterea quispiam suspicetur, me illius authoritatem & doctrinam, eamq; præsertim, quæ multitudinis formas explicat, minus probare. quanti enim hominem faciam, quoue studio eius disciplinã sequar, omnes ex nostris Anatomicis libris facile intellecturos existimo. neq; enim eã ob causam hunc ipsum Libellum edere decreui, vt id, quod multi commisisse videntur, Galenum insimulando, inanem laudem, falsamq; gloriam consectarer:
C sed vt eos, qui ipsius de Multitudine opusculum in publicis scholis interpretantur, atq; adeo omnes veritatis studiosos incitarẽ, ac prope compellerem ad eas controuersias sedandas, & tollendas, quæ inde oriuntur, ab aliis, (quantum equidem scio) omnino nunquam tactas. Et quamuis viderem non defuturos, qui suspicabuntur Libellum, quem nunc ædo: potius studio contradicendi Galeno, quàm illis, qui eius tractationem de Multitudine perperam interpretantur, à me esse conscriptum: Galeniq; nomen, & authoritatem mihi valde obstare: contraq; animaduerterem meam personam nihil ponderis apud homines habituram: quin etiam nomen ipsum meum plerisq; suspectum, atq; inuisum fore: tamen sperans non defuturos etiam, qui æquos se mihi iudices præbeant: & nomine tanti viri è causa sublato, rationum ipsarum momenta perpendant: non sum à proposito deterritus. etenim satius esse putaui, ac libero homine dignius, errati, si quando res ita ferret, veniam petere: quàm dubita

tiones istas dissimulando in ancipiti opinione, atq; incerta permanere. D
Hæc igitur me ratio ad Libellum hunc scribendum, deinde ad edendum impulit. quamuis etiam si hoc solo nomine, vt veritas patefieret, ne authoritate Galeni homines fallerentur, hunc laborem suscepissem; haud esset opinor id mihi vitio dandum. neque enim doctis hominibus illud probari vnquam potuit, vt, dum in aliorum sententiam quasi addicti inconsulte ducimur, illis quidem multo plus quàm deceat, nobis vero ipsis nihil prorsus tribuamus: nihilq; loci iudicio nostro relinquamus. præsertim quum & Galenus ipse nos moneat, vt ipsius exemplo, cuiusuis authoritate posthabita, rationum vim expendamus. Quanquam, vt dudum monui, quod attinet ad has difficultates, de quibus ego in hoc opusculo disserui; tantum abest, vt mihi eo nomine quicquam arrogem, vt etiam, quæ mea est erga Galenum obseruantia, libeat suspicari, eas mihi in mentem venisse: non tam quòd ille quippiam vel omiserit, vel perperam scripserit: quàm quòd ea, quæ ab ipso dicta sunt, aut ab aliis, qui eius doctrinam sequuntur, aut à me forte minus percipiantur. Inscripsi autem hunc Libellum de Multitudine, ne à Galeni, & cęterorum antiquorum medicorum placitis discederem: neúe consuetam vocem, & quæ iam in auribus esset omnium, pro noua, & inusitata dimitterem. quamuis certo scirem titulum hoc pacto longe plura polliceri, quàm liber ipse prędtaret. E

Multa vero alia, quæ plurimum dubitationis, & difficultatis habent: & existimet forsan aliquis debuisse hoc in libello explicari, de industria pręter misi: declaraturus illa oportunius in aliis operibus, quæ in manibus habeo: & sum Deo approbante quanto celerius potero editurus. Sed quoniam de proposito, rationeq; harum rerum scribendarum satis diximus: iam ad institutum aggrediamur.

De Multitudinis notione, ac definitione prius esse agendum, licet Galenus in suo libello aliam methodum obseruet. Cap. II. F

QVum nobis propositum sit multitudinis vim, & naturam inuestigare: consentaneum esse videtur, vt ab ipsius definitione exordiamur. quamuis eam, à qua tamen auspicari orationem debuisset Galenus, in extremam partem libri, quem de Multitudine scripsit, reiecerit. quod quum mirum videri possit, tum vero illud maiorem mihi quidem admirationem mouet: quòd ipsius multitudinis differentias; idq; quo eę referantur: & notas, quibus internoscãtur: antequam eidem subiectam materiam exponere aggreditur. Sed hoc ei condonandum videtur, vel quòd multis in locis suorum voluminum multitudinis cognoscendę rationem tradiderit: vel quòd in eo libello, quum totus fermè in disceptatione

De Mult. cap. II.

De Mult. cap. 3.

A disceptatione versaretur, inuentionis potius, quàm doctrinæ ordinem seruandum sibi esse duxerit. id autem commode præstare nõ poterat, nisi prius ea docuisset, quæ ad multitudinis inuentionẽ pertinebant: simulq́; omnes antiquorum controuersias, aut dissoluisset, aut certe composuisset. quibus tamen, si verum fateri volumus, plusquam medicum deceat, inuitus tamen, vt arbitror, sese implicat, atq; inuoluit: & me, qui in eius gratiam hunc libellum conscripsi, sępissime idem facere compellit. Sed quoquo modo res se habeat, nos à rei notione, & natura sermonem instituemus.

De quibusdam multitudinis notionibus, quæ sunt plethos, plethora, plesmone, & pleonexia. *Cap. III.*

B πλῆθος igitur, si proprie acccipiatur, multitudinem potius, quàm plenitudinem significat. ea enim quæ ad vires refertur multitudo, πλῆθος dicitur; qua tamen quum quis afficitur, si Galeno fides habenda est, De Mult. cap.2. non raro cernimus particulam aliquam minimum repleri, atque adeo quasi exinanitam in se ipsam contrahi. Κακοχυμία licet sit humoris redundantia, De Mult. cap.11. non simpliciter, sed cum adiectione, quemadmodum & alia nonnulla, aliquando πλήθους nomine dignatur: 4. Meth. cap.6. vt multitudo prauorũ succorum, pituitæ, flauæ, vel atræ bilis, carnis, & cuiusuis demũ alterius substantiæ. 2. de comp. med. p loc. cap.1. quanquã ea etiam, quæ multitudo proprie dicitur, vt ab aliis distinguatur, cum adiectione multitudo humorum nonnunquam dici consueuit. De Mult. cap.10. Quòd si quando sine adiunctione hoc nomen apud Galenum positum reperiatur, vt quum de purgationibus differens, succi multitudinem, & speciem pariter spectandam esse docet: 4. de Sanit. tuen. ca.4. tunc sanè multitudo, non pro redundantiæ forma, sed pro mensura eius quod redundat, accipienda est: C aut ex orationis serie, si quid prætermissum videtur, distinctionem afferre oportet: quam quidem ibi, si similia & dissimilia spectemus, facile est inuenire. quòd si, ne hoc quidem fieri semper possit, tum vel est tentandum, vt orationi, quod deest, suggeramus: vel certe, vt sępe Galenus Hippocrati, ita nos Galeno veniã debemus ęquo animo dare. si quando in verbis vtendis non ita diligens accuratusq; sit. De Mult. cap.6.7.8. πληθώρα sanè apud Galenum sępissime idem valere videtur, quod πλῆθος: De cau. pc. cap.3. si quidem sub nomine plethoræ virium multitudinem quandoq; complecti videtur: 2. de San. tuen. cap.7. quum scilicet plethoricos segniores ad motum esse scribit. Atque quum plethoricam dispositionem, ac symptoma, absq; discrimine in vtraq; multitudinis specie nominat. De Mult. cap.11. Illud idem quando de virium multitudine ex pulsibus inuestiganda scribens, ait. Magna enim ex parte, vnà cum arteriis venę in plethora, ob mutuam vasorum confluentiam constituuntur.

Haud secus quando paulo infra dicit. In aliis porrò plethoræ dispositionibus, notis ex pulsibus obseruatis credendum est. Accedit ad hæc, quòd plethoram, nō secus quàm plethos definit, dum in hunc modum scribit. Nunc vero nō de iis, sed de illa, vt supra diximus, multitudine sermo est, quæ plethora dicitur, consistente in corpore toto immodica humorum portione. Tandem vero longe quàm dici potest clarius sententiam suam exprimit, dum vtrasque multitudinis species pluralis numeri voce complectitur. Oratio autem eius hęc est. Nihil igitur mirum, si ex plethoris febres eueniunt. etenim obstructiones multæ fiunt, atq; vniuersum corpus in huiusmodi affectibus male difflatur. sicuti sanè in altera multitudine, quę ratione potentię dicitur, cito ad corruptionem humores deueniunt. At Erasistratus eam solam, quæ ad vasa est, multitudinem, plethoræ nomine vocat: siquidē ex magna redundantia & fieri, & dici πληθώραν existimat, nec male meo certe iudicio: nā ἀπὸ τοῦ πληθωρεῖσθαι, hoc est præter modum crescere, & redundare, nomen ductum esse suspicor. Huic sententiæ, in gratiam Erasistrati, interdum Galenus fauet: vbi multitudinem vasis contentam, & quam ex vasorum æstimamus capacitate, multitudinē proprie nominari dicit. Et alibi ait. At vero si eatenus sanguis augeatur, vt venas nondum distendat, adhuc plethora non est. Iam vero πλησμονή, si vocabuli vim spectes, satietatem sonat: quæ quidem accidit, quando plus cibi assumitur, quàm certo naturæ modo conueniat. Veruntamen, quum docuerit Hippocrates, morbos ex satietate contractos, corporibus exhauriendis, seu (vt ipse ait) euacuatione curari: negare non possum, satietatis nomen ab eo tanquam commune multitudinis genus plerunq; vsurpatum fuisse. erat enim institutum ipsius, vniuersalem curationis uiam ac rationem nos docere: qua non solum ciborum in ventriculum ingestorum copiam, sed etiam multitudinem, & cacochymiam curare possemus. Atq; etiam apud Galenum πλησμονή idem nonnunquam significare uidetur, quod πλῆθος: id quidem satis aperte inde elici potest, quòd eam multitudinem, quæ in venis, & arteriis, ac denique in quauis particula consistit, quæq; ad quatuor vires naturales refertur, satietatis nomine uocat. & cibi satietatem, tum ad vasa, tum ad illam, quæ nos gubernat naturam, eodem modo, quo πλῆθος referri docet. idem enim humor, si ad particulas, in quibus unam, aut alteram multitudinis speciem procreat, ex ea parte, qua alimentum est referatur, satietatem in iisdem gignere dicetur. πλεονεξίαν autem, ut iam iam auditurus es, non solum latius, quàm multitudinem patere, sed etiam aliquando solius qualitatis præstantiam significare, nemo est, qui neget. Hæc de huiusmodi nominibus, ad euitandos errores libuit notare: nihil tamen prohibens quominus quilibet suo arbitratu eis utatur.

De Mult. cap. 11.

1. de Diff. feb. cap. 3.

2. de comp. med. p loc. cap. 1.

De Caus. proc. ca. 3.

Contra Iulia. cap. 7.

2. Apho. 17

2. Apho. 22

De Mult. cap. 4.

2. Apho. 17

D

E

F

A De Multitudinis definitione, & de pleonexia, quæ genus eius ponitur, nunquid ad quantitatem, an ad qualitatem pertineat. Cap. IIII.

QVum vero multitudo, quam nos modo inquirimus, sit humorum in toto corpore pleonexia: primum, quemadmodum res ipsa postulat, genus in hac definitione positum examinabimus: deinde alia, quæ attinent ad cognitionem illius, certo ordine prosequemur. ne cum empiricis eius cognitionem tanquam penitus inutilem contemnere videamur: neúe in vulgo medicorum numeremur: quibus quum nomen multitudinis semper sit in ore, notio ipsi nomini subiecta prorsus ignota est. & deniq; ne, quod nonnullis nostræ ætatis medicis contigisse scio, huc & illuc vagantibus, atq; hoc vnum spectantibus, vt liber iustam magnitudinem assecutus videretur, nihil boni, aut solidi doceamus. Pleonexia igitur, quæ quidem à medicis redundantia, ab aliis vero nimia quędam acquirendi, ac possidendi cupiditas dicitur, magnitudinem, & multitudinem tanquam species complectitur. & quum ista tria sine excessu mensuræ percipi nequeant: quantitatem cum altero collatam indicabũt. licet enim plures antiquorum, non modo hoc in dubium reuocauerint, verum etiam qualitatis nomine id, quod magnum est; & cętera eius generis, appellare ausi fuerint: nos tamen, nec cum illis acriter hac de re contendere, nec, quod illi perperam asserunt, temere comprobare debemus. quilibet enim vel mediocriter in logicis disciplinis exercitatus iudicare possit, redundans, magnum, & paruum, perinde vt ordinẽ, rhythmum, æqualitatem, atq; his contraria, qualitatem in sui ratione nequaquam comprehendere. Quòd si Galenus hæc quidem in quantitate, illa uero in qualitate, deficere vel redundare interdum dicit: & excellentem intemperiem eorum, qui febri iactantur, in caloris redundantia consistere; pariterq; id, quod vehemẽs est, quemadmodum febris, ac dolor, magnum appellare solet: & denique ea, quæ specie differunt, magnum habere discrimen ponit: non iccirco credendum est, voluisse eum, redundantiam, magnitudinem, multitudinem, & cętera eiusmodi, in qualitate proprie poni. nam quum mensura, & excessus sint in genere quãtitatis, fieri non potest, vt qualitati ex sui natura attribuantur. quare, si quando rei, quæ qualitatem indicet, nomen quantitatis ascribi videbimus: id quadam potius analogia, proportioneúe, quàm propria vi, & natura fieri existimandum est: idem enim diuersis primis generibus, eadem ratione conuenire non potest. Verum quoniã qualia nomen quanti non ita, vt quãta qualis aspernantur, atq; abhorrent: licet minus proprie quantitas in qualitate dicatur, vsui tamen cedere sine reprehensione poterimus: qui quidem tantum posse videtur, vt quibus abuti semel cœptum sit, illa postea pro-

B

C

De Mult. cap. 11.
De Mult. cap. 9.
De Mult. cap. 1.
2. de Diff. pulf. cap. 4.
8. Metho. cap. 1.
11. Metho. cap. 12.
6. Apho. 5.
1. de Diff. feb. cap. 3.
3. de Cõp. med. p gen. cap. 2.
3. De Cõp. med. p gen. cap. 2.

prie dici credantur; & in ore sint omnium. itaq; nemini mirum debet D
videri, si plerique, tum medici, tum philosophi, quantitatis nomen ad qualitatem transferunt. Sed quoniam non oportet verborum nimiam curam suscipere, modo nullus in eis vtendis error contingat: his omissis, nos in quantitatis genere redundantiæ naturam perquiramus.

De his, quæ redundant, nempe de dimensionibus, & ponderibus, & quòd in quantitatis genere sint reponenda. *Cap. V.*

De Mult. cap. 1.

VErum, quum id, quod proprie multum est, intelligi non possit extra quantitatis excessum: hic autem necessario requirat cognitionem tum eorum, quæ redundare dicuntur, tum mensuræ, ad quam singula huius generis referuntur: rerum ordo postulat, vt illis definitis, ex quanam re eorum mensura pendatur, atq; spectetur, diligenter exponamus. E
nisi enim hoc prius compertum, & quasi regula eorum, quæ sic dicuntur, statutum fuerit: idem alteri multum, alteri parum esse continget:
De Mult. cap. 1.
nec poterit certa mensura facile comprehendi, aut definiri. Redundare igitur (liceat mihi in præsentia numeros dimittere) proprie dicitur corporum moles, quum eorum dimẽsio, vel pondus æstimatur: sed pondus non æque, ac dimensio in quantitatis genere ab omnibus cõnumeratur. quamuis enim extra magnitudinem consistere nequeat, & ad eius incrementum pariter, & ipsum augeatur, non tamẽ facile quis propterea persuadere possit, pondus ipsum in magnitudinis rationẽ concludi, & comprehendi. etenim graue atq; leue, nulla dimensione proprie intelligi ac metiri potest: nullaq; corporis mole circunscribi. sic enim quod maius simpliciter esset, grauius quoq; absolute diceretur. Multo etiam minus dici debet, grauia, ac leuia è numero discretorũ esse: nam ponderum numeri, siue à natura ipsa, siue ab arbitrio nostro pendeant, motus mensura F
definiuntur. id autem nihil in se habet absoluti, ac liberi, sed ab externarum virium, locorumq; collatione æstimatur. Quòd si, Archytã secutus, in momento, & motu ita, vt talentum, eorum rationem cõstituas: vel ad continuam quantitatem eadem referes, vel extra omne genus collocaueris. horum enim vtrunq; motus rationi, & naturæ conuenit. aut certe si neutrum horum tibi probetur, tertium quoddam genus quantitatis, vt quidam alij fecerunt, confingas necesse est. Sed quoniam, hęc, quæ diximus, nullius ferè momenti sunt, quam proposuimus opinionem, si libeat, amplecti, ac tueri poteris. quandoquidem Galenus in hoc de Multitudine opusculo, graue suiipsius natura multum, & esse, & dici plerunq; affirmat: verumq; sit, vt quod alicui graue fiat, simul & multum eidem esse videatur: indeq; consecutione dicatur, si grauitas sit qualitas, quod

minus

A minus proprie redundantiam in ponderibus collocemus. Longeq; minus affirmare liceat, quippiam eo magis redundare, quo magis ponderosum est. sicuti nec si quid durius, aut asperius, vel crassius sit, illud multum, aut plus est existimandum. verum illud rationabiliter dicendum est multum, quod in quantitate tum continua, tum discreta excedit, vel exuperat. Graue ergo, vt Galeno interdum visum est, ad quantitatis caput necesse est, vt reducatur. rationes vero, quæ huic opinioni aduersantur, facile nobis soluentur. nam & si quantitas per se nullius motus sit principium, licebit tamen semper contra te afferre, grauium motionis principium esse, vel formam, vel interiorem facultatem: grauitatem vero eius proprium instrumentum esse, corporis mole, nulla qualitatis differentia circunscriptum. At si grauia à quantitatis genere seiunges, & in qualitate, vti quibusdam medicis, ac philosophis visum est, repones, vel ad Andronici, & multorum aliorum opinionem confugies: qui, quum grauitatem ad nullam qualitatis differentiam redigere possent, quintã eius speciem ponderibus, & quibusdam aliis assignatam, commenti sunt: vel ad secundam, aut ad tertiam eius generis speciem grauia pertinere dices, nixus præcipue testimonio Galeni, qui interdum hanc sententiam comprobare videtur. is siquidem ait. Nulla aliarum qualitatũ, quod proximum est, totum, per totum alterare potest. neq; enim, si graue leui appropinquauerit: vel graui leue: leue erit graue: vel graue leue. Sed qui priorem sectam tuentur, vtranq; harum opinionum prorsus absurdam esse, illud satis argumenti esse dicũt: quòd grauia quatenus talia sunt, propria ratione, ac vi, magna, multaq; dici possunt: valida vero, & imbecilla non item. Preterea nihil graue sua natura intendi, aut remitti potest: & cõtraria apparent grauia, ac leuia non simpliciter, & ex sua absoluta ratione, sed vt de magno, & paruo dictum est, ex collatione cũ aliis: ita vt moles, & magnitudines corporum quatenus sub cõtrariis, tum loci mutationis, tum ipsius loci differentiis inter se conferũtur, grauium, & leuium naturam, oppositionemq; cõstituere, recte affirmare posse videamur: quum enim eorum oppositio, non in aliqua re certa, & absoluta, sed in relatione sita sit, ex ea nihilo magis ad qualitatem, quam ad quantitatem grauia ac leuia pertinere suaderi potest. Sed hæ, & huius generis rationes ab iis, qui graue in qualitatis genere ponunt, perinde quasi nullę sint, contemnuntur. quamobrem ita res in ancipiti reposita est, vt non nisi difficulter videas, in quo consistere possis. Qua propter quomodocũq; res se habeat, quum Aristoteles, & alij philosophi, ad quos magis, quàm ad medicos attinebat, has, & similes controuersias dirimere, non ita aperte hanc rem declarauerint: nobis quidẽ satis fuerit ostẽdisse, pondera, semotis magnitudinib⁹, loci mutationibus, & ipsis locis, nec cõstare, nec intelligi posse.

Marginal letters: B (beside "dronici"), C (beside "gnitudines").

Marginal note: 1. de Elem. cap. 9.

De Dimensionum, & Ponderum mensura æstimanda ex certis terminis, & ex quibusdam numeris. Cap. VI.

D

POstquam redundantiam in corporum dimensionibus, & ponderibus cõsistere declarauimus: reliquum est, vt dicamus ex quo nam eorum mensura spectetur. Mensura igitur tum naturæ, tum artis legibus statuta, dimensiones certis terminis claudens, & pondera quibusdam numeris definiens, omnem exuperantiam, defectum, atq; æqualitatem, circumscribit. Dimensio in mole, & capacitate corporis posita est: quarum vtranq; ad proprij generis, aut speciei medium, tanquã ad præscriptum scopum relatam metiri solemus. Pondus vero ex rerum specie, magnitudine, ac numero æstimatur. Ex specie grauia motum, & locum secũdum naturam sibi determinant: indeq; eorum natura potius, quàm mensura definitur. qua ratione plumbi vnciam grauiorem esse libra ligni non absurde dixerimus. Magnitudo nulla speciei, aut numeri ratione habita, ex celeritate, ac tarditate motus spectatur. Numerus autem mensuræ rationem proprie definit. ex eoq; illa, quæ metimur, mensuræ respondere intelligimus. qua profecto ratione ligni librã plumbi vncia grauiorem esse affirmamus. Quum igitur in ponderibus, numerus mensuram definiat; quam quidem nos magis hic inquirimus, quàm ipsam grauium naturam: explicandum est, quonam ipse ponderum numerus referatur.

E

De rei grauis natura, de his, ad quæ graue refertur, & de propria ipsius natura æstimanda. Cap. VII.

SI igitur verum est, quod posuimus, naturam grauium, motu, & motus velocitate niti, atq; considerari: (quæ enim proprie quiescunt, potestate non actu grauitare dicuntur) nihilq; sibi met ipsi, sed alteri graue esse possit: sequitur, vt id cuipiam graue sit, ac ponderosum, cuius impetum, & violentiam, quam suo ad inferiora motu infert, aut omnino sustinere non potest, aut certe non sine maximo conatu, atq; contentione. Vsu autem venit, vt rei grauis impetum quid sustinere nequeat, aut præter vllius facultatis actionem, ob solam facilitatem ad patiendum, vt in his manifestum est, quæ vi ponderum teruntur, vel franguntur, vel impelluntur: aut non solum ob id, quòd promptum sit ad patiendum, sed etiam propter imbecillitatem eius, quæ ipsum continet facultatis. quum scilicet, vel non sine magno conatu eidem renititur: vel quum oneri obsistere non potest, eiq; succumbẽs, quò pondus ruit, eò & ipsa prolabitur. Ob id ergo, quòd multum ad facultatẽ relatum, à Galeno id esse dicitur, quod quis nequit sustinere: grauitatis affectio, quã ob onerum lationem fieri

F

De Mult. cap. 5.
De Mult. cap. 2.
De Mult. cap. 2. 5.

A fieri diximus, sine duplici actione, & motu, iisdemq; contrariis, nec esse, nec mente comprehendi poterit. graue siquidem facultatem, quæ ipsum sustinet, ad inferiora impellit: hæc contra, dum ei obsistere conatur, ad superiora id ipsum repellit. & quoniam vtrunq; pro viribus agit: & eadem facultas, quæ continet, etiam mouet: neutrum eorum proprie quiescere, vel ob id ęstimandum est, quòd motio perspicua semper non sit: sed tunc solummodo, quando vires ferentes adeo imbecillæ sunt, vt oneri vix obsistant. Quamobrem si volumus grauium mensuram recte tenere, patiendi facilitatem, vel difficultatem, eiusq; facultatis, quę continet, imbecillitatem, vel robur, aut etiam vtrunque in his, ad quæ pondera referuntur, nosse oportet. atq; in ipsis ponderibus motum, motusq; celeritatē, siue impetum ex specie, & magnitudine rei ęstimare debemus. numerum vero, & mensuram cum aliis ea conferendo. Hæc de mensuræ rationibus,
B quantum ad præsentem considerationem pertinet, docuisse satis esse puto: pręsertim quum daturus sim operam, vbi de multitudinis differentiis sermo instituetur: vt huic nostræ disputationi nihil deesse videatur.

De solidis, humidis, atq; aereis substantiis, quæ multitudinis materia esse solent. *Cap. VIII.*

EXposito genere, tempus iam est, vt ad eas, quę in definitione ponuntur differentias transeamus. quarum prima à subiecta multitudini materia, nempe ab humoribus sumpta est. horum autem in definitione multitudinis, de qua loquimur, mentio est facta, quòd pleraq; alia, cuiusmodi sunt tum solidę, tum aëreæ substantiæ, in corpore animalis non minus, quàm ipsi humores redundare soleāt: & nomine multitudinis, com- De Mult. ca.8. 10. 11
C muni tamen quadam notione, appellari possint. quarū quidem substantiarum vnaquæque, quum certus eis ab ipsa natura modus, non minus De Mult. cap. 10.
quàm humoribus attributus sit, si quando ipsum prętergrediatur, abundare dicitur: siue propriam retineat formam, & in quantitate, aut in qualitate, aut in vtrisque vitium contingat, siue, illa deposita, in aliā speciem demigret. Ex solidis partibus caro, adeps, & quę à Gręcis parenchymata De Mult.
vocantur, & totius deniq; corporis habitus in tumore esse poteſt. sed ca- cap. 10. 11.
ro, atq; adeps, magnum & manifestum incrementum suscipiunt: cęterę De Mult.
vero partes nec facile, nec sępe augeri videntur. Carnis autem nomine, si cap. 11.
quando de multitudine carnibus insita sermo erit, compositam carnem, Ibidem.
vel musculos intelligi volo: non illam simplicem, quam nonnulli parenchyma nuncupant. Ea autē duobus modis tumescit, vno quidem, quum Ibidem.
superuacanea humiditate instar lanæ, aut spongię repletur, vt fieri videmus in illa hydropis specie, quæ leucophlegmatia nuncupatur. quamuis

enim

enim nulla omnino bilis, aut grauitatem, aut vllum præter naturam tumorem, in vniuerso corporis habitu conflare possit. (excitaret enim quēpiam alium affectum antequam vsq; eo cresceret) pituita tamen, non quidem omnis, sed quæ in prius dicto hydropis genere existit, poterit sanè huiusmodi multitudinis symptomata efficere, siquidem voluerimus hoc etiam crudorum humorum genus, pituitam numerare. nam si diuersum esse posuerimus, opus fuerit ex tali quoque humore capere multitudinis differentiam. idem etiam fieri cernimus in lassitudine tensionaria nuncupata: in qua humores ad membra transfunduntur: & deniq; in omnibus ferè tumoribus præter naturam conflatis. tumores enim atq; inflammationes, multitudinis affectus esse, nemo est, qui dubitet. Alter vero modus, quo caro in tumore est, non ad humorum, sed ad ipsius carnis substantię incrementum pertinet: quemadmodum Athletarum habitus manifeste declarat. Has differentias tumorum, qui in carne hęrent, si cum eius, quæ proprie dicitur, multitudinis generibus cōferre velis, primam quidem illi, quæ in vasis ad enchyma vocatur proportione quadam respondere dices: alteram autem ei, quæ vires deprimit. Neque vero caro sola secundo modo tumescit; vt in lingua interdum se vidisse Galenus testatur, sed duriores etiam substantię idem patiuntur. vidimus enim non ita raro in ipsis ossibus quosdam quasi nodos, & eminentes tumores, quanquam id Hippocrates quasi portentum in Hegesistratij dentibus se obseruasse narret. Equidem inferiora quoq; femoris capita in elegantissima Matrona Romana, è nobili Vallensium genere nata, in tantum tumorem elata esse animaduerti, vt viri, vel maximi capitis magnitudinem longe superarent. id autem solus ego ex his, qui aderant medicis, hac coniectura assecutus sum; quòd mulier ad omnes partes facile, soluteq; moueretur: & femoris capita, & si adeo tumida, ac turgida facta essent, nihilominus, naturalem figurā retinerent. quæ quum tentassem cęteris persuadere, ab omnibus reclamatum est, semperq; eis ludibrio fui; quoad mortua muliere, sectio ipsa omnem controuersiam diremit: & rem ita, vt ego dicebam, sese habere patefecit. Sed, ne à proposito egrediamur, sciendum est: pręter solidas substantias, aereas quoq; in corporibus animantium augeri solere: vt siccum, & humidum vaporem, itemq; fumosam, & exustam exhalationem: atq; ab his, non minus, quàm ab humoribus partes corporis distentas, acerbissimis doloribus cruciari. hoc autem accidit, vel naturali calore imminuto, vel etiam particulis vnà cum humoribus præ immoderato calore efferuescentibus. quam quidem affectionem hi experiuntur, qui ardentem, aut pestiferam febrem patiuntur: tum enim feruidus sanguis incenditur, humores funduntur, ac proinde in flatum vertuntur. à quo quidem flatu non raro arteria, non dicam concitata, sed

repleta,

Marginal notes: Ibidem. — Ibidem. — Ibidem. — De Morb. differ. ca. 9. — 4. De Mor. vulg. — 1. De Cōp. med. p loc. cap. 1. — De Mult. cap. 8. — De Mult. cap. 10. — D — E — F

A repleta, licet parum post æger sit moriturus, fictam tamen magni pulsus speciem tangenti representat: fictam dixi, quia in motu ipso non magna dilatatio percipitur, sed tumida quodam modo, & elata apparet arteria.

De humorum differentijs, & affectionibus, quæ aut à quantitate, aut à qualitate, aut ab vtrisque proueniunt. Cap. IX.

Postquam ex his, quæ paulo ante diximus, manifestum est, multitudinem in humorum exuperantia consistere: & propterea ab incremento tum solidorum, tum aereorum corporum seiungi: sedemq; multitudinis vniuersum corpus esse posuimus: consequens est, vt de multitudinis qualitate disseramus. Modus igitur eius, præcipue in humoris natura, in mensura quantitatis, atq; in sedis differentia positus esse videtur. B hęc autem, quoniam in priori definitione implicata sunt, atq; confusa, euoluenda modo, & distinguẽda nobis erunt. Et quidem de humoribus primum rectum est, vt agamus. quandoquidem reliquorum duorũ consideratio ab ipsis quodammodo pendet. quum autem humorum quoq; species, differentiæ, & affectiones multiplices sint, atq; variæ, harũ etiam distinctio necessario afferenda est. Humida sanè dicuntur, quæcunque aquę consistentiam habent: quorum partim excremẽta simpliciter sunt, vt spuma, ichor, pus, sedimentum, sordes, lotium: partim humores proprie dicti, vt sanguis, pituita, & bilis vtrunque genus. atq; horum singuli rursus in plures differentias diuiduntur. distinguitur autem sanguis ab aliis tribus humoribus, forma duntaxat, nõ re, aut loco. etenim illis perpetuo admiscetur: quoniam in venis nunquam adeo purus, ac syncerus contineri deprehenditur; quin vnà cum eo quippiam bilis, vel pituitę, vel serosę humiditatis insit. ea tamen ratione cęteros humores cum sanguine commisceri, existimes velim, vt potestate, nõ actu ab eo contineantur. & solius sanguinis species, quę quidẽ sensu percipi possit, appareat. ita vt ab eo, quod in hac permistione pollet, potiusq; est; res nomen acceperit: ea tamen ratione, vt non negemus sanguinem, quamuis eius natura ab aliis humoribus distincta sit, propter eorum incrementum varias subire differentias. Quòd autem cęterorum humorum formæ multiplices sint, cuiuis manifestum esse arbitror. nam pituitam dulcem, vel acidam: melancholiam fęculentã, vel exustam: bilem pallidam vel croceam esse sentimus. & præter has, multas alias huiuscemodi differentias, in animalis corpore sępe conspicimus. Affectiones quoque varias, ac diuersas humores patiuntur: quæ sępe propriam eorum speciem, aut deprauare, aut in aliam conuertere solent. Et quidem à coctione cruditas, vel assatio oritur. In permistione autẽ viciũ est, si aut impure humores misceantur; aut

De Mult. cap. 10.

C

aut dissoluantur. In motu vero nimia concitatio, vel remissio eis detrimentum affert. quæ omnia, non solum per se ipsa viciosa sunt, sed etiam corruptelæ, quæ præcipua est in humoribus deprauata qualitas, & quarundam aliarum affectionum causæ esse solent. ad hos autem, & similes errores procreandos modo quantitas, modo qualitas peccat; atque hæc duo, non solum interdum simul copulantur; verum etiam sibi ipsa quodam modo causę sunt mutuo, & occasionem sibi inuicem præbent, vt naturę limites egrediantur. nō raro enim euenit, vt humoris qualitas, quæ natura sua moderata, rectaq; sit, propter quantitatem praua censeatur: & vicissim quantitas, quæ ex se mensuræ modum non superet, merito qualitatis cōsecutione quadam redundare intelligatur: quòd scilicet humor à propria perfectione defecerit ita, vt ad opera naturæ inutilis effectus, nisi expurgetur, corrigi, emendariq; minime possit. Hoc vero tum quantitatis, tum qualitatis vicium non vno modo semper, eademq; ratione contingit, sed modo leuius, modo grauius, siue æqualiter in vtraq;, siue in vna magis, quàm in alia peccetur. quod sanè ęstimatur, pro ratione, qua ab ipso sanguine distant humores: à cuius generatione, si quando in ea natura multum aberrat, omnes cacochymię differentiæ principium ducunt. D E

4. de Sanit. tuen. ca.4.

De sanguinis, & humorum incremento, qui in multitudine fieri solet, secundum Galeni sententiam. *Cap. X.*

HIs ita constitutis, operęprecium erit docere, nūquid in multitudinis affectu sanguis solus augeatur: an reliqui etiam humores: vel vnus, vel plures, vel omnes, siue cum ipso sanguine, siue seorsum. quod sanè hi, qui Galenum ætate antecesserunt, quorum esse videbatur hanc rem declarare, non modo perfecte non tractauerunt, sed ne attigerunt quidem. In multitudine igitur (ait Galenus) aut sanguis solus, aut omnes quatuor humores ęque augentur. quod quidem dictum non caret difficultate: prębetq; occasionem dubitandi. nam, si ex eius sententia sanguis purus, & integer, ab aliis humoribus prosus seiunctus, nusquam reperitur: & nihil refert humoresné, an sanguinem redundare dicamus: vnam enim eandemq; rem innuimus: fieri non poterit, vt aut diuisio illa manca, atq; imperfecta non sit: aut saltem idem bis non dicatur sine vtilitate. nam quum dicit Galenus, sanguinem, & humores omnes ęque redundare, si de misto sanguine interpreteris, vnum, idemq; apud eum significabit: sin autem de eo, qui proprie sanguis vocatur, quiq; non æquabiliter cum cęteris humoribus creuit, sed in admistione longe pollet, & incrementum amplissimū potest obtinere: tum vero diuisionis tertium membrum desiderabitur: quod quidem in neutro duorū implicite continetur. F

De Mult. ca.3.11.12. De Mult. cap.8. 2. De Cōp. med. p loc. cap.1. De Mult. cap.11. De Mult. cap.10. De Sang. miss. ca.7. De Mult. ca.6.10. De Mult. cap.10.11. De Mult. cap.11.

A tinetur. etenim in multitudine, vel sanguis solus, vel cuncti humores Ibidem.
equaliter, vel vnus eorum duntaxat, exiguum obtinens incrementum redundare potest. & quidem hanc postremam partem, quam ostendi in priori partitione deficere, alio in loco Author idem tetigit: vbi nos admonet, vt discernamus, an propter sanguinem solum multitudo contingat, an vero ob aliquam humoris admistionem. (De M... cap. 12.) Quanquam hęc etiam distributio nihilominus, quàm superior imperfecta est. membrũ enim, quod ibi secundo loco positum fuerat, hic est prętermissum. quamobrem opus est, vt id, quod deest, ex pluribus Galeni locis colligẽtes, diuisionem hoc pacto compleamus. In multitudine interdum quidem syncerus sanguis solus augetur, & tunc ea ipsius species, quæ sub sensum cadit, illius tantum, nec vllius alterius humoris notas præsefert. vbi vero omnes humores pariter crescunt, misti sanguinis indicia apparent. quòd si quis ex illis
B tribus humoribus parua mensura augeatur; sui quoque notas, & indicia prodit. Hæc est vera, ni fallor, Galeni sententia ex pluribus sanè locis collecta: in quibus, quoniam nec clare, nec eodem modo semper loquitur, atq; etiam multa breuitati studens nonnunquam prætermittit, sępe videtur aliis parum in eius lectione versatis errandi occasionem dare.

De cacochymia, num plethos sit, & num in ea sola qualitas peccet. Cap. XI.

POstquam ostendimus multitudinem in sanguine, & in cęteris humoribus constitutam esse, quęrendum est, nunquid in humoribus aliud incrementum præter hoc, quod exposuimus, reperiatur: & an possit illud quoq; πλῆθος recte appellari. Quoniam cacochymia apud Galenum nihil aliud significat, quàm vitiosi succi copiam: semperq; in ea (2. de Cõp. med. p loc. cap. 1.)
C vnus, aut alter ex humoribus, sanguine excepto, augeri solet: ita ut sine humoris vitio, & copia, neque existere, neq; intelligi possit: dicendum videtur, eam quoque pleonexiam quandam esse, non tamen πλῆθος, aut πληθώραν simpliciter dici posse, vt in huius operis initio docuimus. (13. Metho. cap. 6.) Ex quo sequitur, vt non mediocri reprehensione digni sint illi, qui cacochymiam in solius qualitatis vitio statuunt. nam, quum humores numero plures, forma diuersi, affectionibus contrarij, vitio multiplici præditi, facultate deniq; dissimiles, nonnunquam etiam inter sese copulati, cacochymiam gignere soleãt: nihil aptius, commodiusúe fieri poterat, quàm vno qualitatis nomine hęc omnia exprimere. (13. Metho. cap. 6.) quippe quæ à Galeno interdum pro rei forma, nõnunquam etiam pro vitio vsurpatur: quorum vtrunque in cacochymia præcipue explicandum erat. (4. de San. tuen. ca. 4. 1. Aph. 2. 23) Non tamen iccirco putandum est, in ea succi copiam nõ redundare. nam pręterquam quòd

&nos

& nos ſępe eam accreſcere videmus; & Galenus ipſe non raro idem oſten dit, ne fieri quidem poteſt, ſi humoris ſpecies, & qualitas effectę ſint inutiles, vt copia, quamuis per ſe ipſa talis non ſit, ea tamen de cauſa nimia, aut ſuperflua, aut ſaltem inutilis non cenſeatur. Ex his iam patet, cacochymiam eſſe humoris redundantiam à multitudine ſpecie differentem: ac propterea non ſimpliciter, ſed cum adiunctione, quemadmodum & alia nonnulla, aliquando πλήθους nomine dignari, vt in principio huius libri dicebamus. D

4. Metho. cap. 6.
2. De Cõp. med. p loc. cap. 1.

De proportione menſuræ ſanguinis, & cæterorum humorum in multitudine conſideranda. Cap. XII.

POſtquam humorum, qui in multitudine augentur, numerum, & ſpeciem declarauimus: non erit inutile, modum menſuræ eorundem definire. Menſura igitur duplicem habet relationem. vnam quidem, qua omnes humores ſimul, vel ad vaſa, quę illos continent, vel ad facultates, quibus fulcti ſuſtinentur, referri conſueuerũt. & de hac paulo poſt diſputabimus. alteram vero, de qua nobis ſermo nunc eſt, quum ſinguli humores inter ſeſe mutuo conferuntur. hęc autem eo menſurę modo, & analogia nititur, quo humores cuncti in vnum conſpirantes, ſanguinis cumulum conflare dicuntur. quod quidem fieri intelligimus, non quando imminutus antea ſanguis ad priorem menſurę modum reuertitur, (ſic enim minus proprie augeri diceretur) ſed vbi ad ſolam humorum, quæ ſecundum naturam eſt, menſuram reſpicientes, ſanguinem præter iuſtam, ac debitam ſymmetriam creuiſſe deprehendimus. Fit autem hęc immoderatio, quotieſcunq; abundat, atq; ſuperat id, quod vniuſcuiuſq; naturę congruens eſt. quod quoniam dupliciter contingit, nempe omnibus humoribus, vel paululum, vel plurimum auctis: iccirco Galenus interdum ſimpliciter, interdum plurimum eos creuiſſe dicit. quæ tamen verba non ſunt ita intelligenda, quaſi maximum humorum incrementum, cuilibet multitudinis ſpeciei promiſcue, & communiter cõueniat: ſed tanquam eius, quæ ad enchyma vocatur, proprium ſit. in illam, quæ ad vires ferentes refertur; non dicam nullo modo, ſed obſcuriſſime id fieri Galenus non ſemel admonuit. niſi verọ hoc, non ad vaſa, ſed ad naturæ commoditatem referre libeat. verum tunc (ſi eius placita ſequamur) plurimum quidem onerare, atq; vrgere materia dici fortaſſe poterit: plurimum vero creuiſſe nequaquam. nam plurimũ creſcere humoris eſt: plurimum autem onerari, & vrgeri, facultatis. quanquam, vt id, quod ſentio, dicam: vtrumuis horum affirmes, dubitationis, & quidem meo iuditio, nõ contemnendę, occaſionem prębeas. quã nolo hoc in loco afferre,

E F

De Mult. cap. 10.
2. de Cõp. med. p loc. cap. 1.
2. de San. tuen. ca. 7.
De Mult. cap. 10.

quoniam

A qm̄ de ea paulo post dicendum erit. nunc id, quod propositum est, prosequamur. In hoc humorũ incremẽto proportio talis est, vt sanguis nimis pollere, & excessum amplissimum adipisci possit. cęteri vero humores, vel ęquabiliter augeantur, vel certe vnus paulo plus, quàm reliqui. id autem fit, quoniam nisi adsit qualitatis vitium, solius sanguinis incrementum, quod quidem animaduersione dignum sit, iuxta Galeni sententiam fieri contingit: aliorum autem humorum amplificatio, nec magna, nec diuturna esse potest, præter corruptionem, & prauitatem. itaq; quum hi seorsum à sanguine copiose, & abundanter creuerint: non plethorę, sed cacochymię affectionem excitare solent. licet pituita, quę excrementum qualitate vitiosum non est, & parum à natura sanguinis distat, ac ob solam diminutam coctionem est genita, excessum amplissimum paulo minus, quàm sanguis, prę ter cacochymię vitium forte adipisci possit. Æquabiliter autem dicimus humores augeri, non ęquilibritatem ęstimantes, sed priorem eorum proportionem, & eam, quę pari portione per totum corpus fit, distributionem spectantes. quòd si quãdo particula hęc, ęquabiliter, prętermittitur, minime mirum nobis videatur. neque enim semper humores ęque augentur, & si interdum ea desit, ex continuatione, serieq; orationis facile potest intelligi. Quòd autẽ eos quoq; succos, quos enumerauimus, vnà cum ipso sanguine augeri oporteat, vel hinc manifestum esse puto: quia si aut separatim ab eo, aut sedibus disiunctis, aut diuersis temporibus crescant: non multitudinis, sed cacochymię affectionẽ procreant. idq; etiam si non semper explicetur, semper tamen intelligendum est. Neque vero quicquam refert, si Galenus modo omnes, modo simpliciter creuisse humores dicat: id enim tum in libello de multitudine, tum alibi apertissime definitur: nihilq; prætermissum est, quod ad eã rem percipiendam conferret. nam in cacochymia, à qua potissimm multitudo distingui debet, quòd etiam ipsa in succorũ redundantia posita sit, non plures, quàm vnus, aut alter ex humoribus, nisi copulata sit, & mista, accrescere solet. accedit, quòd humorum species, ac numerus non debent in ea definitione explicari, quę quanta sit ipsa multitudo, sed in illa, quę qualis sit, exprimit. Quòd si cui hęc parum probẽtur, & Galenus eo nomine reprehendendus videatur: sciat is hoc quoque morem esse Gręcorum, vt sępe, quum aliquid omnino, & vniuerse enunciare volunt, articulo vtantur: is enim apud eos eandem sępenumero vim habet, quam hęc dictio, omnis. id quod grauissimus philosophus Ammonius in commentariis, quos scripsit in Aristotelis librum de Interpretatione, sępe testatus est. ac deniq; rem ita se habere ipsemet Galenus aperte declarauit, dum nihil interesse asseruit, humoresné, an sanguinem creuisse dicas. Si ergo hę particulę, humores omnes, simul, ęque, pro veteri proportione,

B

C

De Mult. cap. 11. 4. de San. tuen. ca. 4

De Mult. cap. 11.

De Mult. cap. 11. De Sang. miss. ca. 7 2. de Sanit. tuen. ca. 7. 4. Metho. cap. 4. 13. Metho. cap. 6. De Mult. ca. 10. 11. 2. de cõp. me. p loc. cap. 1. Ibidem, ac etiam de Sang. miss. cap. 7. 2. de Sanit. tuen. ca. 7 4. de Sanit. tuen. ca. 4. 4. Metho. cap. 4. 13. Meth. cap. 6.

De Mult. ca. 6. 10. 11

in toto corpore, non ſemper explicantur, ex his, quę orationem antecedunt, & ſubſequuntur, id, quod ſententię deeſt, adiicere oportet. D

De multitudinis peccato non in ſola copia, ſed etiam in qualitatis vitio conſiderando. Cap. XIII.

QVum eorum, quę redundant, hoc quidem quantitate, illud vero qualitate peccare dicatur: id fermè ab omnibus perinde accipi ſolet; quaſi in ea redundantia, quæ nomine qualitatis indicatur; nulla ſucci copia redundet: atq; item in illa, quę quantitatis verbo deſignatur, nulla inſit qualitas inutilis, & praua. quod quum equidem cenſeam à veritate longe abhorrere: non parum vtilitatis allaturum me eſſe opinor, ſi quomodo res ſe habeat, docuero. Multitudo igitur non ſolum ratione copię peccare poteſt, verum etiam omnium ferè vitiorum, quę E in cacochymia obſeruantur, particeps eſt. Nam (vt ab intemperie ordiar) quis audeat negare, ſanguinē, vbi copię is modum exuperauerit, & multitudinis affectū commouerit, ad quamlibet intemperiem, ſiue ſimplex ea ſit, ſiue copulata, ex ſui natura, ſine aliorum humorum permiſtione, deuenire poſſe? quandoquidem in continentibus febribus incendi ſanguinem apertiſſime videmus. Quòd ſi feruor ſine ſanguinis vitio, quod cacochymiam vocant, poteſt eſſe multitudinis comes: cur nam concedendum non eſt frigiditatem quoq;, & quidem alicuius momenti, cum eadem copulari poſſe? At dices, ſimul atq; id accidit, ſtatim cruditas conſequitur: eiusq; ratione, quum ſanguis vitio afficiatur, multitudinis naturam amittit. Ego vero, ſi cruditas non vitioſę, ſed diminutę coctionis effectus ſit, etiam ſi ſanguinis ornatus, & perfecta, expletaq; omnibus ſuis numeris ſpecies in ea deſideretur, cur in cacochymię generibus numerari debeat, non video. nā quum beneficio coctionis corrigi, atq; emendari F poſſit: propria quidem ratione alteratio, externa vero, & aduentitia purgatio ei conueniet: vbi ſcilicet crudus humor vſque adeo creuerit, vt calor naturalis nequeat eum propriis viribus deuincere, atq; ſuperare. hoc autem quando euenit, ſi qua exinaniendi ratio adhibenda ſit, admonet Galenus, niſi aliquid impediat, vt ſanguinis miſſione, familiari nimirum multitudinis auxilio, vtamur. Quòd ſi, quia imminet ei periculum putreſcendi, iccirco vitium quoq; non iam abſolutum, & perfectum, ſed quaſi inchoatum in illa eſſe dixeris: pari ratione ego, tum multitudinem, quæ continentem febrem parit, tum eam, quæ ad vires refertur, in cacochymiarū numero collocabo: quia & ipſa nihilominus, quàm cruditas, atq; adeo magis fortaſſe ad putreſcendum prompta, parataq; eſt. hanc ſententiam Galenus ipſe etiam comprobare videtur, vbi contra Eraſiſtratum de

De Sang. miſſ. cap. 6. 12.

De Mult. cap. 7.

eo,

A eo, qui in vasorum multitudine, tum viriū, tum sanguinis fit incremento, differens, multum pituitosi sanguinis ex desidia, absq; hoc, quòd vires quoq; crescant, coaceruari posse asseruit: is etiam in multitudine virium non semper sanguinem auferendum esse monet: quum scilicet crudus succus in corpore coaceruatus fuerit. vnde quis facile coniicere potest, virium multitudinem ex crudo succo interdum in corpore coaceruari, non semper vero ex perfecto sanguine, vel ex omnibus humoribus supra modum auctis fieri. Eandem sententiam idemmet author comprobare videtur, vbi febrem cum plethorica dispositione ex recentibus cruditatibus ortam, curare docet. Quo fit, vt humor crudus, vbi modum in sanguine excedit, vel sub multitudinis ratione comprehendi debeat, vel si hoc mauis, saltem cacochymiæ nomen proprie non mereatur. Potest autem sanguis ob solam intemperiem non modo calidior, frigidiorúe reddi, sed etiam humidior, aut siccior, pariterq; humidior, atq; frigidior, vel frigidior & siccior: calidiorq; & humidior, vel calidior & siccior, nullo scilicet aliorum humorum exuperante. quòd si & ob illorum mistionem ad iniustam temperiem deuenerit: cum cacochymia, talis temperatio praua constabit. Verum, quòd dicat Galenus sanguinem propter solam intemperiem humidiorem factum, maiorem copiam excremētorum aquæ similium in se ipsum aggregare: eamq; affectionem, simplicem sanguinis intemperiem, non etiam cacochymiā appellet: id certe non omni ex parte falsum alicui videri debet. etenim, licet ibi non qualitas sola sanguinis crescat, sed serosus etiā humor, qui ęstimatur cacochymiam gignere, sanguini humidiori iam facto admisceatur; vel ipsummet sanguinem, quum plurimum est dilutus, fluidamq; consistentiam, vltra quàm satis est, acquisiuit, vel certe eius ichorem, qui ab aliquibus sanguinis tenuior pars esse creditur, his verbis designari facile credi potest. Quòd si eiusmodi C ichorem, excrementum aquosum (quod vocant) esse contendas, scieris quoque, id qualitate plurimum, substantia vero, & copia non adeo creuisse à Galeno dici, vt cacochymiam excitare possit. Quanquā hoc quoq; concesso, quum sanguis eo pacto dilutus ab Aristotele, & ab aliis, crudus esse dicatur, sequi tamen videretur, vt ista hęc cruditas in prauæ, & simplicis intemperiei, non in cacochymiæ differentiis proprie numeranda esset. sed quouis modo res sese habeat, non multi facio: moneo tamē eos, qui minute hanc rem partiri volunt, vt meliora inquirant. Atqui præter primas qualitates, crassities, & lentor, quæq; his contrariæ sunt, multitudini solent adiungi. Neq; etiam humorum mistio, quum hi modum paululum egressi fuerint, multitudinis rationem tollit. si vero ob horum admistionem, sanguis octo intemperierum excessum capiat, illiq; nulla seruata mensuræ proportione, eo loco, eoq; tēpore, quo minime oporteret,

Marginal notes: De Sang. miss. ca. 12. — Ibidem. & 1. ad Glau. cap. 14. — De Mult. cap. 11. — B — Ibidem. — De Mult. cap. 11.

inter sese commisceantur, iuxta Galeni expositorum sententiam. (id enim nos non omni ex parte verum esse credimus) ipse sanguis impurus, ac vitiosus redditur: ideoq; multitudinis nomine relicto, cacochymię affectionem subit. Atq; idem euenire existimandum est, vbi connexorum humorum mistio, & forma, queadmodum cernimus in lacte fieri, dissoluitur: contingit enim vt humores, qui à sanguine, nō secus, atq; à lacte caseus, butyrum, & serum potestate continentur; parum, aut plurimum ab ipso segregentur. Hęc licet à Galeno recte videantur tradita, nobis tamen dubitandi nonnihil loci relinquunt. nam qui fieri potest, vt in cacochymia simplex, & vnius qualitatis tantū intemperies reperiatur: quum singuli humores duarum primarum qualitatum excessum sibi vendicent? Nisi forte velis, duos humores altera solum qualitate contrarios, pari mensura copulari. ita enim pituita, & melancholia si misceantur, neque humidam, neque siccam, sed frigidam modo intemperiem efficient. eodem modo imaginari possumus, sanguinem ex pituitę permistione fieri humidiorem, temperatum vero in calido, & frigido: eundemq; accedente flaua bile, calidiorem tantum euadere, absq; aliquo humidi & sicci excessu. sanè ex mistione vnius succi, certe neque siccior, neque frigidior, tantum sanguis efficitur. verum ex duorum humorū permistione hoc facillime contingere poterit. nam ob pituitam, & atram bilem solius frigiditatis excessum obtinebit. sicut vtriusque bilis participatione siccior solum euadet; intelligere autem oportet, istos humores bene cum sanguine permistos, ita vt ex his, vna tantum eius massa conflata sit. multo autem melius hoc fieri posse tibi persuadebis, si sanguinem ante alicuius humoris permistionem, simplici intemperie praeditū esse imagineris. Sed licet hæc à me in gratiam Galeni excogitata sint, nihilominus nō omni ex parte nodum dissoluunt: quouis enim modo dicas, hæc inęquabilis potius, quàm simplex intemperies esse videtur. quandoquidem in ea plures qualitates, facultate inter se contrariæ, varijq; humores specie differentes aberrant. Iam vero quòd vnius humoris animaduersione dignum incrementum non solum cacochymiam pariat, sed etiam multitudinem semper tollat, id mihi non facile potest persuaderi. nam ex sentētia Galeni cacochymia est, vbi vnus humor, quicunq; ille sit, præter sanguinem, cęteros plurimum superat. multitudo vero, vbi sanguis solus, vel cū eo omnes humores aucti fuerint. Potest inquit ipse sanguis in plethoricis dispositionibus excessum amplissimum adipisci, nullus aliorum potest. humorum enim prauitas id genus, non etiam multitudo, neq; plethora nuncupatur. hæc Galenus. qui tamen considerare debuisset, nos sępissime cernere vtranq; harum affectionum in vniuerso vasorū genere, mutuo complicari. vnde etiam sequi videtur, in vasis plures humores simul posse mensuræ modum

[Margin: D; Ibidem.; E; F; De Mult. cap. 11.; Ibidem.]

A dum plurimum excedere. equidem vidi iuuenem venarum multitudinè turgidum, ob aquæ frigidæ potum, vesicæ, qua bilis continetur, meatu, qui duodeno intestino terminatur, obstructo, in morbum regium repente incidisse. & tamen vtriusque affectionis symptomata in eo fuisse, non modo Galenus, sed etiam nemo (opinor) sanę mentis negauerit: idq; præsertim, quia licet hanc complicationem multitudinis scilicet, & cacochymiæ in vasis fieri posse, aperte, quod sciam, non dixerit; eam tamen extra vasa contingere non ignorauit. Tertium auté, inquit ipse, laboris genus, phlegmonωdes scilicet, in plethora simul cum prædicta fit cacochymia. hęc ille. Sed præter eas, quas antea posuimus affectiones, in sanguine consistentes, illa quoq; afferenda, & consideranda est, ob quam copiosus sanguis cum flatu permistus, in omnes venas diffunditur. quod quidem sine vllo manifesto humoris vitio quandoq; fieri posse, obseruaui in quodam amicissimo meo, & medico doctissimo. flatus enim tametsi possit per se discuti, conspicitur tamen nonnunquam cum multitudine, atq; cum cacochymia copulari, & quidem quum multitudini annectitur, male profecto sanguinem afficit. eius tamen affectio non debet cacochymia nominari. Concitationem porrò in sanguine, sine vitio ipsius fieri posse, argumento est eius feruor, & concursio ad varias, diuersasq; partes. nam dum in propria sede cõmouetur, quasi vnda turgescit: postea vero quàm eam reliquit, huc & illuc confluit: ac siquid ei resistat, motibus cõtrariis iactatus, eatenus impellitur, & repellitur, quoad suo impetu, atq; violentia, vel alienam occupat sedem, vel disruptis vasorũ tunicis, eorumdemq; osculis reseratis, in varias partes, aut etiam extra corpus effunditur. sin autem refluat, vel calorem naturalem obruit, & extinguit, vel patentes meatus obstruit, vel iter expeditum intercludit, vel in spiritus vasa transcendit: Quòd si contra, idem sanguis obtorpuisse, & quasi iacere videatur, nec ea, quà oporteret, incedat, nec quo expediret, pertineat, ita etiam non minus, quam quum nimium est commotus, & concitatus, male afficitur. His atq; aliis multis affectionibus sanguis laborare solet, ex quibus quædam, etiam quòd insignes sint, multitudinis rationem non tollunt. aliæ vero, si paruum habeant momentum, vel breui tempore afficiant, nullo negotio corriguntur: & ob hanc rem cacochymiæ nomé, sanguini earum causa nequaquam est tribuendum. sin modum longe, multumq; superent, vel diu perdurent, corruptionem quoq; breui importent. quæ tamen, nisi multi ponderis sit, multitudinem minime tollit. neque enim succum adeo impurum, inutilemq; reddit, vt is propriam formam deposuisse videatur: aut, si quid in eo vitij lateat, non possit facillime emendari, & in pristinam incolumitaté restitui. Ex his satis iam patere arbitror, multitudinem posse easdem prauæ qualitatis differentias suscipere, quæ

Margin notes: 4. de San. tuen. cap. 2. — 2. Apho. 17 — B — C

in cacochymia apparent.sed quoniam multitudo sine illis nonnunquam exiſtit:& etiam ſi adſint, aut nullum, aut perexiguum vitium excitant, propterea ſolent ab authoribus, perinde ac ſi nullæ omnino eſſent, prætermitti. D

De propria multitudinis ſede, num vaſa, an totius corporis habitus, an horum vtrunque ea ſit ponenda. Cap. XIIII.

De Mult. cap. 10.11. QVum igitur ea, quę multitudo proprie dicitur, in ſanguinis redundantia, vt expoſuimus, poſita ſit: hicq; non quouis modo, ſed tanquam præcipua materia, eidē ſubiiciatur, adeo vt ſine eo conſiſtere non poſſit, in ſolis vaſis reſideat neceſſe eſt: aut concedendum fuerit, ipſum ſanguinem extra vaſa ob ſolam copiam redundare. verum ſi vaſa egrediatur, vel in aliquam corporis ſedem, in quam non debet, effundetur: & tunc, aut in grumum vertetur, aut putreſcet, aut tumorem excitabit præter naturam: vel in aliquem locum à natura inſtitutum recipietur: is autem, vt ſectio docet, aut eſt vtraq; cordis cauitas, aut ſunt duræ cerebri membranæ ſinus, in quorum pleriſq; mirum naturæ artificium, ab aliis anatomicis (quod ſciam) minime eſt animaduerſum: aut eſt vteri capacitas, vbi fœmina ſemen concipit. quorum locorum nullus ad multitudinis coaceruationem accommodari poterit. quia ea in ſanguine abſq; vitio, quod animaduerſione ſit dignum, toto animalis corpore diffuſo, poſita eſt. ob id igitur, quòd in multitudine ſanguis abſq; vitio per vniuerſum corpus diffundi debet: reliquum eſt, vt ea tunc coaceruari credatur, quum ſanguis exigua, & frequentia vaſorum oſcula egreſſus, ſingula membra nutriturus eadem irrigat, atq; perfundit. Sed hoc etiā falſum eſſe apparet. quamuis enim Galenus multitudinem in toto corpore, contra nonnullorum ſententiam, fieri aperte confirmet: iubet tamen, vt eam in toto animalis corpore non ita conſiſtere putemus, quaſi vtrunque genus corporum, & vaſorum, & carnium lęſum ſit. nam pręterquam quòd alterutrum eorum ſeparatim, & vtrunque etiam ſimul lędi poteſt: corporis habitus, illius tantum, quam analogia quadam multitudinem vocari diximus, non autem eius, de qua nunc agimus, propria ſedes exiſtimari debet. quod vbi de carnium tumoribus loqueremur, abūde iuxta Galeni ſententiam, declarauimus. licet is (ſi verum fateri licet) hac de re non ſemper eandem proferat ſententiam: ſed plerunq;, niſi, quæ ipſe ſcribit, præſenti animo legas, pugnantia dicere videtur: aut relicto pręcipuo libri ſcopo, ad alios, nulla prius adhibita diſtinctione, diuertere. Quærit (inquit ipſe) præſens diſputatio, non ſolum hęc (ſcilicet in venis, & arteriis) ſed in quauis particula ſatietatē: vt iocinore, vel corde, vel renibus, vel colo, vel cerebro, vel oſſe. Ad huius quoq; rei probationē, poſſunt à carnium

E F

De Mult. cap. 11. Cōtra Iuli. cap. 7. 6. de San. tuen. ca. 13. 13. Metho. cap. 6. 2. De Cōp. med. p loc. cap. 1. De Mult. cap. 11. Ibidem. De Mult. cap. 4.

tumoribus

A tumoribus & grauitate argumenta assumi, de quibus quum paulo post, vt rerum series exigit, sermonem habiturus sim, nõ est, quòd hic aliquid de his nunc dicam. Vasa autem voco, nõ solum venas, sed etiam arterias: mutuum enim inter se consensum habent, & suorum osculorum beneficio, succi hinc illinc fluere, atq; refluere possunt: quæ quidem mutua fluxio continenter fit, nisi humores vsque adeo tenaces sint, & crassi, vt non facile à venis in arterias deriuari possint. Notandum est auté, nos humores cunctos simul, & per vniuersum corpus pariter debere distribui, propterea dixisse: quia si horum alterum absit, multitudo constare minime potest. nam cacochymiam quoq; in totum corpus diffundi posse, & morbus regius demonstrat: & ipse Galenus sępe testatur: atq; humores in aliqua parte sola, vnà omnes quandoq; cogi, tum carnis, viscerumq; tumores præter naturã, tum varices, ac venæ sedis inflatæ apertissime declarãt. De Mult. cap. 11. 4. Metho. cap. 4. 6. de Sanit. tuen. ca. 15.

B

De duplici multitudinis relatione, & de vasorum nomine, substantia, capacitate, atque affectionibus. Cap. XV.

EXposito genere multitudinis, materiaq; ei subiecta, & loco, ac sede, qua continetur, demonstrata, deinceps declarãdum est, ad quid eadem referatur: id enim pleriq; antiquorum quęrere prætermittentes, multitudinis naturam non recte perceperunt. atq; idem nobis fortasse accideret, nisi Galenus rem hanc diligétissime explicasset. Quoniam igitur fieri non potest, vt multitudo respectu, qui nusquã sit, constituatur: eius mensuram, vt dudum diximus, ex duplici collatione æstimare oportet: quarum altera, de qua paulo ante disseruimus, singuli humores mutuo inter sese conferuntur: alterius vero ratione, aut solus sanguis per se, aut C omnes humores simul, tum ad vasa, quæ eos continent, tum ad facultates, quę eosdem substinent, à Galeno referri creduntur: de qua iam dicere aggrediar. si prius, obscuritatis errorum vitandorum causa, vasis, facultatisq; naturam, & affectionem, quantum postulat præsens negotium, explicauero. Vas igitur non solum veluti locus, rem aliquam vndiq; comprehendit, sed etiam proprias extremitates, & quiddam quasi inane ex omni parte interiectum habet: quamobrem non solum ad alia continenda aptum est, verum etiam ipsum quoq; moueri nihil prohibet: quo fit, vt quicquid in animalis corpore concauum est, & aliquid continere potest, id omne medici, latius vim verbi accipientes, vas appellare consueuerint. itaq; non solum ventriculus, vesica, & cętera eiusmodi, sed etiam totius corporis truncus, eo nomine ab Hippocrate nonnunquam est nuncupatus. quinetiam neruos in numero vasorum collocari sępe legimus, quia, nisi me coniectura fallit, vt in sambuco licet videre, hęc quidem eo- De Mult. cap. 1. Ibidem. 4. Phy. ca. 4. 6. De Mor. vulg. cõ. 2. tex. 5. 1. de Semi. cap. 5. Introduc. cap. 9. 2. de Plac. Hip. & Pla. cap. 6.

De Mult. cap. 10.

rum pars continet, hęc vero contineatur; & in hoc libello, alios secutus Galenus, arterias ac neruos, quasi fistulas, & canales spiritui dicatos esse scripsit: nunquid autem in neruis, ac præcipue in eo, qui visioni inseruit, aliud cauitatis genus insit, præter id, quod posuimus, nunquidúe in eis pori perspicui conspiciantur, ac demum num in hac re Galenus vbique sibi ipsi constet, an potius, qui illum reprehendunt, in re diligētioribus anatomicis nota hallucinentur: hęc profecto à nobis in libris Anatomicis, quos iam absoluimus, diligenter explicata sunt: nunc satis erit admonuisse, venas, & arterias propriè vasa à medicis vocari. Substantia autem vasorum partim quidem mobilis est, atq; flexibilis: partim vero dura ac tenax: quocirca vtraque ipsarum contrariis affectionibus subiicitur: & quidem capacitas, idq; quod quasi inane esse diximus, magis quàm ipsa substantia, vasis propria est, quæ sanè capacitas non est par in omnibus, sed ampla, quæ vt plurimum vnica esse solet, si ad vnũ corpus pertineat, nomine generis vas appellari poterit: sin ad plura, vicissim sibi incumbentia, vel quorum alterum alteri adhęreat, referatur, proprium nomen non habet: sinus tamẽ si dicatur, nihil prohibet: cuiusmodi cauitas inter duos musculos, & pręcipue, quum ab humore, vel à spiritu occupantur, sępe cernitur. Corpus autem amplæ cauitatis expers, plerunq; è contrario se habet: vt enim magnitudinem numero exęquare possit, pluribus, eisq; exiguis foraminibus solet esse præditum. Atqui materia, quæ vasis inclusa cõtinetur, tum compacta, tum fluuida, tum vaporosa esse potest. si sit compacta, id quod raro euenit, omnium affectionum, quę vasis substantiæ attribuuntur, particeps erit. si fluuida, in spiritum verti: si vaporosa, rara, vel densa fieri poterit. Ipsa vero capacitas, vt materiei accessu impletur: ita recessu exinanitur. Corpora autem vasorum, si substantia eorum flexibilis sit, & mollis, quum implentur, turgescunt, & dilatantur: quum vero exinaniuntur, concidunt, atq; coarctantur: videmus enim quotiescunque id accidit, non tantum venas, sed etiã carnes instar spongiæ, aut lanæ, neruos quasi funiculos, membranas deniq; non secus atq; tegmina tumescere, & inflari: sin autẽ tenax, duraq; sit vasorum substantia, contrarias habet affectiones: firma enim & stabilis permanens, eundem suorum finium statum semper retinet. & ob eam rem non facile ipsum vas malè afficitur, sed materia cõtrahitur, in angustumq; deducitur. id quod aperte ossa declarant: quę tametsi summe expleantur, tamẽ haud tument, sed potius materiam, quam continent, comprimunt, atq; constringunt. quod quidem sępissime cernitur in vulneribus capitis, vbi cerebrum fuerit plurimum adauctum, atq; os contra firmissime enititur. sed has, & cęteras huius generis affectiones, vasis ita attribui existimes velim; vt potius substantiæ tunicarum, vel etiã eius, quæ continetur, quàm capacitatis

D

E

De Inęqua. intẽp. ca. 2. Contra Iulia. cap. 7.

F

De Mult. ca. 8. 10.

A capacitatis propriæ esse credantur. de cuius inanitione, & repletione sic habeto. si vas substantia flexibile à facultate propria impleatur, ideo impletur, ac tumet, quia ab ea dilatatur: exinanitur vero, quia cōstringitur. si autem aliunde id ipsum fiat, contra res se habet. quia enim impletur, iccirco panditur, tumet, atq; dilatatur: contrahitur autem, & concidit, quoniam exinanitur.

De facultatum substantia, efficacitate, & numero, de anima ac spiritu mundi secundum Platonicos & Stoicos. *Cap. XVI.*

ASclepiades, atq; alij, qui animalibus omnem prorsus facultatem de negarunt, à nostra disputatione, tanquam indigni nomine philosophi, ac medici, longe repellantur. nos enim, non solū fatemur esse quasdam facultates, quę nostrum corpus regunt, sed etiam earum cognitionem censemus necessariam esse ad vim multitudinis inuestigandam, recteq; percipiendam. quamobrem magnopere improbandi, atq; accusandi videntur ij, qui, sit aliqua istiusmodi facultas, nec ne, prætermittunt quærere: siue negligētia id faciant, siue quòd quæstionem hanc inutilem esse putent. qui vero diffidunt, posse se vim, & substantiam eius facultatis, quæ animantes regit, penitus nosse, ac certo tenere: satisq; habent, si possint ad eius notitiam ex operibus, tanquam ex coniectura, & signo duci: hos profecto excusatione, & venia dignos censemus. Nos igitur facultatis substantiam quidem certum, & peculiare cuiuslibet particulæ temperamentum, efficacitatem vero actionis principiū esse statuimus. quum enim pati neque formæ, neque efficacitatis sit, sed materiæ atq; imbecillitatis, haud debet facultas, patibilis, materialisúe, vllo modo dici. Hic video obiecturum esse aliquem, nōne facultatis est sentire? fateor sanè: sed si Theophrasto credimus, in sentiendo, organum, non facultas patitur. tametsi ipsa huiuscemodi occasione excitata, mox sese ad agendum paret, atq; instruat: motionemq; in ipso instrumento factam comprehendat; & qualis nam sit diiudicet. quòd si qua passio huic actioni adiuncta est: non debet ea materiæ accepta referri. quippe quæ nihil detrimenti, aut labis, sed vtilitatem potius, & ornamentū afferat. Si ergo facultas, vti diximus, actionis est principium, tum secundum substantiam, tum secundum intelligētiam ad aliud referatur necesse est. nam actio est motus, qui ab eo, quod agit, in id, quod patitur, necessario manat. quippiam autem posse vel in se ipsum agere, vel à se ipso pati, mente comprehendi non potest. Sed quoniam haud satis est, facultatum substantiam, efficientiam, ac relationem nosse, nisi etiā teneas, quæ, & quot eędem numero sint, id quoq; breuiter percurramus. Facultates partim naturæ, partim animæ sunt.

B

C

De Mult. cap. 1.

De Mult. cap. 3.

De Mult. cap. 5.

De Mult. cap. 3.

De Mult. cap. 3.

6. de Mor. vul. com. 5. tex. 5. naturam Hippocrates, & Stoici eam vim appellare solent, quam quidem Plato animã vocat, qua concupiscimus: Aristoteles vero, qua vegetamus. atq; eam vim Plato credidit, non solum in animalibus reperiri, verum etiam per vniuersum mundum diffusam, cuncta moderari, & continere. quod si ita est, vt opinor, nisi accedat amica interpretatio, liceat fortasse mirari Galeni varietatem, ac propè dixerim inconstantiam. qui quum in ea re Platoni interdum neque assentiatur, neque repugnet, aliàs vero id tanquam verum dogma recipiat, spirituq; & anima omnia plena esse tradat: in hoc tamen de Multitudine libello, contra Stoicos quiddam simile ponentes, acerbius inuehatur. Aristotelem porrò quis demum non miretur, qui, vt effugeret quasdam difficultates, eo ipso, quod aliàs in præceptore suo damnauerat, tanquam portu ac profugio furtim vti videtur. cuius etiam verba libuit adscribere, ne quis forte suspicaretur, hæc à me vel odio, vel obtrectandi studio comminisci. Gignuntur, inquit ipse, in terra humoreq; animalia, & plantæ: propterea quòd in terra quidem humor, in humore spiritus, in spiritu vero omni animalis calor inest; ita vt quodam modo animæ plena sint omnia. hæc Aristoteles. ad quæ, & ipse, sicut dicebamus, & eius probatissimus interpres Themistius, cõfugere coacti sunt, quòd eorum animalium, quæ ex putrida materia oriuntur, nullam aliam causam, rationemúe possent afferre. neque enim potest terreni humoris potentia, visq; caloris vndiq; circunfusi, illi facultati par, & æqualis esse, quæ seminibus concluditur: siquidem nec terræ humor ita, vt semen proxima potestate animam continet: nec solus cœlestis calor, quippe qui vniuersalis, & æquiuoca, vt aiunt, causa ab omnibus censeatur, potest esse animæ author, nisi aliquis particularis, & determinatus artifex illis modum, & legem imponat. Sed hę controuersiæ in aliud tempus commodius reseruabuntur: nunc ad institutum nostrum reuertamur: satis enim ab eo digressi fuimus, adeo vt reprehensione non mediocri digni esse videamur: vt qui penitus nostro negotio inutiles quęstiones tractauerimus. sed certè quasi inuiti, vt videre potuisti, hoc fecimus. siquidem Galenus contra Stoicos disputans, primũ lapidem mouit: & illi, qui scribendi occasionẽ mihi dederunt, ne hanc rem silentio præterirẽ coegerũt.

De Substã. natu. facul.

De Mult. cap. 3.

3. de Gene. aĩal. ca. 11.

D E F

De tribus animæ speciebus; deq; earum facultatibus, muneribus, atq; sedibus; necnon & de plantarum sensu. Cap. XVII.

NAtura, vt dicebamus, ea animæ species dicitur, quæ animalibus cũ plantis communis est, quę quum non solum agat, sed etiam variis modis afficiatur, ab eius præcipua affectione concupiscibilis, tum à Medicis, tum à Philosophis vocari consueuit. siquidem ea, quæ delectant, aut

profunt,

A profunt, si absint, appetit: si absint, fruitur eis. quę vero tristitiam, contra, vel damnum afferunt, fugit, ac reiicit. quoniam autem in appetitu delectatio, & tristitia sine vllo prorsus sensu fieri non potest: propterea Galenus Platonem secutus, obscuram quandam, & obtusam vim sentiendi plantis concessisse videtur. quippe qui putet eas & principio motus per se, & facultate, tum iucundas res, tum molestas sentiendi præditas esse. neque tamen inficiatur huiuscemodi plantarum sensum, à sensu animalium valde distare: etenim tali animæ illarum tantum rerum discernendarum vis tributa est, quæ ad alendum pertinent: quæq; voluptatem ac molestiam afferre, aut aliquem similem motum excitare possunt. hic autem sensus minime foras erumpit, sed intra solum manet. Cęterũ huius animæ sedes præcipua, iecur est: instrumenta, venæ: functio vero, quemadmodum & ipsa facultas, triplex, generandi, nutriendi, & augendi. Generatio quibusdam particulis huic muneri dicatis, materiã penitus commutat: eamq; certis lineis finit, atq; conformat. & quidem alimento vtitur generandi facultas ad id, quod gignitur, nutriendum, augendumq;: tametsi nihil antequam absolutum sit, proprie nutriri, & augeri dicatur. Nutritio quoque materiam mutat, & substantiam deperditam restituit: formam tamen nouã (de organica loquor) nullam inducit, sed eandem, quam reperit, conseruat. Incrementum autem neque esse, neque comprehendi sine alimento potest: ita vt nihil proprij habere videatur, quàm vt magnitudinem immutet. Hisce tribus præcipuis facultatibus, & operationibus, aliæ quatuor deseruiunt: attractio videlicet vtilium, inutiliumq; expulsio: quæ sanè munera, actione simul, & motu locali perficiuntur. Retentio alia operatio est, ad quam, aut nullo locali motu, sed sola actione opus est: aut eo solum eget, quo particula se ipsam contrahit, vt alimentum vndiq; amplectatur. Concoctio his adnumeratur, quæ quidem in ea alteratione versatur, quæ non solum rei qualitates, verũ etiam substantiam ipsam potest permutare. nunquid autem ea, quam discretiuam vocant, in harum numero censenda sit, alibi disputabimus. Iam vero alterum animæ genus, quod propriũ est animalium, nec potest suum munus sine sensibus explere, irascibile dicitur, & in corde residet: cuius etiam calorem gignit, ac tuetur, simulq; eum per arterias in totum corpus distribuit: & propterea tum cor, tum arterias relaxat, atq; astringit, huius appetitus in quadam animi vi, & contentione consistit: qua quidem animantes ab iniuriis sese defendunt, & difficultates superant. Tertia postremo animæ species, & cognoscẽdi facultatem habet: & corporis arbitrio suo mouendi, cogniti comprehensione, ratiocinatione, & iuditio continetur. Motio autem fit contrahendis porrigendisq; membris, vt possit animal quo vult flecti, ac ferri, atq; etiam dum quiescit, varias figuras,

De Substã. natu. fac.

B

C

figuras,ſitusq́; obtinere,& commode regi:ne partes ſuo naturali ponde-re corruant:& corpus vnà totum dilabatur. D

De Multitudine,quæ ad vaſa,& ad enchyma dicitur:de tumore & diſtentione vaſorum:de ſanguinis transfuſione : & de plethora ſecundum Eraſiſtratum. Cap. XVIII.

HIs declaratis,inueſtigemus iam vtriuſq; multitudinis relationem: ac primum ab ea, quæ ad vaſa pertinere dicitur, incipiamus. Et ſi venæ,& arteriæ proprie vaſa à medicis vocentur: & vtriuſque multitudinis ſedes cenſeantur:& materiam pariter vtrique ſubiectam, ſanguinem ſcilicet,contineant: non propterea vna tantum multitudinis ſpecies ad vaſa,& ad enchyma ſine vlla diſtinctione dici debet. nam quum ad vtrancunq; multitudinem conſtituendam tria neceſſario concurrant, locus ſcilicet, materia, & ipſius materiæ lęſionem facientis incrementum: ex hisq́; locus,ac materia eadem planè ſit vtriuſq; : ſequitur, vt nō ſit ab his duobus multitudinum diſtinctio ſumenda: ſed ab eo, quod non par eſt in vtraque materiæ incrementum: nec idem vtrobiq; detrimentum deprehenditur. Igitur ſi lubet his vocibus vti, ſicuti etiam nos nunc facimus,ne ab antiquis diſcedamus: cauēdum erit,vt ne decepti ob hanc cauſam,rei ipſius naturam minus percipiamus. Si quando igitur multitudinis ad vaſa,aut multitudinis venarum, ſimpliciter mentionem factā eſſe legimus:debemus non ſolum vaſorum amplitudines, & capacitates ſpectare,ſed etiam tunicarum affectiones, id eſt,ſi tumidæ,ac diductæ appareant:& an concidant,contractioresq; ſint: atq; etiā,quum hęc ipſa multitudinis ſpecies ad enchyma dicitur, non quia in humoribus in vaſa infuſis conſiſtat, nulla alia adhibita diſtinctione, talis eſt exiſtimanda. nam hoc quoq; ei,quæ ad vires refertur, commune eſſe demonſtrauimus,ſed potius ex menſura eius,quod infunditur,pendi debet. quod quidem ſpectans Eraſiſtratus, hoc ſolum multitudinis genus, non autem id, quod ad vires refertur,plethoram appellauit,hoc eſt repletionem,vt ita dicam. putat enim illam ex nimia copia & fieri, & dici;idq́; mea ſentētia, quemadmodum initio ſcripſi,nō abſurde.atq; etiam Galenus opinatur ex magna,inſigniq́; ſanguinis acceſſione hanc ab ea diſtingui, quæ ad vires refertur:in qua quidē vaſa,vt ipſe interdum dicere videtur, aut nihil prorſus,aut admodum paululum implentur. Ex hoc igitur inſigni ſanguinis incremento variis ſymptomatis afficiuntur tum vaſa, tum ipſemet ſanguis.etenim quum vaſa valde replentur,primum quidem ipſa turgeſcūt: deinde vbi peruentum eſt ad ſummum, tunicæ etiam eorum dilatantur, ac diſtenduntur: quo fit, vt tumor, & dilatatio continentium vaſorum, E F

De Mult. cap. 6.7.

De Mult. cap.3.6.

Orib. 7. ad Iulia. ca.1.

Cap.2.

De Mult. ca.4.8.

non

A non alicuius facultatis affectiones, ab eodem Authore exiſtimentur: ſolumq; in ea multitudine, quæ ad vaſa pertinet, tanquam duo proprij termini ipſam metientes, ſpectentur. Ex his, tumor quidem tale eſt huius multitudinis ſymptoma, vt ab ea ſeiungi nequaquam poſſit: non tamen proprium ſit ipſius, quoniam neq; in ſolis vaſis tumor exiſtit, neq; non poſſunt ipſa vaſa, ſeparata etiam multitudine, alia de cauſa tumeſcere. Diffuſio vero, ſeu diſtentio, nec proprium eſt eius ſymptoma; neque ſemper cum ea coniungitur: vbi tamẽ adeſt, quia particula tum dilatatur, quum vehementer, cumulatiſſimeq; referta eſt, accidit, vt ipſa dilatatio magnis ſemper tumoribus adiuncta ſit: & aliarum prauarum affectionum ſit cauſa. quandoquidem vaſorum tunicæ productæ, ac diſtractæ vſque adeo, vt iam ſanguinem nequeant continere: contra nixæ, & quodam modo illatam vim repellentes, ipſum ſanguinem in anguſtum concludunt, atque conſtipant: iter expeditum impediunt: & ſolitã interpellant motionem.

(De Mult. cap. 10. 11.) (De Mult. cap. 7.) (De Mult. cap. 10.)

B & ob id plerunq; ipſe ſanguis, aut à venis in vaſa ſpiritus transfunditur, exiguis vtrorunq; communibus foraminibus laxatis: aut patentioribus oſculis reſeratis, extra affatim & copioſe profluit. ſanguis contra, maiore vi facta, vaſa ipſa perinde ac dolia muſtum, & ænea vaſa ſpiritus, ob vehementiorem contentionem non raro diſrumpit. quæ omnia, quum conſtet inter omnes medicos, vaſorũ tantum, nullius facultatis ſymptomata eſſe: mirabitur fortaſſe aliquis, cur Galenus in iis diutius moretur: & Eraſiſtratum reprehendat: quaſi is, ob multitudinem poſſe vaſa aperiri, & frangi, aut negauerit, aut ignorauerit. quamuis enim hoc ab eo fortaſſe tanquam manifeſtum, prætermiſſum eſſet: non erat propterea inſcitiæ damnandus. errauit fateor, quia ſanguinem in ſanorum arteriis contineri negauit. in ea tamen re debebat Galenus (ni fallor) vel ea de cauſa maxime illi aſſentiri: quod ipſe confitetur, ob mutuam vaſorum concurſionem, conſenſumq;, huiuſmodi ſanguinis transfuſionem etiam ſine multitudine fieri poſſe.

(De Mult. cap. 8.) (De Mult. cap. 6.)

C His ſymptomatis, quæ numerauimus, adiungitur à Galeno vaſorum dolor: qui quidem tum commoueri ſolet, quum eorum tunicæ tenduntur, ac diſrumpuntur. quod num doctrinæ ſuæ conſentiat, poſterius perſcrutabimur.

(De Mult. ca. 7. 8. 10.)

De facultatibus, ad quas altera multitudinis ſpecies refertur, de grauitatis relationibus, ac de eiuſdem læſione, atq; moleſtia. Cap. XIX.

AD quas vires altera multitudinis ſpecies referatur, non facile eſt ex dictis Galeni colligere. is enim dũ nulla omnino diſtinctione conſtituta, cum diuerſis noſtri corporis facultatibus hanc multitudinẽ confert; nec definit, num ad omnes, atq; eadem ratione, pariterue pertineat;

ea quæ scripsit, obscuriora reddidit: & nobis in tanta sententiarum varietate, ac perturbatione ansam dubitandi reliquit. Aliquando enim sine distinctione ait, Onerosa dispositio ex multis fit humoribus viriũ respectu. Quandoq; ad vires ferentes hanc pertinere pronuntiat. Ad singulas nostri corporis facultates eam refert, quum dicit. His præmissis quot animalis facultates sint inspiciamus: ac quo pacto in quauis earum multitudinem aut cognoscimus, aut curamus: Interdum respectu naturalium virtutum ipsam inquirit. Non raro cum venarum, & arteriarum vi eam confert. Pluries cum illa, cuius arbitrio corpus regitur, atq; mouetur. Ferè semper cum sentiente. Nos vero cupientes hęc vitare: remq; planam & perspicuam tradere: accepto principio maxime cõmuni, atq; notissimo, id quomodo se habeat explicabimus. Si igitur verum est, quod supra statuimus, naturam grauium, motu, & motus velocitate niti, ac pendi: nihilq; sibimet ipsi, sed alteri graue esse: efficitur, vt ea grauia sint, ac ponderosa, quorum impetus, & violentia, quam suo ad inferiora motu afferũt, aut omnino sustineri non possit: aut certe non sine maximo conatu, & contentione: indeq; detrimentum, aut etiam molestia accipiatur. grauitatis autem, quemadmodum & distentionis, detrimẽtum, ac molestia non parum differunt. illud enim est rei, quæ grauatur, aut distenditur, hæc vero facultatis, quæ ipsam grauitatem, vel distentionem iudicat. quo fit, vt lęsio, quę ab vtraque harum proficiscitur, possit, quippe quæ latius pateat, à molestia seperari: ipsa vero molestia offensionem semper insequitur: estq; earum solum particularum, quæ sensum habent: immo ne harum quidem omnium: quæ enim leuiter, & obscure sentiunt, ea grauitatis molestiam non percipiunt. detrimentum autem, quod à rebus grauibus importari diximus, ad nullam omnino vim, aut facultatem, ne dum ad sentientem necessario, & ex sui ratione refertur. fit enim nõnunquam remota omni facultatum operatione, propter solam facilitatem ad patiendum: vt ex his, quę iam diximus, patere potuit. neque enim (quod sciam) Galenus vnquam negauit, grauium detrimentũ, atq; iniuriam, quodam modo in his etiam intelligi posse, quæ anima carent, & vitæ, ac sensus expertia sunt. illud etiam cuilibet compertum esse arbitror, affectionem ad patiendum facilem, vel difficilem non parui esse momenti, tum in agendo, tum in resistendo, vt Galenus ipse in libris de Vsu partium sępius demonstrat. puto autem illum eius rei explicationem hoc in loco omisisse; vel quòd in promptu esset, vel causa breuitatis, vel quòd ad institutum de multitudine sermonem parui interesse arbitraretur. quum igitur vsu veniat, vt aliquid rei grauis impetum sustinere nequeat, non solum propterea quòd facile sit ad patiendum; verum etiam propter imbecillitatem eius facultatis, quæ ipsum continet; id certe fiet, vel quia graue augetur,

facultas

Marginal notes: De Mult. cap. 8. — De Mult. cap. 3. — Ibidem. — De Mult. cap. 4. — Ibidem. — De Mult. cap. 10. — De Mult. cap. 5.

Marginal letters: D — E — F

A facultas vero in eodem statu permanet: vel contra, quoniam facultas diminuitur, & icci rco id, quod ante illi graue non erat, iam efficitur graue: vt accidit in paralysi, in qua propter solam facultatis diminutioné, idem os graue est musculo, musculus neruo, neruus deniq; infirmo spiritui. fieri etiam potest, vt simul & graue crescat; & facultas diminuatur: quo sanè tempore grauitas multo maior existit. nec raro vtrunque simul vel augetur, vel diminuitur: attamen quia id non æque fit, sed graue semper facultatem superat, ea re grauitatis incommodum inęqualiter apparet. à quo quidem, si particula sit particeps sensus, molestia consequitur: tametsi, si tenuis sit ipsa sentiendi vis & obscura, grauitas nulla ferè esse videatur. sicut è contrario ob sensus pręstantiã, maior quàm re vera sit, vt pleraque alia, molestia solet videri: adeo, vt interdum quę nulla fermè est, magna videatur, id quod dubitationem affert minime contemnendam. De Mult. cap. 5. 10. De Mult. cap. 5.

B nam si sensus (liceat obsecro mihi parumper nunc digredi) perfectionem à temperatione naturę consona proficisci credimus: qui fieri potest, vt is in quibusdam prauis affectionibus tam exquisitus deprehendatur, vt nemo possit dubitare, quin tunc auctus, cumulatusq; fuerit? hoc sanè qua ratione fiat, fateor me ignorare. ita autem esse certo scio. vidi enim sępius in his vlceribus, quæ cacoethe vocantur, particulam acriore, pręstantioreq; sensu præditam, quàm esset, quum naturalem statum obtinebat: id inquam tum in pluribus aliis, tum vero in Honophrio Tiphernate animaduerti, vnà cum quodam Chirurgo exercitatissimo, atq; egregio. Nec est dicendum, vt multi arbitrantur, partem ita affectam non exquisitius, sed molestius sentire. qui enim fieri potest, vt eius temperie penitus euersa, ne dicam abolita, vis quoque sentiendi iacturam non sit passa? at si sentiendi facultas imminuta est, dolor magnus esse non potest: quia hic vnà cum sensu decrescit, ac perit. nunquid autem hoc accidat, quia eius par-

C tis neruus suam temperiem retineat, vt diligentiores inquirant, moneo.

De sentiente facultate, quòd ad eam multitudo, quæ ad vires pertinet, proprie non referatur, & de anima, & spiritu mundi. Cap. XX.

GAlenum virium multitudinem ad efficiétem facultatem detulisse, nemo est (opinor) qui dubitet. sed videndum est, cuinam efficienti facultati hoc tribuerit. primo enim leuiter inspicienti ea esse videbitur, cui sentiendi partes datę sunt. Grauari (inquit ipse) sensorię est facultatis. Et rursus grauitas multitudinis, quæ ad sentiétem vim pertinet, signum est euidentissimum. Hoc tamen ostendam, & à decretis ipsius, & à veritate alienum esse. Nam nec si quid ab ea multitudinis specie præmitur, id continuo vel sensus est particeps, vel saltem eius, qui possit grauitatis mo- De Mult. cap. 4. De Mult. cap. 5.

lestiam

lestiam percipere: nec vicissim, si quid conuenientis sensus particeps est, eius causa, dum scilicet grauari se percipit, primo & per se à multitudine male afficitur ac lęditur. Plantę enim lęduntur quidē à rebus grauibus, non ob id solum, quòd sint substantiæ facilis ad patiendum, sed etiā propter infirmitatem eius facultatis, quæ ipsas regit & continet: quum scilicet onere superata succumbit, & præceps fertur: molestiam tamen capiūt nullam. quę res hoc argumento confirmari potest: quòd arbores huius facultatis beneficio, quàm diu florent, ac vigent, rectà in altum feruntur: & vbi adoleuerunt, atq; perfectę sunt, propriam seruant figurā. si autem ob aliquam causam debiliores redditæ fuerint, tum suæ molis oneri cedentes, declinant iam, & in partem inferiorē vergunt. videas etiam quandoq; ramulum complures, & grauiores fructus, quomodo natura illos edidit, firme sustinere, ab iisdem vero lectis, ac filo ibidem appensis, deprimi, & frangi. herbarum quoque folia, quæ natura mollia sunt, & flexibilia, amplitudinem, proceritatemq; retinent, quoad ab huiusmodi facultate reguntur: ab ea autem destituta, protinus concidunt, & contrahuntur. Si igitur hęc omnia sunt cuiuspiam facultatis munera, non eius certe esse credendum est, qua sentimus: sed eius, qua viuimus, natura ab Hippocrate nominata: quęq; quum sit etiā vbiq; diffusa, omnia animat, continet, regit. Hæc, vt opinio mea fert, illa vis est Stoicorum continens, & causa, non materialis, & passiua; sed spiritualis, & efficiens; ad quam, quę proprius accedunt corpora, alia, quę non sunt huiusmodi, continere dicuntur: quòd videlicet formæ speciem, & rationem magis referant: ita vt ego quidem, propter ingenij mei tenuitatem, non intelligam, nec satis admirari possim; cur Galenus hic tam acriter in eam inuehatur: & Stoicos hoc nomine ita acerbe accuset: aliena ab instituto in eos, nescio quo pacto, conferendo: præsertim quum ipse quoque illam nouerit: & pluribus in locis posuerit. quę omnia ideo à me recitata sunt, quòd ad cognitionem multitudinis, quæ ad vires refertur, non minus conducant, quàm corij, vtris, ac vasis ęnei tensio, atq; disruptio faciant ad intelligentiam alterius, quam ad enchyma appellare consueuerunt. Sed tametsi hęc omnia vera sint, & nostrę disputationi plurimum lucis afferant: ne videamur plantarum exemplo, & earum rerum, quæ anima carent, à disputationis nostræ scopo longe abesse: hanc eandem naturalem facultatem in ipsis animalibus spectasse Galenum asserimus, dum ait: Nihil igitur mirum, si ex plethoris febres eueniunt: etenim obstructiones multę fiunt, atq; vniuersum corpus in huiusmodi affectibus male difflatur: sicuti sanè in altera multitudine, quę ratione potētię dicitur, cito ad corruptionem humores deueniunt: quoniam non bene superantur, neque concoquuntur: quum ea, à qua conficiuntur, vis inualida existat. Eiusmodi facultatis

Margin notes: D; E; 6. de Mor. vulg. cō. 5. tex. 5.; De Mult. cap. 3.; Ibidem.; F; De Mult. cap. 2. 3. 8.; 1. de Diff. feb. cap. 3.

A cultatis naturalis meminit, vbi sanguinem, non solum ad tentionem tunicæ, verum etiam ad commoditatem naturæ, multum esse dixit. Hanc innuit, dum multitudinem, ac satietatem, tum ad vasa, tum ad naturam, quę nos gubernat, referri statuit. Hanc deniq; apertissime exprimit, quando nos admonet, vt satietatis, quæ ad quatuor vires naturales refertur, alia indicia præter grauitatem inquiramus: quasi grauitas satis non sit: quòd scilicet grauari, id est, grauioris rei molestiam percipere, ad sentientem facultatem, non ad vires naturales pertineat. Multitudo ad vires, ait, in venis, & in arteriis, non perinde percipitur: & ideo alia indicia, scilicet præter grauitatem, sunt quærenda. quapropter, si in arteriis constiterit huiusmodi satietas, iubet eam ex pulsu agnosci, nó ex grauitate: si autem in venis, nullum putat signum posse deprehendi, quod ipsam demonstret: nisi forte in his, qui sunt sensu maxime exquisito, oscura quædam, B ac profunda grauitas in venis percipiatur. & quidem hanc multitudinis speciē, ad naturales vires maxime proprie referri, postea ostendam. nunc satis sit demonstrasse eam ad aliàs vires potius, quàm ad sentientes, ex sui natura pertinere: quippe quę in nonnullis rebus reperiatur, quæ aut nullo modo, aut vix sentiunt: & in his nullum inditium ex sensu ad eam diiudicādam sumatur: in particulis vero sensu pręditis, licet grauitatis molestia pro nota multitudinis virium vtendum esse Galenus moneat: nihilominus præter quàm quòd nullus inde vnquam suadere poterit, ad sentientem facultatem eam multitudinem proprie referri debere: iure etiam quilibet admirari poterit, cur si ea in vasis continetur, ex grauitate, tanquam ex euidentissimo signo internoscenda sit. Ex quibus primū quoq; eorū, quæ proposueramus, manifeste patet: nempe non continuo si quid multitudine virium præmitur, id vel sensu præditum esse, vel saltem eo, C qui possit ipsius molestiam percipere. Nunc ad alterum pergamus.

De Mult. cap. 10. 2. Apho. 17. De Mult. cap. 4. De Mult. cap. 11. De Mult. cap. 4. Ibidem. De Mult. cap. 11. De Mult. cap. 5. 8. Ibidem.

De sentiente facultate, quomodo ad eam multitudo referatur. *Cap. XXI.*

QVòd autē ea, quæ sentiendi vim obtinent, non ob id ipsum quòd sentiant, primo & per se à multitudine male afficiantur; eiusq; iniuriam perferant; non est difficile persuadere. nam quamuis Galenus sentiat, grauitate vrgeri, nihil aliud esse, quàm ob molestum grauitatis sensum male affici: & propterea grauitatem non simpliciter ad facultatem, sed proprie ad eam, quæ sentit, referre videatur: id tamen non per se, nec in omnibus omnino, sed in his tantum particulis, quæ sensu præditæ sunt, fieri dixit. in reliquis enim naturæ, quę animalia gubernat, grauitatem acceptam retulit. quin etiam in his ipsis, quę sentiunt, hanc multitudinis speciem ad robur, & ad vires ferentes pertinere docuit: facultati

De Mult. cap. 4. De Mult. cap. 3.

cultati vero sentiendi offensionis, quę ab ipsa multitudine affertur, iudicium ascripsit. idq; iure, vt opinor: nam si onerum latio sine actione, & motu nec esse, nec mente comprehendi potest (eadem enim facultas, quę continet, etiam mouet, licet dum sustinet, motio perspicua non sit) multumq;, ratione facultatis, à Galeno id esse dicitur, quod quis nequeat sustinere: & iccirco nec qui viribus sunt inter se impares, vt puer, ac vir, ęquale pondus sustinere; nec qui viribus æque pollent, impar onus ferre possint: & pręterea si facultas sentiens, aut nullo modo, aut solum apprehendendo, ratiocinando, & iudicando agit, quis dixerit quęso, ei hoc munus ferendorum onerum à natura creditum, atq; commissum esse, quod nulla harum trium operationum pręstari potest? Quum igitur in particulis sensu præditis, dum vrgentur, vtraque harum facultatum, & quæ mouet, & quę sentit, male afficiatur: hinc factũ esse suspicor, vt Galenus vtriusque symptomatis nonnunquam rationem habuerit: nempe quando dixit grauiores effici, & ęgrius moueri, eorum proprium esse, qui eiusmodi multitudine tenentur. Sed quia his, quę voluntatis imperio mouentur, id peculiare est, vt eodem neruo motum, ac sensum exerceant; & propterea offensio, atq; molestia rerum grauium vno instrumento, communiq; facultate illis accidat: hinc posset quispiam suspicari, virium multitudinem ad vim animalem, non solum quæ sentit, sed etiam quę mouet maxime proprie pertinere. quod tamen verũ non esse, vel ex eo osten di potest, quòd hęc facultas, quam mouere, & cõtinere dicimns, non est ea solum, quę animales particulas pro volũtatis arbitrio ciet, atq; agitat; sed illa etiam, quę quouis alio modo easdem, & cęteras potest mouere, ac regere. ventriculus enim arterię, & vterus, & si placet, etiam venæ, mouentur quidem quum sanè contrahantur, dilatentur, ac in longius ducantur: atq; etiam à rebus grauibus offenduntur: molestiaq; afficiuntur: non tamen voluntatis imperio motus isti obeuntur & reguntur. Addo quum pręter sanguinem, & extra vasa nulla proprie multitudinis differentia constare possit; animalis autem facultatis officium in artubus versetur, nõ in sanguine, qui familiaris est, ac propria multitudinis materia (hunc enim ab animali vi, quę in cerebro residet, contineri, regi, & moueri nemo recte dixerit) ob id etiam, quòd eę partes, quę voluntaria mo tione carent, multitudinis non solum incommodum, sed etiã molestiam sentiant: fieri non posse, vt eam affectionem animali facultati, quæ regit corpus, proprie tribuamus. Itaq; non dubitarim affirmare multitudinis offensionem, & molestiam, siue alterutram seorsum, siue vtranq; simul commode posse sine motu voluntatis esse, atq; intelligi. Et quidem hanc multitudinis speciẽ ad naturales vires maxime proprie referri, vel ex eo patet: quòd earum munus est, sanguinem, qui quidem tanquam materia

multitudini

De Mult. cap. 2.
Ibidem.
De Mult. cap. 8.

D
E
F

A multitudini subiicitur, procreare, & per vniuersum corpus distribuere. his attributa, & quasi dicata sunt vasa, quæ ipsum sanguinem continent tanquam propria instrumenta. earundem vi cętera membra illum appetunt, vel aspernantur, attrahunt, vel expellunt. Quid plura disputo? si satietas propria est eius facultatis, quę cibum expetit, & conficit, cur hanc quoq; multitudinem ad eandem non referamus? pręsertim quòd quęlibet multitudinis differentia, si proprie sumatur, sit venarũ satietas. Nunquid autem si vasa obscure sentiũt, grauitatis sensus huius multitudinis proprium signum, vt Galenus interdum dicere videtur, ponendum sit, nec ne; sequens disputatio decernet. Ex quibus iam patet, grauitatis noxam à multitudine genitam posse ab eius molestia seiungi, & ob id virium multitudinem, ad facultatem sentientem primo & per se non esse referendam.

De Mult. cap.4. 2. Apho. 17

B

De vasorum tumore in multitudine virium, & de harum læsione in ea, quæ ad vasa pertinet. *Cap. XXII.*

DVplici multitudinis relatione ex Galeni sententia exposita, consequens esset, vt iam ad reliqua transiremus: sed quoniam non desunt, quę possint non leuem dubitationem in hoc negotio afferre, non putaui esse alienum ab instituto nostro, de his quoque disputare. Quum in ea multitudine, quæ ad vires ferentes refertur, Galenus interdum asserat ventriculum à cibo, quamuis exiguo, ingesto, & vesicam ob paucum humorem grauari, non solum absque hoc quòd distendantur eorum tunicę, verum etiam vbi vndiq; in sese contractę apparent; quumq; duos terminos incremẽti sanguinis, supra quàm natura postulet, statuat; nempe vasorum tumorem, ac tensionem; eorumq; neutrum in multitudine ad facultatem relata cerni dicat: fortasse cuipiam videbitur, eum statuisse

De Mult. cap.2.

De Mult. cap.10.

C multitudinis species adeo inter se diuersas, ac disiunctas esse, vt nec illa, quę ex virium collatione spectatur, sui ratione vasorum tumorem, ac tensionem vllo modo admittere possit: nec ea rursus, quę ad vasa attinet, ad vllas vires referri debeat. quæ quoniam suspicor veritati, atq; etiam decretis illius parum consentire; nolui pretermittere, quin meam hanc suspitionem cum aliis communicarem. illud autem prius admoneo, me non de qualibet multitudine loqui, sed tantum de ea, quæ proprie dicitur, quemadmodum & ipsi Galeno propositum fuit. Quum igitur multitudo, quæ ad vires ferentes pertinet, si minus tensioni, at certe tumori venarum, perpetuo sit copulata: necessario sequitur, vt ea per se non consistat: sed cum altera semper coniungatur: ita vt, vel ipsa quoque ad vasa referenda sit: vel ea, quę vasorum est, possit cum offensione rei grauis intelligi. Nam si ex disciplina Galeni, vires, vel per se solæ, vel vnà cũ sanguine

De Mult. cap.10. 11.

De Mult. cap.5.10.

T non

non ęque, ſed plus imminutę, poſſunt etiam ſine eo, vt multitudine prę- D
mantur, grauitatis iniuriam pati: neceſſe eſt eaſdem in multitudinis affe-
ctu, vel non eſſe redditas imbecilliores, vel non pariter cum ſanguine cre
uiſſe. at ſi hoc ita fiat, & incrementum ſanguinis ſit adeo paruum, vt vaſa
De Mult. cap. 2. nullo modo dilatentur; ſed aut contractiora videantur, ſicut etiam ſolet
ventriculo, veſicæ, & pleriſque aliis particulis, Galeno teſte, euenire: aut
certe vix tumeant, id, quod in illa multitudinis ſpecie cõtingere poſſe ar-
bitratur, quæ ad vires ferentes refertur: ſi hæc inquam ita fiant: quum id,
De Mult. cap. 8. quod grauat, multum ſit; & ſua quantitate obſit: non videtur poſſe fieri,
De Mult. cap. 4. vt grauitatis, non dico moleſtia (vaſa enim putat ipſe parum ſentire) ſed
vlla prorſus lęſio inde ſęquatur. Quòd ſi ſanguis incrementum, vt opor-
De Mult. cap. 6. 7. tet, alicuius momenti acceperit; vires autem, vel priſtinum retineant ſta-
tum, vel non pariter cum ſanguine ſint adauctæ; ſed plurimum ab eius in
cremento diſtent: neceſſario hęc affectio cum vaſorum tumore, atq; gra- E
uitatis offenſione fiet. Si autem ſanguis, & vires pariter æqualiterq; au-
geantur: tunc certe tumor, ac diſtentio ſine grauitatis offenſione eueniet.
atqui quum hoc raro fieri cernamus, illud vero plerunque, Eraſiſtratus
Ibidem. iniuria tam acriter à Galeno reprehendetur. Ex his opinor iam eſſe per-
ſpicuum, eam multitudinem, quę ad vires ferentes proprie refertur, à cer
to vaſorum tumore nunquam ſeparari: ob idq; ad vaſa quoq; poſſe refer
ri. & rurſus eam, quæ vaſorum eſt, grauitatis offenſione nequaquam ca-
rere, nec poſſe vnquam per ſe ſolam conſiſtere; ſed cũ illa ſemper eſſe con
De Mult. cap. 6. iunctam, niſi vires pariter, & æque cum ſanguine auctæ fuerint. quòd ſi,
vt ęquum eſt, fatearis: fortaſſe illos à magna calũnia vindicabis, qui quan
cunq; multitudinem vaſorum amplitudinibus metiebantur, ſuſpicabe-
De Mult. cap. 10. riſq; Eraſiſtratum, non ad cuiuſcunq; ſanguinis incrementum, vt Gale-
nus ſibi impoſuit, ſed ad illius ſolum, qui optimus ſit, voluiſſe robur vi-
rium concreſcere: quippe quòd, quum talis gignitur ſanguis, membra F
quoq; principalia valida ſint: & ſpiritus vigeant: in quibus omnes noſtri
corporis facultates collocatæ ſunt. ſimulq; Galenum miraberis, præſer-
tim ſi illorum ſententiam ſequi volueris, qui eius libellum de Multitudi
ne in publicis ſcholis interpretantur; quòd non ſolum hæc non animad-
uerterit; ſed ne dixerit quidem vnquam aperte, haſce duas multitudinis
De Mult. cap. 6. differentias vnà poſſe coniungi. quod ſanè Eraſiſtratum ſpectaſſe arbi-
tror, vbi vtriuſq; multitudinis ſigna ſimul docuit. non enim, ſi amica ac-
De Mult. cap. 8. cedat interpretatio, in ſua oratione diuerſi generis multitudinis notas
confundit: aut eam, quæ ad vires refertur, ignorat: ſed ſine ſanguinis in-
cremento, quod animaduerſione dignum ſit, ipſam conſiſtere poſſe ne-
gat: eamq; cum grauitatis ſenſu fieri non ſimpliciter aſſeruiſſe credendũ
eſt, ſed vbi nimis progreſſa oneri iam ſuccumbente facultate vaſa & car-

nes

A nes male afficit. fieri enim non poteſt, vt mihi quis perſuadeat, grauitatis ſenſum aliquem tunc percipere; vbi omnes vires integræ ſunt, & humores præter qualitatis vitium, quod alicuius momẽti ſit, nullo modo, aut parum ſint adaucti: idq; præcipue, quum partes in quibus primo, & per ſe multitudo reſidet, cuiuſmodi ſunt vaſa, obſcuro ſenſu ſint præditæ. Hęc ſi ęquo animo perpendes, concedes profectò ſine certo vaſorum tumore nunquam multitudinem ad vires in animantis corpore excitari. Scio dicet veritatis ſtudioſus, turgent ſanè venæ etiam in hac multitudinis ſpecie: verba tamen Galeni non ita audio, quaſi neceſſe ſit tumorem venarum, & earundem tenſionem non reperiri in multitudine, quæ ad vires refertur; ſed potius, vt non ſit neceſſe hoc fieri: perinde ac ſi diceret, tumorem, & tenſionem venarum, non eſſe terminos multitudinis viriũ: neq; primarios ſcopos, quorum ratione diiudicari debeat: ita vt vna, &
B eadem multitudo diuerſo reſpectu ſit ad vires, & ad vaſa referenda: & tamen vtriuſq; alia, atq; alia ratio ſpectetur. Quæ omnia, quia noſtram opinionem potius confirmare, quàm turbare videntur, abſq; controuerſia admittimus: Sed vrgemus eos, qui aliter ſentiunt, vt viriũ multitudinem proprie dictam ſine venarum tumore, aliquando nobis oſtendant: quod tamen Galenus, veſicæ contractæ, & ventriculi inaniti exemplo ſuadere conatur: non quidem omnibus, ſed illis, vt arbitror, qui eum præſenti animo non legunt.

De virium conſideratione in multitudine ad vaſa. Cap. XXIII.

VIrium multitudinem ad vaſa quoque referri poſſe, niſi, vti mos eſt Sophiſtarum, tergiuerſari; & contentionis potius, quàm veritatis ſtudio, pugnaciter mecum certare velis; tum ex his, quæ ſenſu notiſſima ſunt, tum ex Galeni enunciationibus, ſatis tibi probatum eſſe exiſtimo.
C Nunc ad aliam diſceptationem, haud minoris momenti, me conuerto: admonens prius, me iuxta præceptum, quod Galenus in hoc libello tradidit, cum eo, qui liber, veritatiſq; amicus ſit, diſputare: non cum illis, qui adeo ſectis addicti ſunt, vt etiam falſa temere nitantur tueri. Sed rem ipſam aggredior. Multitudinem vaſorum cum tumore, ac tenſione fieri, Galeno concedendum eſt: ſed quod addidit, ad nullam penitus facultatem referri debere, niſi ſano modo intelligatur, magnã habet dubitationem. præſertim quum videatur in hac multitudine; pluribus nominibus, relationem ad vires ſpectandam eſſe. quod, vt melius intelligi, & facilius demonſtrari poſſit, Galeni rationem, quam aduerſus Eraſiſtratum collegit, prius expẽdamus. Aucto inquit, vel diminuto ſanguine, haud neceſſe eſt, vires aut augeri ſemper, aut diminui: nam etiam ſi actionum firmitudo, non ſolum robur virium ſequatur, ſed etiam ab eodem pendeat: ipſę

De Mult. cap. 3.

De Mult. cap. 8.

De Mult. cap. 7.

tamen vires, quum non solo sanguine nitantur, non debent etiam ab eo solo accretionem, & diminutionem accipere. & quidem augentur vires, non modo non aucto sanguine, sed etiam fortè comminuto. in quibus enim propter desidiam sanguis pituitosus euasit; hi ob aliquod exercitationis genus, fortiores, ac firmiores ad agendum efficiuntur, absq; hoc, quòd sanguis augeri videatur. Contingit vero, vt vires cum eo crescant pariter, pariterq; decrescant, quemadmodum cernimus in Athletis, & in his, qui atrophię affectione laborãt. quo circa neq; si maior sit copia sanguinis, omnino valétior est homo: neq; si minor, infirmior: neq; si ęquabilis, ac temperata, paribus & ipse viribus vtitur: quoniam sanguine siue aucto, siue imminuto possunt vires, atq; actiones, tum firmæ, tum infirmæ, tum medio modo affectę esse. Quum igitur hęc, quæ quidem à me non minore fide, quàm breuitate, ex longa Galeni contra Erasistratum disputatione, collecta sunt, verissima esse fatearis: cur quęso non pariter concedis; in vasorum multitudine, virium quoque rationem habendam esse: quippe quæ, in ea, cum sanguine non ęque crescant, sed tot modis cum illo copulatæ, diuersas quoq; eius multitudinis, quæ cum tumore euenit differẽtias, variaq; symptomata gignere possunt: quę sine virium multiplici collatione, quam ad copiam sanguinis fieri diximus, intelligi, atq; distingui nequeunt. nam si in multitudine virium, in qua (vt placet Galeno) paruum est sanguinis incrementum, vires hanc ob causam considerantur; & cum eo conferuntur; pari ratione, & in hac, quæ cum tumore est, idem faciendum videtur. siue enim vires pristinum retineant statum: siue non pariter cũ sanguine sint adauctæ; sed plurimum ab eius incremento distent; necessario hęc affectio cũ vasorum tumore, atq; grauitatis offensione fiet. quę quum eo maior sit, quo maius fuerit sanguinis incrementum, eo etiam magis ad eam multitudinem pertinebit, in qua solet tumor insignior effici. & si grauitatis molestiam ad multitudinem pertinere fatearis: concedes quoque eos, qui vasorum multitudine, quo modo asserui, afficiuntur, grauiores esse, atq; ægrius moueri; quàm qui altera ad vires relata laborant. Nec est, vt quispiã dicat, eiusmodi multitudinis differentias, quas paulo ante enumerauimus, prima, ac propria ratione non ad eam, quæ ad vasa refertur, sed ad illam, quę viriũ est, multitudinem pertinere. Nam si hoc quoq; concedamus, is tamen difficultatem non euadet. quum vt monui, non minus in hac, quę virium est, eadem ratione, tumoris, & distentionis vasorum relatio diligenter considerari debeat. Suppetunt etiam aliæ rationes ad hoc comprobandum: quæ licet propositam rem non demonstrent: aliquam tamen fidem facere possunt. Si enim multitudo vasorum, non secus quàm ea, quæ virium est, satietas nuncupatur: eademq; affectio, licet, si sensum consulas, primo in vasorum

[Margin notes: D; De Mult. cap. 10.; E; De Mult. cap. 10.; F; De Mult. cap. 4.; 2. Apho. 17.]

A vasorum concauitatibus, & tunicis spectetur, sine relatione tamē ad eam facultatem, quę cibos appetit, nullo modo esse, aut percipi potest: cur nō ipsa quoq; ad eandem debeat referri, non video. Preterea quum vasorum repletio, ex qua diximus tumorem, distentionemq; proficisci, ab ea facultate, quæ ipsis vasis, tanquam instrumentis vtitur, omnium consensu fiat (neq; enim quod instar sacci repleantur, eo dilatantur: sed contra potius, quia arteriæ dilatantur, & quia venæ attrahunt, ideo replentur) quis neget, huius quoq; facultatis aliquam rationem habēdam esse? quia quum ex virium naturalium actione vasorum multitudo generationem & esse accipiat; earum quoq; consideratio plurimū lucis ad eam intelligendam afferre poterit. Sed dicet fortasse quispiam; ex tumore & distentione vasorum, non autem ex collatione ad iam memoratas facultates eiusmodi multitudinem internosci. Verum hoc satis non est, quia si grauitatis iniuria,
B quæ in causa est, vt motus ægre ac praue efficiantur, ad mouentem facultatem refertur, & multitudinis viriū pręcipua nota censetur: eadem ratione videtur posse dici, hanc quoq; vasorum multitudinem ad facultatem attinere. quæ si non venarum, saltem arteriarum motus, ob tumorē, ac tensionem, nihilo sanè minus, quàm propter grauitatē impediantur, & lędantur. Addo naturales facultates, & præsertim quę arterias mouēt, magis pertinere ad multitudinem vasorum, quàm sentiētes ad eam, quæ in viribus spectatur. & pręterea distentionis vasorū sensum magis illam indicare posse, quàm hanc eorundem grauitatis molestiā: licet vnius grauitatis causa hanc ipsam virium multitudinem ad sentientem facultatem referri credatur.

De communioribus signis, quibus vtraque multitudo internosci potest. Cap. XXIIII.

C QVoniam satis est hactenus vtriusque multitudinis natura explicata, ac definita; restat, vt de notis, quibus eadem cognosci, & distingui possit, breuiter agamus. Dicimus igitur, rem ipsam statim aggredientes, posse nos suspicari, tum quempiam in multitudinem incidisse: quum cibo copiosiore, eodemq; ad nutriendum maxime idoneo, diutius vsus fuerit: vel etiam continenter nulla cogente fame, vsque ad satietatem, & fastidium, se ingurgitauerit: atq; solita excrementa fuerint, siue ob negligentiam, siue ob aliā causam retenta, & suppressa. quòd si iners vita accedat, & balnei insolitus, intēpestiuusq;, à cibo pręsertim vsus, atq; etiam hominis natura, ac totius corporis constitutio, vitęq; ratio talis sit, vt facile possit iis morbis, qui ex multitudine oriuntur, non solum tentari, sed etiam lędi: ac pręterea si his omnibus consentiat regio, tempus anni, natura loci, & cœli; tum vero longe maior multitudinis su- De Mult. ca. 6. 9. 12.

ſpicio efficietur. ſed quando hęc, & alia huius generis ſigna, quæ à multitudinis ſiue cauſis, ſiue ſymptomatis eliciuntur, propria non ſunt, nec ſatis per ſe certa, ac firma: iccirco nõ prius eis aſſentiri ſolent medici, quàm grauitas quoq;, vel tumor, ac tenſio, itemq́; totius corporis color teſtentur, ipſam multitudinẽ iam adeſſe. At quum ne hęc quidem ſigna (quanquam ea ſola à medicis tecmiria, quaſi dicas propriæ notæ exiſtimentur) certam poſſunt multitudinis fidem ſine diſtinctione facere; oportet declarare, qua ratione hęc ipſa diſtinctio adhiberi debeat. D

De Mult. cap. 11.

De tumore, & tenſione in genere, quomodo multitudinem vaſorum indicare poſſint. Cap. XXV.

De Mult. cap. 10.

ET ſi, quemadmodum ſupra ſtatuimus, vaſorum multitudinem neceſſario tumor, & tenſio conſequitur: tamen quia hęc ſymptomata nec vaſorum propria ſunt: nec ſolum à multitudine, vel in ipſis vaſis, vel in aliis particulis ſuſcitantur: neutrum eorũ poterit illam proprie, & certo indicare. nihil enim prohibet carnem, adipem, & quæ à Gręcis parenchymata vocantur, & totius denique corporis habitum, in tumore eſſe, etiam ſi vaſa nihil tumeant: nimirum quòd nec ſit neceſſe, vtrunq; eorũ, carnes inquã, & vaſa ſimul lędi: nec ſemper hęc ipſa lęſio à multitudine naſcatur. Atqui neq; ſanguis ipſe, etiam ſi carnium tumorẽ, tenſionemq́; pariat, coarguit multitudinẽ in corpore coaceruatam eſſe. etenim in tenſione artuum fieri poteſt, vt ſanguis ambientes partes occupet: in his ſcilicet, qui mediocrem ipſius ſanguinis copiam habent: nec dum plethora laborant. quanquam eadem tenſio, ſi ſine multis laboribus, & ſine maximis exercitationibus, & ſine quibuſdam aliis externis cauſis, totũ corpus obſideat: poteſt eſſe indicium multitudinis vaſorum ſatis euidens. Itaq; quum eiuſmodi tumores, non ad eam multitudinẽ, quæ proprie dicitur, ſed ad illam, quæ ſecundum analogiam, referantur: illius etiam pręcipua indicia eſſe poterunt: non autem huius, de qua nunc loquimur. quo fit, vt in magno errore verſentur hi, qui eos in plethoricis ſignis numerant, & tanquam proprias multitudinis notas vſurpant. E F

Ibidem. De Mult. cap. 11. De Mult. cap. 10. De Mult. cap. 11. De Mult. cap. 10.

De ſignis multitudinis vaſorum ſumptis ex tumore, & diſtentione eorundem. Cap. XXVI.

SI qui autem ex tumore, ac tenſione vaſorum, nulla alia re animaduerſa, quempiam multitudine affectum eſſe, inconſiderate pronunciãt: iſti profecto non minus, quàm ſuperiores decipiũtur, & errant. nam vbi viſcera quidem, ac vaſa, quæ ſunt interius abdita, plurimum caluerint: extimæ vero partes, vel eodem modo, quo prius, ſeſe habeant: vel etiam frigidiores ſint; ob vim, & appulſum frigentis aëris, qui nos ambit, vel ob

De Mult. cap. 10.

aliquam

A aliquam aliam causam, tunc sanguis ad interiores partes ita repellitur; vt non modo nullus, initio præsertim, tumor existat, verum etiam vasa, quę sunt extrinsecus ferè exhausta, vix iam compareant. hic autem quum illa tantum vasa, quæ in profundo corporis recondita sunt, maxime turgeāt; quorum quidem tumor, ac tensio, neq; sub aspectum, neq; sub tactum cadunt: quis possit inde aliquod vel leue multitudinis indicium capere? At vero, neq; si in promptu sint, tumor, & tensio, alicuius ponderis indi Ibidem.
cia suppeditant. quandoquidem, si partes externæ aliqua causa vehemen ter calefiant, vt pote motu concitatiore, balneis, aëris constitutione, situ inclinatiore, colligatione, aut deniq; re quapiam simili: ipse sanguis inte riores particulas deserens, ad eas, & ad cutem effertur: ac propterea inflatis his vasis, quæ in promptu posita sunt, ea quæ inclusa latent, nō ita tur gescunt: quemadmodum in multitudine fieri opus est. Verum enimuero
B etiam si tumor, & tensio, non solum in aperto, ac propatulo loco sint; sed vniuersum vasorum genus occupent: neq; ita satis firmum multitudinis argumentum afferre possunt, nisi prius intellexeris vnde illa oriatur affe 2. De Cōp. med. p loc. cap. 1.
ctio. quum enim ea ad diuersi generis substantiam, dummodo multa sit, pertineat: & nos videamus, vasa tum serosa humiditate, tum etiam flatu, sanguine videlicet, ob caloris æstum, & feruorem diffuse, sępe turgere: se De Mult. ca. 8. 10.
quitur, vt non magis sanguineæ, quàm flatuosæ, aut etiam alterius multi tudinis nota esse possit: nec liceat inde inferre, quempiam eam, quæ proprie dicitur, multitudinem cōtraxisse: nisi cognoueris, non solum tumorem, ac tensionem omne genus vasorum occupare; sed etiam eum, qui ita afficitur, sanguinem coaceruasse: neq; vllam externam causam eius affectionis, quæ in vasis cernitur, occasionem præbuisse. Quum igitur ex his omnibus pateat, tumorem, & tensionem, nō magis vasorum, quàm aliarum partium esse, nec semper à materia propriæ multitudinis oriri: cen-
C suerim ex eis, quanta potius, quàm qualis sit ipsa multitudo, coniiciendum esse: vt tumor quidé multitudinis simpliciter, tensio vero maioris De Mult. cap. 10.
multitudinis, inditium ostendat: nempe quòd particula, quum ad summum est expleta, tunc tendatur. Et quoniam horum signorum vis, ac ratio par omnino non est: ideo nobis maiori curæ debet esse tumor, vt potè Orib. 7. ad Iulia. ca. 1. De Mult. cap. 10.
qui à multitudine vasorum nunquam separatur: tensio autem quando adest, eo maioris momēti putatur, quàm tumor, quod solet vel in abscon ditis particulis, si modo sint sensus participes, etiam molestiam parere.

De notis multitudinis virium, quæ ex pulsu sumuntur. *Cap. XXVII.*

VIrium autem multitudinem ex ratione motus pendendam esse arbitror: eo sanè argumēto adductus, quòd grauitatis affectio in motu posita est, vt dudum diximus. Sed vt illud possimus recte cōsequi; de-

bemus primum diligenter expendere, quantum momenti, tum graue ad agendum, tum facultas ad resistendum habeat. deinde, quoniam si solum imbecillitatem actionis, & motus impedimentũ spectaueris, poterit hoc tibi non magis multitudinis, quàm virium diminutionis suspitionem cõmouere: iccirco illud quoq; animaduertisse oportet, ipsas vires nihilo debiliores factas esse: quanquam ne hæc quidem res perspecta, & explorata, poterit nobis vllum certum, propriumq́; indicium aucti sanguinis dare. quia nihil impedit, quominus grauitas ab alia etiã quauis substantia, dũmodo multa sit, proficiscatur. Itaq; grauitatis symptoma videtur, quantitatem potius, quàm qualitatem multitudinis virium commonstrare. idq́; præsertim, quando solidę partes pariter atq; vasa, multitudine præmuntur. si enim hæc sola ab ea afficiuntur, tum vero non quælibet motio, sed arteriarum tantum, signum illius esse potest. nã venę etsi nullum motum sensui manifestum edant: nihilominus solent ferè vnà cum arteriis, propter mutuam vasorum conspirationem, & cõcursum, in plethorica dispositione constitui. & ob id, etiam si non ita in multitudinis, sicut in cacochymiæ differentiis proprij pulsus præsto sint: tamen, quemadmodum docuit Galenus in libris, in quibus hæc tractantur, ipsarum quoq; venarum affectionem commode licet ex iisdem internoscere: nisi forte humores vsq; adeo crassi, ac tenaces fuerint; vt prohibeat mutuum arteriarum, & venarum consensum. id quod si euenerit (euenit autem raro) hic profecto nullum perspicuum collectæ multitudinis inditium reperias, neq; à Galeno, neq; à cęteris traditum. nam si ad illum languoré, desidiamq́; te referes, cuius causa plethorici, non solum dum mouentur, verum etiam aliquando dum quiescunt, male se habent: nihil sanè proficies: quum ea affectio ad hanc multitudinem proprie nõ pertineat: sicut nec tumor, nec tensio carnium, ad eam, quæ in vasis spectatur.

(Marginal notes: De Mult. cap. 5. — Ibidem. & cap. 11. — Ibidem. — De Mult. cap. 5.) D E F

De triplici molestiæ differentia. & quòd morsus nullius multitudinis sit propria nota. Cap. XXVIII.

QVoniam ex his, quæ molestiã particulis sentientibus afferunt, pleraq; multitudinis signa esse creduntur: ne quid prætermissum videretur, de his quoq; duxi aliquid dicẽdum esse. Molestiæ, quę sub tactum cadit, tres sunt præcipuę differentiæ nunc considerandę: morsus scilicet, grauitas, & dolor rei, quæ distẽditur. Ex quibus quidẽ, quum morsus specie à reliquis duabus differat: & possit esse sine eis (particula enim quæ vel spina, vel acu, vel quauis alia re pungitur, ea nec grauitate pręmitur, nec distenditur) quumq́; neq; ex copia, neq; ex virium ferentium imbecillitate, queádmodum illæ, proficiscatur: sed ex vitiosi humoris acrimonia, & quidem præcipue eius, qui cute, & partibus cuti subiectis

(Marginal notes: 5. de Nat. fac. ca. 12. — De Mult. cap. 8. — De Mult. cap. 6.)

A ctis continetur: hinc patet non posse eum certum multitudinis inditium esse. Nunquid autem hic humor in vasis etiam contineatur, nec ne, non facile est iudicare: Galenus id fieri posse negat, alij autem apparenti ratione ducti, contrarium credi posse fatentur. sicut enim aucto vno humore in vasis, vbi vires pariter, & æque non crescunt, iuxta Galeni sententiam, grauitas, & infirmitas actionum sequitur: ita ab eodem, si vitium contraxerit, mordicatio procedet. nam humores in vasis putrescere, & ex putrefactione quandoq; mordicationem acquirere, omnes fatentur. quòd autem vniuersus humor acris, in vasis genitus, extra ea excernatur, neq; necessitatem habet, neq; sequelam. & si in vasis retineatur, cur vbi ea distenduntur, aut inflammationem patiuntur, dolore affici concedendum sit: non autem, si ab acri humore pungantur, non video. & preterea, vt coniicio coarguitur eorum error, qui hoc asserunt, quia vlcerosæ lassitudinis B succum in venis tantummodo contineri dixerunt, non autem quia si id esset, eius acrimonia à sanguine obtunderetur, & ea ratione delitesceret. Si ergo acrimonia certum multitudinis inditium esse nõ potest: sequitur etiam vt neq; illa proprie eandem indicet, quę ad morsus genus rediguntur: pruritus inquam, horror, exulceratio, lassitudo vlcerosa, & alia huiusmodi. Erasistratus tamen non prorsus videtur hoc nomine damnandus esse. quia nec simpliciter, nec semper vlceris sensum in multitudine fieri dixisse credendum est: sed quando ea præter modum progressa est, ac per vniuersum corporis habitum diffusa: tunc enim, quia ad putrediné propius accedit: aut etiam cũ cacochymia est admista: vlceris quoq; sensum poterit excitare. Hęc de morsus malo sensu sufficiant: nam Galeni oratio apertissima est, & sola attentione eget. Tu si lubet, per otium quæres, cur scylla tanquam minus mordax, quàm cepa, in hoc loco, nisi mendosus codex sit, ab eodem authore ponatur.

4. de Sanit. tuen. ca.4. 9.10.

De Mult. cap.10.

2. de Loc. affec. ca.7.

De Inequa. intēp. ca.3.

De Mult. cap.8.

De Mult. cap.6.

De Mult. cap.8.

C

De grauitate, num proprium signum sit multitudinis ad vires, & num eius causa hæc ad sentientem facultatem referatur. Cap. XXIX.

SEd iam ad grauitatis molestiam veniamus. hanc sanè Galenus statuit, si ex infirmitate viriũ non oriatur; in particulis sensum habentibus, clarissimum, & proprium esse multitudinis viriũ signum: eam vero, quæ ad vasa pertinet, nullo modo indicare. præstat vero eius verba, re ipsa ab initio repetita diligenter examinare; quia non modo, qua ratione id dixerit, & quid sibi voluerit, minus fortasse intelligitur: verum etiam suspicetur aliquis eum pugnãtia loqui, & quæ ad institutum sermonem ipsius parum pertineant. Si grauitatis causam nobis inuenire est animus, non solum ea, quæ diximus, penitius considerare oportet; sed simul etiam illa studiose expendenda sunt; vtrũ grauitatis molestia ex multitudine oriatur:

De Mult. cap.5. 8.

De Mult. cap.8.

De Mult. cap.5.

tur:an ex facultatis ferentis imbecillitate; an vero ex præstantia sensus ipsius particulæ:itemq; num patiendi facilitas, vel difficultas, quicquã per se ad hoc malum conferat:an ex pluribus horum, aut etiam ex cunctis simul conficiatur. atq; id quoq; nouisse, exquisiteq; perpẽdisse expediet: quid vnumquodq; horum momẽti habeat. id quod nemo profecto consequi poterit, nisi in corporibus secandis valde fuerit exercitatus: & singularum partium facultates, ac munera optime nouerit. Quòd autẽ grauitas sine multitudinis affectione, plerunq; percipi soleat, ex his, quæ diximus, iam patere potuit: & nunc quoq; eadem, euidentioris doctrinæ gratia, & Galeni nomine à nobis breuiter ad memoriam reuocanda sunt. Si vires, & sanguis, naturalem symmetriam retineant, vel pariter æqualiterue augeantur; grauitas certè in animalis corpore nulla esse poterit. quòd si, vel per se solę, vel vnà cum sanguine, nõ ęque, sed plus imminutæ fuerint: poterunt etiam sine eo, vt multitudine præmantur, grauitatis iniuriam, & molestiam pati. si vero sanguis incrementum, vt oportet, alicuius momenti acceperit: vires autẽ, vel pristinum retineant statum, vel non pariter cum sanguine sint auctæ; grauitas ex multitudine sequatur necesse est. Verum quoniam partes neque ad patiendum promptę ęque sunt: neq; omnes sentiunt: neq; illæ, quæ sentiunt, pari perspicacitate prę ditæ sunt: ob id Galenus enumeratis his, quæ sentiunt: & illis, quæ sensu penitus orbatæ sunt: statuit grauitatem signum esse proprium, & euidentissimum eius multitudinis, quæ ad vires refertur. Videtur (inquit) mihi facilius esse rursus à grauitate exordiri: hęc enim multitudinis, quæ ad sentiendi vim pertinet, signum ostenditur perspectissimũ. Hactenus Galenus: qui etiam collato, tum ventriculi, tum venarum, tum deniq; cęterarum partium sensu, decernit in quibus particulis prompta sit, vel difficilis, multitudinis facultatem grauantis dignotio: & vasis sensum, qui ex grauitate affertur, aut nullum, aut admodum tenuem, & hebetem attribuit: eumq; ab omnibus non vult percipi: sed tantum ab his, qui sentiendi vi longe præstant. Verum si satietatis, quæ in venis est, à grauitate non sunt sumenda indicia: & solo arteriarum motu illa internosci potest: idq; non semper, sed solummodo vbi humores vsq; adeo crassi ac tenaces non fuerint, vt prohibeant arterias cum venis consentire: quando enim hoc eueniet, tunc nullum perspicuum multitudinis indicium reperies: si hęc inquam vera sunt; & Galeno propositum est de ea sola multitudine tractare, quę proprie dicitur; cur ipse consumat dimidiam ferè libri partem, in exponenda ea molestia, quæ ex grauitate gignitur; non video. minusq; eius oratio tam longa, & tã alte repetita, quorsum spectet, intelligo. nam si ad illum languorem, desidiamq; te referas, cuius causa plethorici, non solum dum mouentur, verum etiam aliquando dum quiescunt, male se habent:

Marginal notes: Ibidem. — De Mult. ca.5.6.7.10 — De Mult. cap.4. — De Mult. cap.5. — De Mult. cap.4. — De Mult. cap.4.11. — Ibidem. — De Mult. cap. 10.11. — 2. de San. tuen. ca.7. — De Mult. cap.5.

Side letters: D — E — F

A habent:nihil ſanè proficies.etenim quum ea affectio,nec vaſorũ,nec ſanguinis,nec eius facultatis, quę ipſum diſtribuit, ſit propria; ſed ad illam vim pertineat,quę pro voluntatis imperio, tum vniuerſum animalis corpus,tum ſingulos artus ſeorſim mouet,ac regit: qui nã poſſis inde vllum conſtans inditium propriæ multitudinis elicere? qua enim ratione carnium,& aliarum partium tumor, ac tenſio nequit eſſe propria nota eius multitudinis,quæ in vaſis verſatur:pari quoq; grauitas earundem,haud poterit illius,quæ ad vires attinet,certum ſignũ afferre.tunc enim ſolum accidet,quum nimis progreſſa eſt multitudo, & vtrunq; genus ſcilicet, & vaſorum,& carnium lęſum eſſe.Quòd ſi contendas etiã in venis quodammodo fieri grauitatis ſenſum:concedas quoq; neceſſe eſt, in multitudine vaſorũ,vbi pariter cum ſanguine vires non augentur æqualiter,longe maiorem,euidentioremq; grauitatem ſentiri debere, quàm in ea,quæ B ad vires refertur.licet enim vaſa vtranq; multitudinem ęque percipere diſpoſita ſint:nihilominus propterea quòd ſanguis copioſior eſt, & eius incrementum magis vires ſuperat in ea,quam prius diximus, quàm in altera;ob id moleſtia quoq; maior percipietur. atq; etiam ſi multitudo viriũ ex relatione ad facultatem ſentientem ob eam cauſam conſtituenda,ac definienda eſſet: tamẽ quòd tenſionis moleſtia in vaſis optime percipiatur: iccirco ea,quę ad ipſa vaſa pertinet,multitudo,multo etiam magis,quàm illa,ad vires referri deberet.nam ego quidem,tantum abeſt,vt nullam inueniam rationem,cur ea multitudo, quæ cum grauitate fit, magis quàm illa, in qua accidit diſtentio; ad ſentientem facultatem referri debeat: vt etiam cogar dicere,virium multitudinem (de propria loquor)ad vim ſentientem nihil omnino,aut parum,etiam ſecundum Galenum,pertinere. etenim ea grauitate, & tenſione dimiſſa, quæ in particulis percipi ſolet, C quibus non propria,ſed ſecundum quandam analogiam,multitudo contingit;quum in vaſis,nec grauitas,nec diſtẽtionis offenſio, primo,& per ſe ad ſentientem facultatem referantur:ſed illa quidem ad vires ferentes, hęc vero ad vaſorum tunicas: vtriuſq; quantum ad hanc rem attinet, par erit ratio. Quod autem pertinet ad moleſtiam,quę ſenſus propria eſt:diuerſa ratio diſtentionis & grauitatis ſecundum Galenũ eſſe videtur.neq; enim quemadmodum rei,quæ diſtendit; ita eius,quæ grauat, ſenſum in vaſis fieri contingit:ſed illius quidem exquiſitus eſt vſq; adeo, vt inflammationis initio,vaſa primũ dolore affici ab eo exiſtimentur: huius vero, aut nullus,aut certe perquã tenuis.& quidem ſenſum,qui in vaſis ex diſtentione percipitur,pręſtare ei,qui ex grauitate gignitur,hinc etiã confirmari poteſt: quòd ſi concederemus vaſa grauitatem, ac diſtentionem pari ratione ſentire, ſequeretur, vt diſtentio, quum ex maiori copia ſanguinis, atq; ex cauſa vehementiori pendeat,quàm grauitas, magis etiam ſentiretur:

De Mult. ca.8.10.

De Mult. cap.11.

De Ineq.in temp.ca.3. 2. de Loc. affec. ca.7.

ſentiretur:& iccirco ad ſentientem facultatem eſſet magis, quàm illa refe renda. Si ergo has rationes ęquo animo expendere mecum volueris:non dubito quin grauitate cum diſtinctione diligēter collata, conceſſurus ſis ob eandem rationem, quam Galenus aſſignat, vaſorum quoq; multitudinem, hoc modo ad vim ſentientem pertinere: & ex eius moleſtia interno ſci poſſe. ipſe enim, quantum ex dictis eius coniicio, nihil aliud voluit ſignificare, quàm diſtentionem, & tumorē vaſorum proprias affectiones eſſe; nullius vero facultatis, non quidem ſimpliciter, ſed eius ſolum, quæ continere dicitur. quanquam neq; hoc, propter alias rationes, quas attulimus, videatur eſſe omnino verum. & ideo moneo veritatis ſtudioſos, vt hęc ſedulo expendant, & Galeni mentem aliquando nobis explicent. D

De Mult. cap.8.

De diſtentionis dolore, num ſymptoma, & proprium ſignum multitudinis ad vaſa recte ponatur. *Cap. XXX.* E

IAm vero diſtētionis dolor, qui tertia erat moleſtiæ ſpecies, quiq; tum commoueri ſolet, quum vaſorū tunicæ tenduntur, ac diſrumpuntur, cur inter ſymptomata multitudinis ad vaſa à Galeno numeretur, videre non poſſum. nam hoc dictū apparet abhorrere à doctrina ipſius: quippe qui ſtatuat doloris pathema, non vaſorum, ſed facultatis ſentientis proprium eſſe. quapropter, aut non pertinebit ad multitudinē, quam ad vaſa vocant: aut, vti diximus, ob eā cauſam hęc non minus, quàm ea, quę virium eſt, ad ſentientem facultatem erit referenda. Sed nunquid multitudo, quę ad vaſa dicitur, nullo pacto facultatem ſpectet: an vero illa, quæ ferentibus viribus aſcribitur, nulla prorſus ratione ad vaſa pertineat: iam definitum eſt. ſimulq; demonſtratū, illos, qui multitudinem ſemper vaſorum amplitudinibus metiebātur, non prorſus eſſe damnandos. verum quocunq; modo res ſe habeat, diſtentionis dolor, (quod etiam de grauitatis moleſtia intelligi volo) propria vaſorū multitudinis nota eſſe non poteſt, tum quòd non ſemper ei ineſt: tum quia ipſané vaſa, an partes eis proximę male afficiantur, inde diſcernere nemo poſſit: tum etiam quoniam incertum, obſcurumq; eſt, num propterea diſtendantur, quòd ad ſummum repleta ſint; an vero ob aliquā aliam cauſam: tum deniq; quia neq; illud coniectura aſſequi licet, nunquid ſanguis, an alia quępiā ſubſtantia, eius ſymptomatis cauſa ſit. ex quibus omnibus efficitur, multitudinem nec ſola grauitate, nec ſola vaſorum tenſione, ſimpliciter eſſe metiendam, & iudicandam.

De Mult. cap.8.

De Mult. cap.1.2.

F

De particularum ſenſu; & num is ſine neruis fieri poſſit. *Cap. XXXI.*

De Mult. cap.4.

QVum non omnes noſtri corporis particulæ ſentiēdi vim nactę fuerint: atq; ex his, quibus natura ſenſum dedit, alię quidē perſpicuè,

& acriter;

A & acriter;aliæ vero obſcurè,& remiſsè ſentiant:nō ſine ratione Galenus, qui grauitatem prçcipuum multitudinis ſignum ſtatuit,in ſingulis parti culis conatur eiuſmodi differentias diligenter expendere. id enim cauſæ eſt,cur non ęque omnes grauitatis moleſtiam capiant:ſed hę quidem ſubito, manifeſteq;,& vehementer lędantur: hę vero temporis interuallo, obſcure,& leuiter,atq; adeo nihil omnino, ſi multitudo parua exiſtat. in qua quidem diſceptatione, vt hominis diligentiam ſummopere probo, atq; commendo:ita etiam vellem,nequid ſcrupuli,ac dubitationis nobis reliquiſſet. Nam, vt taceam, videri fortaſſe cuipiam eũ ſibi ipſi in primaria ſenſus origine,& in potiſſimo eius inſtrumẽto,minus conſtare: quippe qui dicat in libris de Hippocratis & Platonis decretis, ipſum Platonẽ de principis facultatis ſede ab Ariſtotele diſcrepare, & ſecum conuenire: quem tamen non ignorabat,per venas ſenſum fieri falſo aſſeruiſſe: & ſaporum iudiciũ intercedentibus venis,quę ſunt in tota linguæ ſubſtantia 1. de Simp. med.ca.35. Cō.Timęi. tex.8.
B diſperſæ,cordi tribuiſſe: illud ne leuiter quidẽ attigit, poſſit necne vllus ſenſus,qui tangendo fit,ſine neruorum diſtributione & inſertione fieri; ac ſi non poſſit, qua nam ratione in multis partibus fieri cernatur. Ego enim,ne quid occultem, aut diſſimulem,videor mihi obſeruaſſe, neq; in quamlibet particulam ſenſu præditam,neruos,vel nerueam,aut demum quancunq; aliam ſentientem ſubſtantiam inſitam, ac diſtributam eſſe: neq; eas omnes, in quibus nerui inſunt, ſenſus eſſe omnino compotes. Nam in maximis vlceribus, in quibus cutis,caro, nerui, atq; oſſa cōfecta ſunt,& exeſa, experimur eam carnem, quam natura ad has partes reſarciendas reſtituit,antequàm obdureſcat,& calleat, nullo planè neruo affectam, non ſecus quàm prius,ſentire: licet poſt obductum callum ſenſus eam omnis deſtituat.Et quidem,vt mittam alia;animaduerti aliquando, & oſtendi in quodam homine,non ſine magna multorum admiratione,
C omnem fermè cutis,& cranei partẽ,quæ capillis tegitur, quum eſſet gallico vlcere conſumpta,refici,carne quibuſdam quaſi canaliculis ad irrigationem ſanguinis pro vaſis, quæ à natura regenerari non poterãt, eleganter diſtincta,& ornata,neruo autem nullo ſanè inſtructa: quę tamen antequàm obduruiſſet,ſenſu acerrimo vteretur: quamobrẽ niſi me authoritas maiorum remorata fuiſſet,in eam ferè opinionem iam adductus eſſem,vt nihil prohibeat, quominus in quibuſdam animãtium particulis, velut in ſpongiis,& aliis,quæ zωophyta Græci vocant,ſenſus ſine neruis, aut ſaltem ſine proxima eorum diſtributione & inſertione reperiatur. Nam ſi ad eam diſtributionem facultatis ſenſitiuæ,quæ ſine inſtrumento ad certam diſtantiam in partibus cōtinuis fieri ſolet, te referas: accuſabis quoq; naturam,quæ abſq; vtilitate,in particulis ſentiẽtibus,neruos frequẽtes inſerere ſolicita fuerit:vt in his, quas à gallico vlcere exeſas fuiſſe,

dudum

dudum dicebamus. Nec poteſt quiſpiã in enarrata hiſtoria, eum ſenſum D
proximis particulis acceptum referre: quia cerebrum, aut omni prorſus
De Mult. cap. 4. ſenſu tactus carere creditur: aut ſaltem eo, qui perſpicuus eſt. Quòd ſi ce-
2. de Loc. affec. ca. 3. rebri, quemadmodum lienis, renum, iecoris, ac pulmonis ſubſtantiam,
ſenſu, qui tangendo fit, priues: & vt Galenum defendas, membranis, vt
potè quæ illud non ſolum circumplicent, verum etiam vſque quaq; per-
meent, atq; ne concidat, coerceant, & ſuſpenſum quodammodo conti-
2. de Cõp. med. p loc. cap. 2. neant; eum acceptum referas: id quod ipſe quoq; Galenus videtur innue
re, dum omnes ferè differentias doloris capitis, ad eius membranas reuo-
cat: & nos indies in ipſius vulneribus experimur: in quibus etiam ſi pun
gatur, aut quouis alio modo tangatur, nullus dolor percipitur: neq;, vt
mos eſt quarundam partium, quę ſenſu prædítæ ſunt, in ſe ipſum con-
trahi videtur: nolo enim nunc ad eam alterationé, quæ ab ambiente aëre
fit, confugere. quoniam integritas cęterorum ſenſuum eos, qui talia di- E
cunt, coarguit: ſi hoc inquam dedero, nihilominus difficultatem non ef-
fugies. nam, vt alias partes, quas modo enumerabam, prætermittam, (de
7. de Plac. Hip. & Pla. cap. 3. his enim ſequens oratio decernet) & ſi extima neruorum pars à membra
nis principium ducat: tamen quum ſecundum Galenum per intimam
nerui partem, quæ cerebri portio eſt, ſenſus & motus fiat: membranæ ve
ro eandem vtilitatem neruis, quam cerebro, præbeant: nihil eſt, cur ipſis
magis, quàm ligamentis, id muneris concedamus: maxime quòd neque
ſenſus facultatem ex ſe habent: neq; ſunt eius abſoluta inſtrumenta: neq;
vero vllis neruis per ſe intextæ videntur, quantum equidem diſpicere po
tui ex plurimis diſſectionibus, à me diligentiſſime confectis: niſi ex fibra
rum pericranij permiſtione id obſcure fieri contendas. Quòd ſi, quia ner
uis continuę ſunt, & ad eorum conſtructionem non minimam partem
conferunt, eis ſentiendi vim concedas: ob eandem rationem, id quoque F
7. de Plac. Hip. & Pla. cap. 3. cerebro multo magis erit tribuendum. nam pręter hoc, quòd non exigua
eius portio in penitiori quorundam neruorum regione concluſa eſt: id
etiam ſenſus communis, ſeu primum ſenſitiuum à Galeno nuncupatur.
1. De cau. ſymp. ca. 8. & ob id, vt cęteris membris vim ſentiendi prębeat, à natura creditur eſſe
Ibidem. conſtructum. Si ergo ſentire ipſum negamus, quia neque eſt abſolutum
ſentiendi inſtrumentum: neque eius ſubſtantiæ quicquam neruorum
impartitur: & quia fieri non poteſt, vt facultas ſine inſtrumento, vel in-
ſtrumentum ſine facultate ſentiat: ob eandem certe rationem ſenſus, eiuſ
dem quoque membranis erit denegandus. Siquidem, vt iamiam auditu-
rus es, Galenus penitiori iecoris ſubſtantiæ ſenſum ideo aufert, quòd in
eam nullus neruus diſtribuatur: licet exterior eius membrana iuxta por-
tam neruum obtinuerit.

A *De sensu vasorum; & de horum cum neruis mutua permistione & consensu. Cap. XXXII.*

VErum hęc lęuia sunt. nos enim qui Galeni doctrinam sequimur, grauiora vrgent. quia si qua in re ipse parum sibi vnquã constitit, profectò in vasorum & neruorum admistione, inconstantissimus cuiuis apertissime videri potest. & ob id, si quis veritatis amore tenetur, hanc rem diligenter mecum expendet. Illud autem primo exacte inquirẽdum est, Nunquid arteriæ & venæ aliqua corporis parte in neruos desinant: Mox vero num in vasa nerui inserantur: Et deniq; num hęc neruorũ vasorumq; coniunctio, seu permistio, mutua atq; reciproca censeri debeat. his enim expositis, num vasa sentiant necne, & si sentiũt, quomodo, qua ue ratione sensus eis contingat, simul quoq; manifestũ fiet. & quoniam B in his quęstionibus explicandis Galenus interdum tam varius apparet, vt quæ ipse dicit in vtranq; partem, ac etiam nonnunquã in contrariam facile trahantur; iccirco, vt ea quæ in controuersiam veniunt, recte, & vt res ipsa meretur, iudicari possint: de illis ego pro arbitrio meo non decernam: sed Galeni sententiam ex variis eius locis in mediũ adducam: vt his simul collatis, si tibi hanc partem tueri minus libeat: habeas aliam, quam eligere possis. vereor tamen ne eiusmodi variæ & in omnem partem diffusę disputationes, tot tibi ad dubitandum ansas prębeant, vt etiam re bene inspecta, & considerata, nunquam scrupulum ab animo prorsus euellas. sed rem aggredior. Miratur ipse aliquando Aristotelem & Praxagorã, quum nullum in corde neruum conspicerent, vt suum falsum dogma de principatu cordis, neruorumq; origine tuerentur, propter sectionis negligentiam & inscitiam, eò impudentiæ deuenisse, vt confingerent arterias (quod pariter de venis dictum puto) in tenuissimas particulas diui- C sas, neruis permistas apparere, & in eosdem degenerare. itaq; ipse vniuersa ferè arteriarum distributione, ex anatome allata, atq; explicata, statuit eiusmodi permistionem, seu vasorum in neruos commutationem, in corpore animalis nusquã inueniri. Quod sanè à veritate, & ab iis, quę alibi scribit, maxime abhorrere videtur. quum non solũ ipse met singulis neruis in eorum origine vasa commisceri, & cohęrere doceat: verum etiam illud idem in sectionibus conspici liceat, & ratione euidentissima possit demonstrari: dummodo ipsa tenuis cerebri membrana, & vasis plena, & neruorum portio, esse credatur. quo fortasse spectans Erasistratus tradidit, in neruis perinde, vt in cute eum esse trium vasorum, hoc est, nerui, arteriæ, ac venæ contextum, & quancunq; ipsorũ partem acu tenui pungas; illa tria vasorũ genera pupugeris: ita vt nerui ipsi proprias venas & arterias in se habeant; & sint tanquã catena aliqua, ex tribus diuersis na-

1. de Plac. Hippoc. & Plat. ca. 6. 7

3. de Natu. aĩal. ca. 5.

10. de Vsu part. ca. 2.

Li. An san. in art. cont. cap. 4.

2. de Natu. facul. ca. 6.

tura loris contexta. Nec silentio prætereundum est, quòd non modo vasa, in tenuissimas quasi propagines, neruis, ex ea parte, qua oriũtur, complicantur, & cohęrent: verum etiam in cerebri, spinalisq; medullæ, atq; interdum in nerui, qui visioni deseruit, intimam partem eas inseri cernimus. siquidem his partibus transuersa linea sectis, manuq; cõpressis, minutissimę sanguinis guttæ vndiq; effluunt, & ea potissimum parte, qua cerebrum à tenui membrana non inuoluitur. quod animaduertisse videtur Galenus, vbi asserit, retinam oculi tunicam cerebro esse similem, quatenus habet venas & arterias ipsum perreptãtes. quas sanè à cerebro, per intimiorem nerui visorij substantiam traiici, ac inde in retinam oculi tunicam dispensari, tum accurata sectio, tum firma ratio ostendit. quam ob rem, in gratiam Aristotelis quispiã dicere posset, non solum propter nutrimentum, & vitam, sed etiam ob neruorum generationem, hanc vasorum permistionem ibi frequentissimã existere: & Erasistratum, licet eius opinio quasi figmentum à Galeno narretur, eam præsertim innuere voluisse, vbi neruum, veluti catenam ex tribus diuersis natura loris contextum esse arbitratur. id quod pleriq; eorũ, qui sibi ipsius artis anatomicæ principatum, & palmã vendicant, minime percipientes, ipsi cerebri substantiæ vasa prorsus detrahunt: & huiusmodi stillas sanguinis, in solis phreneticis, & laqueo suspensis deprehendi, falso affirmant: & in Examine obseruationum anatomicarũ Fallopij, quod ceu appendicem libri de humani corporis fabrica nuper ediderũt, non modo constanter asserere, sed etiam persuadere, sine vlla tamẽ ratione conantur. Quòd autem, si in cęteris animalis partibus vasa in neruos nõ terminentur, aut iisdem non cohęreant, dummodo in neruorum exortu hoc fieri concedamus, non solum parum referat, verum etiam id opinionem Aristotelis, Praxagoræ, & Erasistrati magis cõfirmet, paulo post audies. Cęterum prima quęstione iam explicata, (venas enim & arterias aliqua corporis parte in neruos desinere, satis me demonstrasse arbitror) ad secundã veniendum est, & breuiter explicandum, an nerui in vasa ipsa inserãtur. quod sanè non tam facile est ex dictis Galeni ostẽdere, quàm difficile eius inconstantiam excusare. ipse enim pulsus, qui conuulsorius dicitur, causas cõmemorans, admonet, singulis arteriis (quod pariter de venis intelligendum esse puto) fibras à neruis diductas implicari, itaq; inter se cohęrere, vt fiat mutuus quidam, non solum actionum, sed etiam affectionum consensus: vt iam nihil habeat admirationis, si quum vniuersum neruosum genus coniunctum cum arteriis sit: singuliq; eorum ramuli sibi mutuo immisti: principiaq;, vt dictum est, inter se coniuncta sint: communis appareat affectus. hactenus Galenus. qui paulo minus in eam neruorũ & vasorum permistionem incidit: cuius nomine philosophos illos damnauerat: quamque

[Marginal notes: "10. de Vsu part. cap. 2." beside "tur Galenus… tenus habet venas"; "2. De Caus. pulf. ca. 12." beside "monet, singulis arteriis… fibras"; section letters D, E, F in right margin.]

nullam

A nullam esse dixerat. licet enim diuerso modo loquatur; hoc in loco neruos in vasa distribui asserat: in illo, non hoc, sed vasa in neruos alicubi finire neget: in alio vero, vt nunc explico, mutuam vasorũ cum neruis permistionem fieri statuat: vix tamen fieri potest, vt adhibita de more distinctione, eum culpa vacare credamus. nam si eius institutũ diligentius consideres: & loca adducta perpẽdas: vtrumuis horum asserat, diuersa & pugnantia dicere videtur. Verum enimuero possemus ei fortasse inconstantiam facile condonare: si nerueas fibras, non dico in singulas arterias, vt ipse profitetur, sed omnino in aliquas, nimirum in proprias earum tunicas distributas esse, ex dissectione aperte ostendisset: suiq; memor vbique fuisset. nam ego quidem videor contrarium potius in magnis vasis obseruasse: ex quibus facile coniicere possumus, idem quoque paruis euenire. Et quãuis in multis animalis partibus, præsertim vero in cruribus, quędam corpora permista occurrant, quę in aliquot neruorũ, venarum, atq; B arteriarũ surculos, detracta membrana eos succingente, facile soluuntur: hancq; ego diuersam ramorum congeriem, ex tribus quasi funiculis conflatam, aliàs in gratiam Galeni publice ostenderim; nihilominus, quia ab ea vasorum ac neruorum permistione, de qua in locis à me adductis ipse loquitur, ista hęc congeries plurimum differt: spectatores quoq; admonui, vt eius verba diligenter expenderent. simulq; considerarent, nũquid eiusmodi trium corporum permistio ad solum contactũ, an vero ad exactam coniunctionem pertineret. Vt autem huic meæ in Galenum obseruationi, aliquid lucis afferam, tertiam quæstionem iam explico, asserens mutuam vasorum permistionẽ à Galeno interdum introduci: licet, si ea, quæ dicit, cum locis à me adductis conferantur, ita sibi inconstans esse, itaq; in lubrico sentẽtiam suam ponere videatur: vt quocunq; te vertas, difficultates penè inextricabiles incurras: & non facile cernere possis in C quo consistas: quod vt facilius percipi ac iudicari possit, explicabo prius quid de vasorum & neruorum reciproca permistione ipse senserit. deinceps vero de mutuo consensu vtriusq; principij, à quo ea procedunt, disputabo. Galenus vasorum ac neruorum permistionem aliquando tanti facit, vt familiarem suum præceptorem Platonẽ, qui eam ignorauit, non minus quàm Aristotelem, qui eam introduxit, reprehendere videatur. Neruum, inquit ipse, in capite Plato nullũ esse dixit, tum quia nec voluntarios, nec ligamentales in capite esse sciuerit, tum etiam quia venarum tum neruis mutuam fieri complicationẽ ignorauerit. Hoc idem alibi clarius explicans, inter partes, quæ sensu, non autem motu voluntario præditæ sunt, venas & arterias enumerat: statuitq; eas, ob neruorum permistionẽ, sensus fieri participes, cuius sua vi, & natura prorsus expertes esse deprehẽduntur: siue frangas ipsas, siue vras, siue incidas, siue laqueis constringas. præstat autẽ eius verba recitare, quo facilius eorum momentum

1. de Plac. Hip. & Pla. cap. 7. Cõ. Timęi. tex. 8.

16. de Vsu par. ca. 2. 12

V expendi

Ibidē.ca.12. expendi possit. Commiscentur autem, ait, arteriæ venis, & venæ arteriis, & vtraque hęc neruis, & his ambobus nerui, in toto corpore animalis: quod multis locis clare deprehēdunt ij, qui accuratius in dissectionibus versantur: vasorū enim exiguitas non facile deprehenditur, nisi mentem admodum intendas, in dissectionibusq; sis versatus. quin & huius connexionis vsum esse necessarium, est perspicuum, si demū nutriri, & sentire, & caloris natiui symmetriā, partibus omnibus animalis conseruare, ex vsu est futurum. arteriæ enim & venæ partis cuiusq;, sensus omnino sunt expertes, siue illas frāgere velis, siue vrere, siue incidere, siue laqueis excipere. Hactenus Galenus: qui, vt arbitror, eorum, quæ alibi dixerat parum memor, hoc in loco eiusmodi permistionem fortasse ad solum neruorum, & vasorum cōtactum retulit. quia si nerui in vasa, quo modo in reliquas partes inseri putasset, pręterquàm quòd rem, quæ fieri non potest dixisset: quandoquidem venæ & arteriæ sine neruis vri & secari non possent: inutiliter etiam addidisset, vasorū tunicas sua vi & natura, sensu prorsus expertes esse, siue frāgas ipsas, siue vras, siue incidas, siue laqueis constringas: si enim neruos ab aliis partibus detrahas, hanc eandem affectionem illas esse passuras, nemo arbitror dubitabit. Et præterea, quum Galenus dicat, arterias venis, & venas arteriis, & vtraq; hęc neruis, & his ambobus neruos cōmisceri, si de reciproca fibrarū insertione, mutuaq; earum permistione atq; contextu loqueretur, oporteret etiā, ob eandem rationem venas in arterias, & has in illas transire: & earum fibras vario modo cōmisceri. Ac deniq; si hoc demus, concedamus quoq; necesse est, Aristotelem, Praxagoram, & Erasistratum de permutatione vasorum in neruos, iniuria à Galeno reprehendi: quippe quòd si ista hęc permistio, quo modo diximus, fieret, harum trium partium quamlibet ita mutuo permisceri, & ipse Galenus assereret, vt (quod tamen ipse Erasistrato obiicit) nec perspicacissima oculorum acies, vel acus tenuissimę contactu eas seiunctas esse deprehendere posset. Si autem, vt Galeni partes quispiam tueatur, quod dixi verum esse fateatur: & ad solum contactum eiusmodi trium partium commistionem referat: is in maiorē difficultatem statim incidet. quia si solus neruorum contactus sufficeret, vt sensus vasis com-

16. de Vsu part. ca.2. municaretur: frustra Galenus naturæ arte plurimū decantata, tantum miraretur: quòd quum in omnes corporis partes nerui ferantur, nullus tamen neq; in ossa, neq; in cartilagines, neq; in ligamenta, neq; deniq; in quasuis glandulas inseratur. & prętere quoābrem memoratę partes, ac deniq; adeps, quæ ab insignioribus neruis non raro tangūtur, exquisito sensu præditæ non sint, dicere nullo modo posset. huc pertinet, quòd partes colli, & thoracis, quæ à neruis ori ventriculi, & septo transuerso destinatis, toto eorum incessu tanguntur, nec ęque atq; vtrunq; horum, nec magis, quàm cętere sui generis partes, sentiunt. Sanè, vt coniicio, ideo Galenus

A lenus arbitratur ob solum neruorum contactum sensum partibus non posse communicari, quia necesse est eorum fines, cum parte, quæ sentire debet, coniungi, vt spiritus, seu vis animalis in eam cōmode distribuatur. Sed de hac re satis. nunc de neruorum ac vasorum cōmistione, quam in eorum origine, hoc est in cerebro & corde Galenus fieri asserit, differendum est. Cor cerebro, inquit ipse, pulsus conuulsorij causas commemorans, arterias quasi vinculum societatis transmittit: cerebrū vicissim ipsi cordi neruos: qui quidem etsi magni non sunt, possunt nihilominus rationis mandata commode deferre: vt iam nihil habeat admirationis, si quum vniuersum neruosum genus coniunctum cū arteriis sit: singuliq; eorum ramuli, sibi mutuo immisti: principiaq;, vt dictū est, inter se coniuncta sint; communis appareat affectus. Hæc Galenus: quæ profectò, vt mihi videtur, non facile ei sunt concedenda. quia si sedulo expendantur, non apparet vtrobiq; reciproca conspiratio. quādoquidem cor cerebro, ac neruis in eorum origine magnam copiam arteriarum tribuit: ab eo vero, aut nullos, aut omnium minimos accipit neruos: qui etiā ob eorum tenuitatem, breuitatem, ac raritatem, nec in ipsum cor distribui; nec cum vasis in eorum exortu pariter cōmisceri possunt. & licet Galeno authore neruorum vis non sit, quemadmodum vasorum, pro ipsorum magnitudine æstimanda: nihilominus vix credibile est, naturā, quæ iustissima ab Hippocrate vbiq; appellatur, in neruorum & arteriarum dispensatione tam iniustam fuisse, si eius beneficio cor & cerebrū mutuo & ęque consentire volebat. nam par neruorum distributio, aut certe non multo minor, quàm arteriarum, vt reciproca fieret compensatio, & ęqualis cōsensus, requirebatur: nunc autem, quum cordis nerui longe minores sint, quàm illi, qui in portas iecoris inseruntur, itaq; visum effugiant, vt anatomicorum pleriq; arbitrentur, cor ab eis non attingi: rationi consentaneū videretur, vt iecoris & cordis affectio, quæ cū cerebro ratione neruorum fit, omnino par esset: ita vt vel nō obscurior sensus iecori quàm cordi tribueretur; vel si is à iecore ob neruorum exiguitaté ac raritatem remouendus esset, à corde multo etiam magis remoueretur. Ex quibus vnicuique perspicuum fore arbitror, non sine causa posse quempiam suspicari, Galenum sibi parum constare, & sua placita penè auertere. si enim, vt ostendimus, neruis in eorum exortu vasa ita admiscentur, vt ad eorum substātiæ constitutioné, non minus quàm membranæ cerebri pertineant: qui fieri possit, vt omnes non sibi persuadeant, Aristotelem, non reclamante anatome, suum placitum de ortu neruorū à corde strenue tueri? hoc est, neruos à vasis, & præcipue ab arteriis, præter sanguinem & spiritum, facultatem quoq; propriam vnà cum substantia accipere, & cerebrum cordi, ad efficiendum sensum inseruire, postquam ei tantā copiam arteriarum tribuit, & ab eo nullum, aut omnium minimum accipit neruum. Pręterea

Margin notes: De Caus. pulsſ. ca. 12. — 3. de Admi. anat. ca. 9.

B / C (section letters in margin)

cuinam quæso veritatis studioso, Galeni diligentia in dubiũ non veniat? D
1. de Plac. Hip. & Pla. cap. 7. quippe qui, vt Aristoteli cõtradiceret, vniuersa ferè arteriarum distributione ex anatome allata, interdum statuat vasorum permistionem, seu in neruos commutationem, in corpore animalis nusquam inueniri. aliàs vero Platonem reprehendens, ad eam Aristotelis, Praxagoræ, Erasistratiq; Cõ. Timęi. tex. 8. opinionem penè reuoluatur, quam absurdam & falsam esse dixerat. Sed iam ad neruorũ sensum redeo: & quæ ex tam longa disceptatione eliciuntur, non tanquam iudex, sed tanquam spectator, aut ille, qui ab alio erudiri desiderat, breuiter colligo. Vasa, quum inter partes, quæ sensum capiunt, à Galeno numerentur, necesse est, vel propter solum neruorũ contactum, vel ob eorum insertionem sentire. Primum si demus, cur natura solertissima, quę semper breui compédio vtitur, à superfluis abstinet, & ab incommodis cauet, in cęteras alias partes sensu præditas neruos inseri voluerit, difficile est explicare. Si secundũ concedamus, quęrendum rursus est, num ista hęc vasorum ac neruorum insertio fiat in singulis partibus, vt occasio expostulat: an vero in ipsorum origine tantum. Illud non E esse asserendum vel inde manifestum est, quia si in multis locis eiusmodi neruorum in vasa insertionem fieri dicamus: tum vero collata Galeni sen- 2. de Cauf. pulf. ca. 12. 16. de Vsu part. ca. 12. tentia ex secundo commentario de Causis pulsuum iam adducta, cũ iis, quæ decimo sexto libro de Vsu partiũ ipse scribit, non facile erit difficultatem euadere. idq; præsertim, quòd ea, quæ de sensu vasorũ alibi docet, maxime inter se pugnare videntur. quippe quòd, si hęc frequens permistio neruorum cum vasis fieret, non debuisset hebetem & obtusum sen- De Mult. cap. 4. 11. sum eis tribuere: vt in libello de Multitudine aperte planeque dicit. ibi enim decernens in quibus particulis prompta sit, vel difficilis multitudinis facultatem grauãtis dignotio, vasis sensum, qui ex grauitate affertur, aut nullum, aut admodum tenuem, & hebetem inesse statuit: eumq; ab omnibus non vult percipi, sed tantum ab iis, qui sentiendi vi longe præ- F stant. & quod magis mirum videri debet, in ea sententia non permanet. De Inęq. in temp. ca. 3. 2. de Loc. affe. ca. 3. 7 quia alio in loco asserit, vasa sensum habere, nõ quidem obtusum, sed ita vegetum, acrem, & exquisitum, vt initio inflammationum, ipsa primum dolere incipiãt: & in multitudine, quæ ad enchyma dicitur, tensionis molestiam apertissime percipiant. Dicet fortasse quispiam, licet vasa sensu prędita sint, nihilominus non quẽadmodum rei, quæ distendit, ita eius, quæ grauat, sensum in eis fieri cõtingit: sed illius quidem exquisitus est, huius vero aut nullus, aut certè perquàm tenuis. Sanè ego in gratiam Galeni non eo inficias, vix tamen videtur verisimile, id, quod vasa distendit, ab eo, quod ea grauat, tantum discrepare, vt illud exactissimũ, hoc vero, aut nullum prorsus, aut hebetem sensum efficiat. Si auté ad has & similes difficultates euadendas, in sola vasorum & neruorũ origine eiusmodi insertionem fieri dicamus, rem, cui sensus reclamat, asserimus: quod

scilicet

A scilicet ad ipsum cor & iecur, exiles ac rari neruorum surculi ferãtur, qui tantum abest vt vasis in eorũ origine commisceantur, vt à plerisq; etiam dubitetur, num hęc ab illis tangantur. Maxima, respondebis, est in sensibus veritas, sed aliquid afferam, quod eis oppositum non minus probabile sit, quàm illud, quod obstat. id autem est frequens illa vasorũ permistio cum neruorum origine, quę ęque atq; alia, quam fieri negamus, sensus, & quidem nõ obscuri, causa esse potest. Sed certe licet hoc verisimile appareat: non est tamen satis, nec vndiq; verũ, nec instituto naturæ conueniens. nam pręterquàm quòd singulorum vasorum fines à cerebro nõ excipiuntur: naturæ quoq; solertiam non decet, quæ quum sit omnium oportunitatum moderatrix, neq; abesse quicquam, neq; redundare permittit, partibus qua finem iam accipiunt, conuerso itinere sensum cum neruis tribuere: & animalem facultatẽ sine proprio instrumento per totum corpus diffundere. si enim demus hanc facultatem posse quo vis interuallo interiecto, in vasa sine neruis impertiri: ac tam late distribui, ob solam scilicet cum neruorum origine adhęsionẽ: vt omittam casuros nos ea causa, quam acriter antea defendebamus, nimirum vbi, & quidem parum apposite ad persuadendũ; singulis arteriis, fibras à neruis diductas inseri asserebamus; id quod illis satis erit, qui dicunt sensum sine neruorum communicatione, & insertione, in aliqua parte fieri posse: nullam hercle rationem poterimus excogitare, cur idem pariter in quibusdam aliis partibus non contingat: & Galeno aduersabitur, qui quidem putat iecoris carnem sensu ob eam rationẽ carere, quia in eam nullus omnino neruus diductus sit, ac distributus: sed breues quidam vsque ad portam huius visceris pertineãt: & in membranam, quæ ipsum inuoluit, terminentur: id quod num ita se habeat; numúe semper ille sibi in hac re constiterit, commodior erit explicandi locus. Ac demum si velis sensum, ad certam distantiam, sine neruis impertiri posse: par esset, vt quælibet portio ligamenti, qua musculus finitur, vsq; ad ipsius ligamenti ortum, sensu frueretur: vel certe diuersitatis ratio assignanda esset, cur scilicet vasa sine neruorum insertione, ob solam cum eorum origine adhęsionem, ad tantam distantiam, distributa facultate, sensũ fruantur: cęterę autẽ partes nequaquã. Versamur, inquis, in re ardua, nec multũ, nec sępe quęsita, &, vt mihi videtur, ad iudicandũ difficili: quæ tamen quum ad altiorem speculationẽ pertineat, dimittenda est: quod sanè respõsum difficultatẽ non tollit. sed potius à nobis disputationem aufert, &, vt mihi videtur, in re penè explicata, valde lubrica defensionis, aut potius consultæ fugæ ratio, mihi proponitur: assentior tñ vt lubet, satisq; esse arbitror, me illis nunc ostẽdisse, q Galeni libellũ de Multitudine in publicis scholis interpretantur, nihil repugnare, quasdã animalis partes sine neruis aperte sentire, aut si hoc mauis, saltẽ sine ꝓxima eorundẽ distributione, atq; insertione.

B

C

2. de Loc. affec. ca. 3. De Mult. cap. 4.

De

De particulis, quæ non sentiunt, licet in eas nerui inserantur, vel distribuantur. *Cap. XXXIII.* D

QVòd autem non quæcunque particula sensu prædita sit, in quam nerui, aut neruea, vel quæuis alia sentiens substantia inseratur, ac distribuatur, videtur ex eo facile colligi posse, quòd adeps, qui
16. de Vsu part. cap. 2. inter cutem, & carneam membranam interiectus est, omnium consensu sentiendi vi caret: in quem tamen innumerabiles penè neruorum propagines distribuuntur. quæ quidẽ, vt videor in corporibus secandis obseruasse, in cutem non ita frequenter inseruntur, vt quispiam forte arbitratur: sed vt plurimum in tenuissimas fibras dissectæ, adipis substantia terminantur. Adhęc quum vasa vesicæ, qua bilis continetur, eiusdemq; propagines; & vretheres quos vocamus in renes distributos; ęque ac tunica, quæ iecur, lienem, renes, pulmonemq; obuoluit, sensu polleant, aut certe paulo minus: & hęc quidem ferè per vniuersam dictorũ viscerum E substantiam interiorem dispergantur: quum hęc inquam interius insita sint, iis quoq; partibus, quibus ea inhęrent, sentiendi facultas iure concedetur. neq; enim vesica bilis est neruorum, sensusq; penitus expers, quo
3. de Nat. facul. ca. 12 modo is, qui Galenum vertit, male interpretatur: sed minimũ particeps: nam ἥκιστα minimum quandoq; significare ipse etiam Galenus tradidit.
3. de Artic. tex. 114. Credendum est igitur fieri posse, vt aliquas partes sensus deficiat; non solum propter neruorum, aut neruosarũ partium inopiam, & absentiam, verum etiam ob propriam quandam ipsorum naturam, ac temperationem, nec non ob substantiæ modum: quę enim bene continua non sunt, vix sensum recipiunt. Sed quoniã tempus iam est, vt ad primum nostrũ institutum reuertamur: ideo disceptatio de sensu partiũ hunc habeat terminum. & signa multitudinis, de quibus disserere propositum erat, breuiter perstringamus. prius tamẽ obtestamur, atq; obsecramus omnes veritatis studiosos, vt controuersias, quæ in memoratis Galeni dictis esse vi F dentur, aliquãdo componant: quod facile eos facturos esse spero, qui tanti authoris commentaria, non leuiter, sed præsenti totoq; animo legunt.

De signis multitudinis speciem ostendentibus, & præcipue de colore. *Cap. XXXIIII.*

QVum signa, quibus possit vtriusq; multitudinis quantitas cognosci, satis supra explicata sint: si ea quoq; attulerimus, quæ qualitatem indicant, erit instituti huius nostræ scriptionis finis maxime faciendus. neque enim putaui mihi de ratione tollendæ multitudinis
De Mult. cap. 3. 12. hic esse dicendum: tum quia neq; Galenus vllum verbum de ea re fecit, dum hęc tractaret; tum quòd alter noster de ratione exhauriendi sanguinis libellus hunc propediem consequetur. Quęcunq; igitur humorum naturam, ac vim demonstrant, eadem possunt qualitatem illius multitu

A dinis, quæ propriè dicitur, non incommodè indicare, ac distinguere. quę quidem plurima esse, nemo est, qui nesciat: sed quum non omnia ęquè perspicuè, & certo id præstare possint, & à Galeno sint alibi recte, accurateq; tradita, à me consulto prætermittentur. puto enim satis fore, si de colore, qui propria qualitatis multitudinis nota censetur, breuibus egero. Quum igitur color ab humoribus, nõ à solidis animalium partibus prosicifcatur: & quidẽ in cute his, qui in corpore præstant humoribus similis existat, nisi impediat aliquid, poterit sanè ex eo facile discerni, num sanguis per se solus, an vero cuipiã alij humori permistus, multitudinis causa sit. ruborem profectò infert sanguis, pallorem bilis, ac si meracior sit, flauum colorem: albiores autem efficimur pituita, nigriores atra bile superante. ex quibus pallidus color, albus, & niger, si valde exuperant, cacochymiæ potius, quàm multitudinis indicio fuerint. verum colores isti, si qua externa, & aduentitia causa immutentur, ita vt humores aut in profundum se recipiant, aut ad cutem magis erumpant, quemadmodum ex frigore, calore, balneis, exercitationibus, timore, & cęteris deniq; animi perturbationibus sępe accidit, nihil argumenti dabunt, neq; ad multitudinem, neq; ad cacochymiam cognoscẽdam. multoq; minus, nisi in toto corpore, & pręcipue in facie vndiq; consimiles appareãt: itaq; Hippocrates plethoricũ vultũ obseruans, testatur ruborẽ in eo perpetuo extitisse. B


4. de Sanit. tuen. ca. 4. 1. Aphor. 2. De Mult. cap. 11.

4. de San. tuen. cap. 4. 1. Apho. 2. De Mult. cap. 11.

3. De Mor. vulg. cõ. 3. tex. 83.

Sed quoniam de multitudine iam multa satis diximus: ideo libelli hic finis esto. qui si penè totus in disceptatione cõsistit, mihi certe vitio verti non debet, sed illis potius, qui eius scribẽdi generis occasionem mihi dederunt: quamuis, si quispiam ea, quæ à me scribuntur, sedulo expendere voluerit, tacitam quoq; explicationem sententię Galeni deprehendet.

FINIS.



REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V

Omnes sunt quaterniones præter Q et V duerniones.

Tabulæ vero registrum per se patet.

Venetiis In officina Lucæantonij Iuntæ.

M D LXVI.